Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Tractatus Notabilis Et Subtilis De Seruitib[us] Vrbanor[um] predior[um]

https://hdl.handle.net/1874/457017

# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

## This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

fructiferas incidere & uideť ꝙ ſic quia ha
bent utile dominium.l.i.ff.ſi ager uec.&.c.i.
§.rei autē in ti.de inueſti.de re ali.fa. Sed in
re ſua quilibet ē moderator & arbiter.l.i re
man.C.man. In contrariū facit.l.diuorcio.§.
ſi i fundo.ff.ſo.ma.&.l.ſi uir in fraudē.§.con
ductor.ff.de iure fiſ.l.forma.§.ſi uites.ff.de
cenſi.l.ſi ita.§.fi.ff.de uſufr.&.l.creditor la
ſecunda.ff.de pig.ac.Et hāc ultimā partem
tenet Dy. Bar.& doct.i.d.§.ſi conductor &
Bal.i aūt.qui rem i ſi.pe.colľ.C.de ſacro.ſan.
eccle.Ang.i.l.ſi colonus.ff.ar.fur.ceſ.Et ideꝫ
dicas i patre quo ad bona filii & in uſufruc
tuario & ꝑ Ang.i.l.fi.§.ſin autē legata in fi.
C.de bo.qꝫ li.& ꝓbať in.d.l.equiſſimum.§.
uſufructuariꝰ & idem ēt dicas & multo ma
gis in uſufructuario.l.fi.ff.de uſu & habita.
Sed predicta oīa limita niſi predicti uelint
i loco demortuaꝝ uel inciſarū alias plātare
ut dicit Ang.i.d.l.ſi colonus per.d.§.conduc
tor & idem Pau.de ca.i.d.l.diuortio.§.ſi fun
dum & pro hoc optime facit.l.agri.&.l.ue
tus fuit qō cum duabus ſeq.ff.de uſuf.&.l.ex
ſilua cedua eo.ti. Sed pōt dubitari circa
predicta an ſi emphiteota uel fructuariꝰ uľ
ſimilis icidūt fructiferas arbores eo caſu qᵒ
nō pn̄t an ꝑ hoc cadāt a iure ſuo Et uideť
ꝙ ſic.quia deteriorant rem ſibi conceſſam a
dn̄o ꝑ autēticaꝫ qui rem.C.de ſacro ſan.ec.
& ita tenet Bar.in.d.l.diuortio.§.ſi fundum
Inno.dicit ibi ꝙ hoc ē ſpeciale i fundo eccle
ſie.Lodo.autem de Ro.ibi tenet opi.Bal.qn̄
emphiteota uel feudatarius fuit monitus ut
deſiſtat ab inciſione & nō deſiſtit per tex.i
c.i.§.quicūqꝫ aduocatꝰ in ti.de pac.te.in uſi.
feu.Et licet ille tex.loquať i alia materia tn̄
eius rō multū facit ꝓ opinione Bal.q̄ puto
uerā ꝑ.l.eadē cū ibi notatis.C.loca.per.c.qa
ꝓpter extra de locato.& ꝑ notata i.d.autēti
ca qui rē & ꝑ.l.hoc amplius.§.fi.ff.de dam.
infec.& ꝑ.l.ii.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.
iur.& inſti.eo.ti.§.fi.cū ſy. Queritur no
no ſi cōceſſi alicui ut poſſit de nemore meo
ligna icidere & ad ſui libitū acciper̄ an poſ
ſim poſtea alteri cōcedere ligna dic ꝙ ſic ſi
ligna nemoris utriqꝫ ſufficiūt alias nō arg.l.
ii.§.fi.ff. deſerui ru.pre.&.l.lucio.ff.de aqua
coti.& eſti.pro hoc uide que dixi i.i.li.i.iii.
q.pricipali.℟.& quod dixi ꝙ dn̄s poſſit in
ponere ſeruitutē. Queritur decimo ē ꝑ
miſſum alicui ut poſſit incidere de nemor̄
meo quedā ligna an poterit ꝓ libito ſuo in
cidere in eo.Gu.de cu.i autē qua in ꝓuincia

C.ubi de cri.agi.oportet dicit in fi.pone tu
habebas bona iuxta nemus meum recipie
bas ligna de nemore meo iiuſte abſentaſti
te & dixiſti famulis tuis ut inciderent ſicut
tu qui habebas ius ipi fecerūt ut fuit eis dic
tum & iniuſte quod remediū mihi dabitur
dico ꝙ ageť cōtra iſtos tm̄ & ſi iſti petēt di
lationē ad certificādū dn̄m dabitur & ſi po
ſtea nō uenerint ipi cōdennabunť & ſi nō
ſunt ſoluendo fiet i reſiduo executor cōtra
dn̄m ꝑ.d.autenticā qua in ꝓuincia i qua ita
pōt poni caſus quod dicit eſſe notanduꝫ qa
cotidie de facto pōt euenire. Queritur
undecimo ſi unus miles uult in nemore al
terius colligere ligna uide Hoſti.i ſūma de
cōſue.§.qualiter ꝓbādū. Queritur.xii.
ſi i nemore alieno capreoli cerui uľ alia ani
malia capiūť dn̄o ignorante uľ cōtradicēte
an efficiātur capiētis uel dn̄i nemoris & an
ꝓpria auctoritate dn̄s poſſit eaꝫ retinere ui
de Ang.& doc.i.l.diuus.ff. de ſerui.ru.pre.
& quod dixi ſupra de uenatione & aucupa
tiōe. Queritur.xiii.ſi ruſtici dicūt ſe fuiſ
ſe uſos nemore tanto tēpore quo non extat
memoria an iuuat eos ut dicātur acqſiuiſſe
ius utendi fruendi in illo nemore Cy. for
mat hāc.q.in.l.fi.in.iiii.q.C.de preſcrip. lō
tem.x.uel.xx.an.& uideť dicere ꝙ non qa
uſufr.perditur lōgiſſimo tēpore.l.cōruptio
nem.C.de uſuf.ergo eo tēpore quo perdere
tur nō acqritur facit.l.ticio cū morietur.ff.
de uſuf.& tn̄ cautella ē ut ruſtici non dicāt
ſe habere uel acquiſiuiſſe ius utēdi fruendi
ſed dicāt ſibi cōſtitutā fuiſſe ſeruituteꝫ pro
ius uel habere ius ut poſſint incidere ligna
i dicto nemore qn̄cūqꝫ iuxta.l.iii.i pri.ff.de
ſerui.ru.pre.Et ad probādū iſtā conſtitutio
nem ſeruitutis uel iuris allegēt & ꝓbent ſe
uſos fuiſſe dicto iur̄ accipiēdi ligna per tm̄
tēpus cuius inicii memoria nō exiſtat quia
tale tēpus hēt uim ꝯſtitutionis & tituli ſeu
priuilegii.l.hoc iure.§.ductꝰ aque.ff.de aqᵃ
co.& eſti.&.c.ſuper quibuſdam.§.preterea
de ℣.ſig.&.c.i.de preſcrip.li.vi.imo plus al
legādo titulū & probādo poſſeſſionē ľ qua
ſi ꝑ.x.an.iter pn̄tes &.xx.iter abſentes ꝓba
reť titulus & ſeruitus cōſtituta ut ꝓbatur
ꝑ glo.nō.i.l.ſeruitꝰ predioꝝ & ibi per doc.
ff.de ſerui.& ꝑ glo.Bar.& doc.in.l.i.§.deni
qꝫ el.ii.ff.de aqua plu.ar.& ꝑ ea q̄ habētur
ꝑ Bar.& doc.in.l.qui in aliena.§.ſed ſi non
adierit.ff.de acqui.here.& per glo.& cano.
i.c.ꝓuenit extra de cenſi.& adde que dixi.ſ

in ti.de ſerui.aqueduc.℟. circa terciam qn̄
nulla ē cōuentio. Queritur.xiiii.& ulti
mo ſi ruſtici uľ alii hn̄t uſum nemoris alie
ni puta qa i eo ꝯſuetū ſūt accipere ligna lō
giſſimo tēpore qn̄ expiret iſte uſus uid Ci.
& doc.in.d.l.fi.in.iiii.queſtiōe.C.de ꝑſcrip.
lon.temp.

De collibus ꝝica.

u
IDIMVS DE MONTibus i
genere uerū quia colles ēt montes
dicunť ſcribiť eim ē montis colľ
ideo de ipis ēt collibus dicēdū ē.Et dic̄ Bar.
i tractatu teberiadis i ℣.v.colľ.ab altitudie
mōtis dici pōt.Proprie autē collis dicitur a
colēdo quaſi mediocres mōtes q colunť ut
exponit gloſa ſcripture diuine ſub pſalmo
Dauid &.xiii.℣.illo montes exultauerunt
ut arietes & colles ſicut agni ouiū.Sūt eniꝫ
montes magne altitudinis & coiter inculti.
Colles uero mediocris altitudinis & coiter
ſunt culti.Et itelligo colles hn̄tes altitudinē
ꝓpriā cōtinuatam cū mōtibus nō hn̄tibus
maiorē altitudinē.Si eiꝫ cōtinuaretur tūc ſi
eſſent culti dicerētur pēdicie mōtiū. Horū
cā in nonnullis ꝑtibꝰ locus magne altitudi
nis lꝫ cultus dicitur mōs & locus parue alti
tudinis lꝫ incultus dicitur collis. Diſtingui
tur aūt mons a colle altitudine uel cultura
uel extimatione colētiū.l.i.ff.de fluminibꝰ
& ꝓpterea ꝑ celū figurāť hi q ſue uite ſub
limitate ceteros ſupragradiūť ꝑ montes hi
figurať qui nō ſunt alte uite ꝑ colles hoies
itelligunť iferiores uite ut ē tex.cū gl.i ℣.
celū montes & colles.C.de ſum.tri.

De ualle ꝝica.

u
ALLIS DICITVR LOCus
collibus uel mōtibus circundatꝰ a
uallo uallas quod ē circundo & eſt
locus planus parue uel mediocris magnitu
dinis planus uero dicíť a grece quod
ē latū ſeu latitudo ſecūdū Hugu.dicitur eiꝫ
planicies.i.coequalitas ſecūduꝫ papiā.Duo
ergo reqrūtur.Primuꝫ ꝙ ſit latū.Secūdo ꝙ
ſint eiꝰ partes equales.i.equaliter plane ita
ꝙ una aliaꝫ nō ſuperexcedat.Diſtinguitur
itaqꝫ uallis a plano ex circūdatiōe.Pōt eniꝫ
planus eſſe nō circūdatus montibꝰ nec alti
tudine alia.Item differt & a latitudine quia
ſi ſit locus ꝑue latitudinis mōtibꝰ ľ collibꝰ

circūdatus diciť ualis.Si autē ē magne lati
tudinis diciť planities.hec autē opiniōe cir
cūcolentiū extimāť ar.l.i.ff.de flu.Differt
ēt ab equalitate quia uallis diciť ēt ſi habet
ꝯcauitatē.planꝰ aūt equalitate equiperatur
equalitas aūt plani qualis eſſe debeat dubi
tari pōt puto nō omnimodā equalitateꝫ re
quiri ſed ſufficit ſi nōbiľr i unaꝫ parteꝫ nō
uergat facit.l.cui deus.ff.de edi.edic nōbľr
aūt i unā ꝑteꝫ uergere ꝓbabiľr dici pōt qn̄
in̄ aqua multū de terra aufert ita ꝙ uſum &
culturā deteriorē faciat ar.ff.de aqua plu.ar.
.l.i.§.fi.&.ff.de edi.edic.l.i.§.ſciendum foſſe
autem agrorum & uiarū & ripe ipiꝰ plani
ſunt & loquor de plano totali ut ſi dᷓ plano
tiberis loquamur ſicut enim foſſe que ſunt
in fundo fundi ſunt ita q̄ ſunt i totali plano
ſunt plani.l.predia.§.ita legatū.ff.de fundo
inſtruc.& ſi ſtatuta que loquūť in his que
i plano tiberis cōmittunť locuꝫ haberent ēt
i his que i dictis foueis & ripis cōmitterētur
Quid ergo ſi cōmitterenť i eo loco qui
ꝑ atractionē aque uerſus flumen uergit an
i plano tiberis diceť cōmiſſum uideť ꝙ nō
dicit enim lex pe.ff.de flu.ex quo a plano
uergere incipit ſed dictio a ſepationē deno
tat.ff.de ac.emp.l.non auteꝫ.§.fi.ergo ille lo
cus ſic uergens ē ſepatus & diſtinctus a pla
no.dic ſi querať an talis locus appellatione
agri cōtineatur & dicendū ē ꝙ non ꝑ rōnē
predictaꝫ.Si uero queriť an totalis plani ti
beris appellatione contineať aduertenduꝫ
ē ſi quodā flumē planū uadit ita ut ab utra
q̄ parte fluminis planū tiberis appelletur
quod i dicto loco fieret i plano factū eſſe di
cereť quinimo ēt quod i ipo flumine fieret
i tali plano ſub totali applanatiōe nomiato
factū eſſe dicereť cū enim in ipꝫ flumē ad
ditur & exitus aliter q̄ ꝑ ipſum flumē non
habeať merito ipius plani appellatiōe cōti
neť ut i ſimili i multis caſibus iura dicunt.
Sic ēt ager cū totos qui ſunt ab utraqꝫ parte
unius plani appellatione cōtineret ergo &
ipm̄ flumen.Alias flumē mediū diuideret
nec eſſet unus planus ſed plures ar.ff.de
uer.ſig.l.recte dicimus facit ad hoc quia qdᷓ
fit i aqua putei i ipa re factū uideť.l.is qui
i puteū in prin.ff.qui aut clam & habetur
ꝑ Bal.in tractum ſuo tiberiadis in.v.colľ.℣.
uallis dicitur.Sed ibi ēt Bar.dicit quid ſi ab
alia parte fluminis eſſent mōtes uel colles
dicit ꝙ tūc ille locus ꝓpter aque attractiōeꝫ
uergēs plani appellatione n̄ cōtinētur.ſed

L. fol.
767

RARIORA


Cm


cm

Jus poſitivum et Interpretes
Folio n°. 767.

99. **Bartholomaeus** Caepolla, Tractatus de servitutibus. Pavia, Fra. de S. Petro 22 Febr. 1481. 2o. L. 2o. 767[1]

Type 1. — HC 4834. — Peddie II p. 167.

Op het schutbl.: „Ex legato Magistri Martini Grundick legum doctoris canonici huius insignis ecclesie beate Marie Traiectensis". Zie over hem de aanteek. bij nr. 97. — Samengeb. met nr. 97 en 98.

97. **Bartholomaeus** Caepolla, Cautela juris. Pavia, Fra de S. Petro 20 Oct. 1480. 2o. L. 2o. 767[2]

Type 1. — H 4863. — Peddie II p. 187. — R. App. V p. 94.

Op het 1e schutblad: „Ex legato Magistri Martini Grundick Legum doctoris canonici huius Insignis ecclesie beate Marie Traiectensis" (in 1501, capitularius 3 Nov. 1517, officiaal van den proost in 1519, † 25 Jan. 1526 of 1527). — Samengeb. met nr. 98 en 99.

98. **Bartholomaeus** Caepolla, Libellus de contractibus emptionum et locationum cum pacto de retrovendendo simulatis. Pavia, Fra. de S. Petro 14 Maart 1481. 2o. L. 2o. 767[3]

Type 1. — HC 4854. — Peddie II p. 168. — Pell. 3488.

Samengeb. met nr. 97 en 99.

Ex Legato d(omi)ni Magistri Martini Grundorf Legu(m) doctoris
Canonici huius Insignis ecclesie beate Marie Erfordensis :

INCIPIT .TRACTATVS .NOTABILIS Et Subtilis De Seruitutib⁹ Vrbanoꝝ predioꝝ. Iur. V. Doctoris Famoſiſſimi .D. Bartholomei cepola Veronenſis.

q

VI Alicuius artis uel doctrine ſcientiã ꝓfitent᷑. duo ĩprimis memoria debent querer̃ primum recte docere quo uix qcquam adeo utile ſibi & auditoribus inueniri aut eſſe põt. alteꝝ eſt ſcribere & quod uigilando lõgo tẽpore didicerint. id elaboratũ. & perfectum ĩ ſcriptis edere. Sed hoc ultimũ utilius ſemper eſſe exiſtimaui preſertim quia pluribus atq; ſepius cõmunicari põt. Quod. n. uocẽ traditur ſoli auditoreſ & una tm̃ etate & eo ſolu; tempore quo tradit᷑ ĩtelligere poſſunt ac id ẽt ſepenumero ex eoꝝ meõria delet obliuio. ſcripta uero que magis digeſta eſſe ſolent donec repiuntur omnes omniq; tẽpore & habere & legere pñt. Propterea ego Bartolomeus cepolla de Verona. qui iuris ciuilis & pontifici ſciam ꝓfiteor. licet ĩmeritus. non ſolũ legere atq; docere ĩ utroq; iure ſemper mihi cura fuit. Sed etiã aliqd ſcribere & quod diu legendo conſecutus ſum. id auditoribus meis ꝓ cõmuni utilitate litteris tradere laborandum eſſe putaui. nec unquã libellum de quo iã ab alio ſcriptũ repiatur ſcribere uolui. licet nonnulli quibuſdam additis & detractis id facere conſueuerint. ſed ea tãtũ de re pro fructu maiori de qua nemo unqua; tractatũ aut libellũ quẽ ſciuerim ſcripſerit. cu; igit᷑ nullus iuriſcõſultoꝝ noſtrorũ hactenus librum de ſeruitutibus compoſuerit. & ſubtilis admodum atq; utilis ſit ac etiã ĩ foro quotidie uerſet᷑. opuſculum quoddam de ĩpis ta; urbanis q̃ ruſticis in hoc pataũi ginnaſio ĩ quo publice lego iura ciuilia pro omniũ utilitate ſcribere. & auditoribus meis qui hoc a me ſepiſſime queſiuerũt ĩ ſcriptis edere ĩ animo cõſtitui. quod opus duobus libris. uno de urbanis. altero de ruſticis ſeruitutibus diuiditur atq; ꝯficit᷑. In eo tractant᷑ queſtiones. in primis quotidiane & admodu; utiles. & quod uariis in locis ſparſim & ĩpfecte de hac mat̃ia ſcribit᷑. hoc breui opuſculo perfecte ſimul ordinateq; ſcriptum repietur. adeo ut omnes facillime queſtiones inuenire. & ĩuenias ĩtelligere ac decidere poterunt. In primo libro de qbuſdam prius neccẽio tractabimus que ſeruitutibus tã ruſticis q̃ urbanis ſimul cõueniunt deinde ea ſolu; diſputabimus que de urbanis ſeruitutibus dicuntur. In ſecũdo uero libro de his tractabitur que ruſticas tm̃ ſeruitutes cõprehendunt.

Rubrica de ſeruitute perſonali .C. I

n

Eceſſariu; eſt ſicut polliciti ſumus ut prius quedã uideamus que ſeruitutibus cõmunia ſunt quo facilius ĩtelligi poſſit ĩ hoc libro de ſeruitutibus que ſcribunt᷑. Seruitutũ tria ſunt genera. Quedã. n. ſunt ſeruitutes perſonales. q̃dam r̃ales. & quedã mixte. Seruitus perſonalis dicit᷑ illa que debetur a perſona ꝑſone. de qua habet᷑ in ti. de ſta. ho. & inſtit. de iure ꝑſonaꝝ. & ubicũq; fit mentio de ſeruis. & dicit᷑ mera ꝑſonaliſ ut nõ. glo. in ꝝica. ff. de ſerui. ti. generali. Et iſta ſic diffinitur. Seruitus ẽ conſtitutio iuriſgentium qua qs dominio alieno ꝯ naturã ſubicit᷑. ut dicit florẽtinus iuriſꝯſult⁹ in. l. iiii. §. i. de ſta. ho. & imperator inſti. de iure ꝑſonali. §. i. & de hac diffinitõe uid̃tur. ꝙ ſeruitus mere perſonalis ſit ĩuẽta de iure gen. Idem probat᷑ in. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure & inſti. de uſu. & habi. §. fi. & nõt. Bar. in. l. ex hoc iuregen. in fi. & ibi per doc. de iuſt. & iure & eſt tex. i. di. iuſgẽtium & nõ. xii q ii. longinqtate. Sed in cõtrariũ uidetur ꝙ imo ſit ĩducta d̃ iure naturali ꝑ ebrietatẽ qa nõ eſſet. hodie ſeruit⁹. ſi ebrietas non fuiſſet. ut ſcribit Beat⁹ Ambroſius ĩ ſermone de ieiunio & hẽt᷑ xxxv. di. ſexto die. & nõ. glo. in. d. c. iuſgen. & glo. in c. ita quorundam. ℣. ſeruus. & ibi per canoniſtas extra de iudeis. Nã noe primo uineam plantauit bibenſq; prĩo uinu; inebriatus ẽ. & cũ Chayn uidiſſet pudibũda patris ſui Noe denudata non cooperuit ĩmo uocatis fratribus ea deridendo patrem ĩpis oñdit. qui ſtatim patris pudibũda cooperierũt & ꝯ Noe hoc poſtea ĩtellexiſſet non Chayn. ſed chinaa; ei⁹ filio maledixit dicens maledictus chinaa; puer ſeruuſ erit fratribus ſuis. & hoc habet᷑ geneſi. ix. & ẽ tex. cum glo. i. q. iiii. §. is ita. ℣. Item Chayn

A. i.

DOMEIN-ARCHIEF TE UTRECHT

&c.xxiiii.q.iii.§.ſed qui.v.Item Noe.& ibi glo.&.ii.q.i.qualis.& ibi archi.& c ſententia.&.v.q.v.de crimine in fi.& in.d.c.ſexto die.xxv.di. Et propterea dicitur ſeruitus inducta a iure naturali.quia incepit a Noe.ꝑpter ebrietatem.& hoc uoluit gl.in.d.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure.que dicit ꝙ ſeruitus oritur ab ebrietate.& nihil allegat ſed eam intellige ut.ſ.dixi. Dixit ēt phūs primo politico.quod aliquis poteſt eſſe ſeruus naturaliter.ꝙ declara ut ibi habetur & per dñm anto.de roſ.i.di.iuſgen. Quidam uoluerūt quod ſeruitꝰ ſit inducta ex pſcriptione ſeptēnii.ut nōt.glo.in.d.c.iuſgen.ꝙ intellige ut habetur per glo.vi.di.§.i. Alii uero dicunt quod ſeruitus eſt de iure ciuili ut inſti.his q ſūt ſui uel alie.iur.§.fi.& hº nō gl.iſti.de iure perſonarū.§.i.Itē quod ē de iure canonico ut in.c.cum mlta.xv.q.ul.& in.c.ita quorundam de iudeis.& ibi hoc nō.per glo.& doc.Sed illa iura que uidēt contraria.pñt intelligi ſecūdum gl.i.di.iuſgen.hoc modo uidelicet ꝙ ſeruitus dicatur inuenta de iure naturali tempore Noe per iura.ſ.allegata.ad hoc ſed de iuregen.& ciuili fuit confirmata.& poſtea.de iure canonico & ſic ſeruitus iuentione ſeu origine eſt de iure naturali.confirmatione pōt dici đ iurgentiū ciuili & canonico. Secūdo modo poſſunt concordari uidelicet ꝙ ſeruitus ſit inuentione de iuregen.& de iure naturali ſecundario quod etiam iuſgentiū appellat ut i.§.ſingulorū.inſti.de reꝝ diuiſi.& i.l.i.ff.de acqui.re.do.ſed confirmatione eſt de iure ciuili & canonico.& ita nōt.glo.iſti.đ iure perſonaꝝ.§.i.ad idem allego quod de matrimonio dicit.iſti.de iure naturali in prin.i glo.in vbo appellās. Tertio mō alii concordant quia dū dicit ſeruitus ē de iure naturali tpe Noe iducta.nō intelligitur de ſeruitute qua quis liber eſſe deſinat.quia đ iure naturali omnes hoies liberi naſcebant.nec tunc ſeruitus erat cognita.ut dicit tex.i.d.l.manumiſſiones.Sed itelligit de ſeruitute qua quis ſubicit regimini alterius ſicut iſipientes prudentibꝰ uel ſubditi dominis.iſti tamen ſubditi liberi ſunt.l.fi.C.de ſeruis fugi.Et dicuntur ſerui.i.ſeruiētes.& illa fuit introducta de iuregentiū.qa utile eſt homini imperito ut regatur a pito & ſecundū hoc habita ratione ad utilitatē.pōt dici ꝙ fuerit introducta a iure naturali ut dicit.d.Dominicus de ſancto gemi.i.d.c.iuſgen.& de iſta ſeruitute intellexit phūs primo pollitico.ſed poſtea dicit quod ſeruitus eſt inuenta de iuregen.itelligit de ſuitute qua quis liber eſſe deſinit que qdeꝫ ſeruitus eſt approbata de iure ciuili & cāonico ut dixi. Quarto mō alii concordāt ꝙ ſex modis ē inducta ſeruitus.primo ē una ſeruitus que ortū habuit ꝑpter peccatū.& hec dicit iuenta de iure diuino.quia pecās ſeruus eſt peccati.tam i pena q̄ i culpa.ut ē tex.ii.q.vii.§.quia ergo.& ab iſta ſeruitute liberati ſumus per icarnationem dñi noſtri Iheſu Chriſti.quoniā eramus ſerui pp peccatū primi parētis ad galat.iiii.& habetur.xii.q.ii.cuꝫ redemptor. Secūdo ſeruitꝰ ēt habuit ortū propter ebrietatē.ut.xxxv.di.ſexto die. Tertia ē introducta ꝑpter bella.quando hoſtes capiunt in bello iuſto.ut.d.l.manumiſſiones &.d.c.iuſgen.Sed iter criſtianos de conſuetudine non ſeruant ut capti in bello efficiant ſerui capiētium.ut nōt.Bar.in.l.hoſtes in fi.de capti.& ueꝝ dicit. Quarto ē de iure ciuili.ut inſti.de iure perſo.§.pe.Et licet qdam addant aliū moꝫ uidelicet ex uoluntate hominis.que inducitur quando qs patit ſe uenūdari ad preciū ꝑticipandū.l.& ſeruorū.de ſta.ho.iſta tamē dicit eſſe de iure ciuili ut ē tex.inſti.de iure perſo.§.ſerui.& eſt i effectu una & eadē ꝯ precedenti. Quinto de iure canoico que habuit ortū a dilecto eccl'iaſtico ex quo aliqñ quis fit ſeruꝰ de iure canonico.ut ē tex.xv.q.ultima.c.cum multe.&.c.ita quorundam.extra de iudeis.& ſecundum Io.de fā.in.d.c.cum multe derogatum eſt illi.c.contraria ꝯſuetudine. Sexto & ultimo propter mortē Chriſti ut i.c.& ſi iudeos in fi.de iude.magis ſeruitus eſt ꝯfirmata & nos liberi facti ſumus.ut.ibi.& ſic ex predictis patet quod diuerſis reſpectibus poteſt dici qđ ſeruitus ſit itroducta iure diuino.naturali.gentiū.ciuili & canonico.hoc tm̄ đ ſeruitute mere pſonali diximus qm̄ requirebant ad declarationē diuiſionis ſeruitutuꝫ.nūc uideamus de ſeruitute reali q̄ in hoc libro plenius tractabitur.

## De ſeruitute reali. C.II.

r

Ealis dicitur illa que debetur a re rei ſicut ē ſeruitus urbana et ruſtica.quia nō debet perſone ſed predio ut eſt tex.ad litte-

ram in.l.unus ex ſociis ꝙ ſerui.ruſti.pre.Et propterea libellus & ſententia debet ferri i pdio nō in perſona ut ē tex.in.l.qui aliena .§.fi.ibi ſentētia predio dat̄ de neg.geſt.& in.l.ii.§.i.ibi cui ſeruitutē dicitur deberi.ff. ſi ſui.uen.& nō.gl.in.l.fi.ff.de no.op.nun. & nōt.Bar.in.l.ſi prius in.vi.oppo.ſecūde partis principalis eo.ti.& in.l.fi.§.ſin autē & ibi per doc.C.de bo.que lib.de quo dicē dum ē ut dicam.j.ubi de libello & ſeruitutum ſententia tractabimus. Et eſt aduertendum ꝙ iſta ſeruitus quam realem eſſe dicimus non ſolū realis eſt ut dicitur ut eſt tex.in.l.i.ff.de ſerui.ſed etiam predialis appellatur ut probatur i rubrica.ff.de ſer.ur. pre.& cōmunia predi.cū ſi.ut dixit Azo in ſumma.C.de ſerui.in prin.quod melius dicunt̄ prediales q̄ reales quia rei appellatio eſt nimis larga complectens & mobilia & corporalia inſti.de rebus corpo.& icorpo. & in.l.i.i fi.ff.ſi cer.pe.&.l.rei appellatione de ꝟ.ſi. Predii uero nomē immobilia tātum complectit̄ ut.l.quod eſt fund⁹.§.predium.ff.de uerbo.ſig.Tu dic bene iuriſconſultum dixiſſe in.l.i.ff.ꝙ ſer.dum appellat ſeruitutes reales ad differētiā perſonalium ut ibi dicit̄ tamen iſte reales ēt dicunt̄ prediales ut nō.glo.in.l.ſi quis unas alias binas in uerbo perſone .ff.de uſufru.quia ſine pdio eſſe non poſſunt ut eſt tex.l.i.ff.cōmunia predi.& inſti.de ſerui.§.in ruſticorum ꝟ.ideo autem hec ſeruitus realis alias ſeu predialis diſtinguit̄ quia una ē urbana ut ꝓbatur eo.ti.ff.de ſeruitu.urba.predi.& ruſticorum in toto ti.ff.cōmunia predi.cū ſi. Diffinitur aūt illa ſeruit⁹ realis ſeu pdialis pluribus modis licet Bar.in.l.i.ff.de ſerui. dixerit ꝙ ei⁹ diffinitionē nō reperierit primo ſecūdum odofr.ſic diffinit̄ ſeruit⁹ realis eſt quoddam onus a predio debitum ul' a re rei legittime cōſtitutū uel ſecūdo ē i⁹ quoddā itroductū quo pdiū pdio ſeruit.ut colligit̄ i.l.uia i pri.de ſerui.tꝫo ſꝫ Bal.Seruitus ē accidētal' habitudo & extriſeca qualitas pdii.l.qd aliud de ꝟ.ſi.Ita dicit Bal.in aūt.ei q.C.de bo.auto.iudi.poſſ.i.xiiii.colū. & hāc ſentit azo i ſumma iſti.de ſui.ubi dicit ꝙ ſeruitus pōt dici habit⁹ predii. Sꝫ certe iſta potius eſt quedam deſcriptio quam diffinitio.Quarto ſecundum azonē i loco primo allegato pōt diffiniri ad ſimilitudinem ſeruitutis pſonal' qua homo fit ſeruus hois ut ſicut illa dicit̄ conſtitutio iuriſgen. qua quis dominio alieno contra naturaꝫ ſubicitur ut dictū eſt ſ.i prin.Ita & iſta dicit̄ ꝯſtitu°q^a dom⁹ domui l' rus ruri ſubiugat̄ Quito aliter diffinitur ſecundū Bar.& meli⁹ i.l.i.de ſuitu.hoc modo ſeruitus ē quoddam ius predio inherens & ipſius utilitatē reſpiciēs & alterius predii ius ſiue libtateꝫ diminuens. Quod aūt iſta diffinitio iuri in omnibus cōueniat ſic declarat̄.nam duꝫ dicit eſſe ius ꝓbat̄ i.l.i.&.l.hec aūt iura.ff. de ſeruitu.ur.pre.& eſt caſu iſti.de reb⁹corpo.& i corpo.§ fi.& in.l.i.infi.de rebus dub. ff.& dicitur ius ad differētiā facti quia tunc non eſſꝫ ſi factum uerſaretur realis ſiū perſonalis ut.l.apud iul.§.ſi quis alicui de l.i.de quo dicēdum eſt ut ſtatim declarabit̄ ideo dicitur predio inherens & nō perſone ut.l. qui aliena.§.fi.de neg.ge.&.l.unus ex ſociis .ff.de ſeruit.ur.pre.et dicitur iherēs quia ſignificat eſſe quādam qualitatē predii nō inherētē ipſi predio pricipal'r ſiue acceſſorie. ut.l.ſuitu.i prin.ibi & ſi corporib⁹ accidūt de ſuitu.&.l.qd aliud de uer.ſi.Seruitus & eniꝫ ē quedam qualitas non aūt ſubſtantia ut dicta.l.quid aliud & hoc uult Bar.in.l.i.i. fi.ff.de uſu fruc.leg.de quo etiā uide p.Bal. i.l.data opera.i viii.columṗ.C.qui accuſ.nō poſ.Item dicitur predio inherens ut p hoc ſignificetur ſeruitutem ineſſe predio dominanti actiue ut.l.arbor.§.fi.aū.diui.& pdio ſeruienti paſſiue & priuatur.ut in.l.iii. de ſerui.Nam ius predii ſeruientis non dicitur augeri ſed minui.ideo ſeruitus non ē quantum ad ipſum ineſſe ſed deeſſe ſicut ſi cui deſtrueretur oculus non proprie diceret̄ ineſſe cecitas ſed prius ei lucem deeſſe & licet ſeruitutes non ſint in bonis noſtris nec extra bona ut.l.i.ff.de uſufruc.lega.&. .l.rem in bonis de acqui.rerum do. tamen dicit̄ ineſſe predio non principaliter ſed acceſſorie ſicut qualitas ineſſe ſubiecto & hoc modo dicitur eſſe in bonis noſtris.i.in pdio dominante ut habet̄ in.d.l.i.& in.dicta.l.rem i bonis de quo uide omnio p Bar. in.l.meuio.§.fundo in fi.de le.ii.Item dicit̄ ipſius utilitatem reſpiciens quia niſi utilitatem pdii dominantis contineret non poſſet conſtitui ſeruitus ut eſt tex.in.l. quotiens la prima in prin.de ſeruitu.Item dicit̄ & alterius predii ius ſeu libertatem diminuens ut probatur in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis forte.ff.de uerbo.obliga.Quandoqꝫ tamen libertas ſeruitutum appellat̄ pp ſimi

ſitudinem quam habet in quibuſdam cuꝫ ſeruitute ut nō.glo.magna in.l.i.de ſeruitu. ur.pre. Et ecōtra interdū ſeruitus appellat libertas ſicut eſt ſeruire deo ut nō.ibi pau. de caſt. Et dicitur in diffinitione alterius ꝑ dii quia non poſſet eſſe predium ſeruiens ſine predio dominante.l.i.cōmunia predi. Item uerbum alterius intelligit .ſ. domini. ut.l.i.ff.quemadmo.ſerui.admit.l.ii.§.i.ff. ſi ſerui.uen.& intelligit etiam alterius in totum uel quandoqꝫ pro parte ut habet in.l. ꝓ parte.ff.de ſerui & ꝑ hoc apparet quod diffinitio ſeruitutis realis ſeu predialis eſt uera & ꝑfecta quā etiā tenet & ſequit flori. in.dicta.l.i.de ſeruit.& coiter ibi ſequunt doc. Sed dubium ē pulchrum & ſubtile quō cognoſcat quando ſint ſeruitutes ꝛales ſeu ꝑdiales in hoc diligent animaduertendū eſt quia multi nō intelligunt & ē utile hoc ſcire ꝑꝑ multa ut in fi.huius prie queſtionis dicet. Et obmiſſa longa diſputatiōe que fieri poſſet diſtinguendo quattuor caſus principal breuit ſic dicas.aut conceſſio ſiue ꝓmiſſio fit alicuius iuris de uno ꝑdio ad aliud & exprimit iure ſeruitutis aut nō exprimit iure ſeruitutis & uerba conceſſionis ſonant in factum uel non factum aut non ſonant in ius aut in potētia. Primo cāu principali non ē dubium quod ē ſuitus realis & ꝑdialis ꝓ ꝑdicta. Secundo caſu principali quando cōceſſio fit nō expreſſo iur ſ ui.& ꝟba ſonāt i ſimplex factū ł n̄ factū & tūc ſubdiſtingue aut ē ſimplr factū ex pte eius cui fit conceſſio aut ex pte concedētis Si ex pte eius cui fit conceſſio ſonāt i factū puta cōcedo tibi ire agere ꝑ fundū meum uel aream uel ſaxum uellere & ꝛceder.iſta enim ꝟba infinitiua ſonant in actum facti & tunc non eſt conceſſio aut ſeruitus ꝛalis ſeu ꝑdialis etiā ſi facta fuerit occaſione ꝑdii ſed eſt perſonalis conceſſio & obligatio.l. apud iul.§.ſi quis alicui & ibi hoc nōt.de ſ. primo & ita nō.Bar.in.l.pat.ff.de ſ.& pau. de caſt.in.l.lutius de ſerui.ru.pre.qui dicit quod hoc etiam probat in.l.ii.§.itē ſi i facto de ꝟ.ob.ubi dic ꝙ ē ſtipula° facti n̄ datiōis ſed ſi contineret ſuitutē diceret etiam dationis quia ſeruitus dat & in aliū trāſfert ſicut dominū ad quod etiā uide quod nōt. Bar.in.l.i.§ ſi quis ita eo.ti. Si uero ꝟba ſonantia in ſimplex nō factum differētur i n̄ factū ex parte cōcedentis.exemplum ꝓmitto tibi nō ſenere uel nō facere ſeneſtraꝫ in pariete mēo & idem quia nō ē ſeruitus realis uel ꝑdialis ſed eſt quedam obligatio pſonalis & idem ſi poſtea alieno fundum meum emptor poterit tener uel facer feneſtrā in eodem muro. Et Albertus papienſis dicit ſe ita obtinuiſſe in queſtione facti ut refert ſpec.de contrahen.emp.§.i.in ꝟ.pone .P.cauit qui ſubdit quod cum talis cōceſſio nō ſit ſeruitus ſed obligatio pſonalis tantū emptor non tenet ſed cū poteris ager ꝯtra me pro hoc allego.l.fi.§.fi.cū ibi nō.ff.de ꝯhen.emp.& ratio eſt quia actio pſonal nō ſequitur fundum.l.i.§.heres.ad treb. aliud ergo eſt ſeruitus aliud obligatio perſonalis ſeruitutis que eſt rei annexa ſic affixa ē qa ab ea non ſepatur etiam ſi per plures manus ambulauerit ſicut lepra ſequit leproſum ut nō.glo.in.l.frater a fratre de condi.i debi.ſed perſonalis actio ſiue obligatio ꝑſonam non excedit.C.de ſeruitu.&.aqua .l. i prouinciali & in.§.ſi heres. Quod aūt dicta conceſſio non ſit ſeruitus ſed perſonalis obligatio apparet ex forma obligatiois i qua nō ꝯtinet cā qua ego cauerim ſeu promiſſerim & hoc tenet Bar.& doc.i .l.fi.ff. de no.oper.nū.& in.l.iii.§.opus .ff.de alie. iudi.mu.ca.fac.& flo.in.l.ut pomum .ff. de ſeruitu.& habetur per doc.i.l.ſi ſub una.§. fi.de ꝟ.ob.ſi aūt cā aliqua exprimet puta ne aliquis uſus domus tue impediret. tūc dicit ſpe in.d.ꝟ.ſed pone ꝙ huiuſmodi cōceſſio ſeruitutis eſſe ꝑſumeretur & ita ēt tenet Bar.i.d.§.opus ēt flo.i.d.l.ut pomum quod & bene nō. Et ideo ſis cautus i cōcipiēdo ꝟba inſtrumēti ut ſēp tu cui fit ſimilis promiſſio facias addere cāꝫ cōcernētē utilitatē fundi tui uꝫ promiſſit nō edificare ł non tenere feneſtram in domo ſua ne officiatur luminibus domus mee quia tūc ſeruitus realis & trāſibit domus obligata ad quecūqꝫ poſſeſſorē & ſi ꝑ mille manus trāſiret ꝙ non eſſet ſi cā nō exprimeret ꝑ ꝑdicta. Tertio cāu principali qn̄ uerba cōceſſionis ſonant i ius & tunc ſubdiſtingue tres cāus aliquando fit cōceſſio talis reſpcū certi fundi eius cui fit conceſſio aliquando reſpectu icerti aliquādo nō hito reſpectu ad aliquē fundū illius cui fit cōceſſio i prio cāu quando fit cōceſſio reſpectu certi fundi exemplum cōcedo tibi ius eundi ꝑ funduꝫ meum ad talem tuuꝫ uel aquā ducendi ex fundo meo ad tuuꝫ certum ortum & tunc dicit ſeruitus realis & predialis ab urtaqꝫ

parte ut.l.pecoris cum .l.ſequen.& ſeq.etiã .l.cũ fundo de ſerui.ruſti.predi.&.l.ſi fũdũ de ſerui.leg.&.c.ↄ ueniſſent extra de inſti. niſi ex qualitate perſone cui conceditur ex qualitate rei cõceſſe aliud preſumatur ut ẽ caſus in.l.pater de ſerui.leg.& ibi nõ.Bar. & Pau.de caſt.in.l.lutius.ff.de ſer.ru.pre. Et dum dixi eſſe ſeruitutem realem & predialem qñ fit conceſſio reſpectu certi fundi ꝑ uerba ſonantia ius ꝓcedit ſine dubio quando fit actu ut non finiatur cum ꝑſona puta relinquitᷣ uľ promittitur alicui ius aque ducende qui habet uicinum prediũ ut non finiat cum perſona & non hẽt dubiuꝫ quod ẽ ſeruitus realis & ꝑdialis & tranſit cũ ꝑdio ꝑ ea que.ſ.dixi. Sed ſi relinquitur habenti prediũ uicinũ ut finiatᷣ cum perſona ẽ dubium an ſit ſeruitus realis uel perſonalis & Io.& azo.dicunt quod eſt ſeruitus realis q̃ tamen ꝑ exceptionẽ finitur cuꝫ ꝑſona perẽpta ut nõ.glo.i.l.mella.§.fi.ff.de ali. & ciba lega.& i l.ut pomũ de.ſerui.& i.l.ſi qs bines de uſufru.& nõ.Bar.i.d.l.mella.§.fi.qui dicit quod hoc ꝓbatur i.l.iiii.ff.de ſeruit.& illa eſt ueritas per illũ tex. In ſecũdo cãu quando cõceſſio que ſonat ĩ ius fit reſpectu incerti ſed certificandi ꝑ eũ cui fit. exẽplũ concedo tibi ius hauriendi aquã & portandi ad fundum tuũ uel ubicũqꝫ uis & tũc dicitur conceſſio perſonalis & non ſeruitus realis uel predialis ut eſt caſus nõ.i.d.l.lucius q̃ ẽ lex penultima & ibi hoc nõt. & tẽt Pau.de ca.Ideꝫ tenet Bal.ibi qui dicit ſe prius contrariũ rñdiſſe antequã uidiſſet illum tex.& hoc etiã ſequitur Lod de ro.i ſuo ſingulari .lxyiii.quod icipit concedo tibi ius hauriẽdi qui dicit ꝙ ille.tex.eſt unicus ĩ iure ideo memoriam tuã nunq̃ exeat. In t̃cio caſu quando uerba cõceſſionis ſonãt in ius & non fit hito reſpectu ad aliqueꝫ fundum eius cui ſit cõceſſio qa non hẽt fundũ uicinum.exemplum cõcedo ꝙ poſſis cenarᷣ uel ſpaciari aut uenari ĩ fundo meo aut ꝙ poſſis haurire aquã ex puteo meo uel ex ciſterna uel ꝙ poſſit colligere poma ex arbore mea & i hoc eſt dubium an illa ſit ſeruitut realis uel perſonalis an uero ſit obligatio perſonalis tantum & non ſeruitus. Et Rog.gloſator in.d.l.mella.§.fi.de ciba.leg. & in.d.l.ut pomum tenet ꝙ ſit ſeruitus ꝑſonalis & hanc opy.tenet pe.& cy in ꝑ̃ica .C.de ſerui. Sed glo.accur. tenet ſecundum Io.ꝙ imo non ſit ſeruitus ſed obligatio ꝑſonalis & hanc opy.tenet Bar.in.d.§.fi.& ĩ.d. .l.ut pomũ.& iſta eſt cõis opy.ut ꝑ flo.in. .d.l.ut pomũ & eſt uera. Nam ꝙ nõ ſit ſeruitus realis patet quia nõ diminuit de iure predii ſeruientis ad utilitatem dñantis ꝙ fieri debet ſi eſſet realis ut dixi.ſ.in diffinitione ſeruitutis realis ſecundum Bar. Iteꝫ ꝙ non ſit ſeruitus ꝑſonalis ꝓbatᷣ quia ire & ſpaciari per fundum alienum in eo cenarᷣ uľ ſimilia facere non diminuit de fructibꝰ rei aliene adeo ꝙ alteri acquiratᷣ ad cui conmodũ tendit ſeruitus uſufru.uel uſus illius fũdi ut dictũ eſt & ita tenet flo.& Pau. de caſt.i.d.l.ut pomũ. Sed ſecundũ.h. uideretᷣ quod poſſet colligere pomũ ex arbore mea uel aurire aquam ex ciſterna mea ſit ſeruitus ꝑſonalis uſus.ſ.illius arboris ľ ciſterne quia tẽdit ad diminutionẽ fundi ſeu ciſterne uel arboris mee. De arborᷣ non eſt dubium. Sed de ciſterna ẽt idẽ eſt qñ hauriẽdo euacuaretur ſicut contingit ĩ ciuitate uenetiarum tempore eſtiuo quo ſepiſſime propetr frequentiam hauſtꝰ ciſterne euacuãtᷣ & deſicantur tu tamen dicas ꝙ nec iſta poteſt dici ſeruitus uſufruc.ľ uſuſ.qm̃ ad uſufructuariũ pertinent ľ omnes fructus uel quota pars ſed in hoc caſu ad iſtũ cui facta eſt promiſſio non ſpectat niſi certa q̃titas ergo non poteſt uſufruc. Item nec etiaꝫ ſeruitꝰ uſꝰ poteſt dici qm̃ ad uſuariũ pertinet poſſe ſumerᷣ q̃tũ expedit ſibi & familie ſue ut.l.plenũ in fi.de uſu.& habi.ſed predicta conceſſio de qua i ꝓpoſito reſtringitur ad certã q̃titatem nõ ad neceſſitatem & ideo tale ius non dicitur ſeruitꝰ realis ľ perſonalis ſed ius ꝑſonale tantũ & ita tenet gl.quã ſequũtur ibi doc.in.d.l.ut pomũ. Et ꝓptera eſt dicendũ ꝙ ſi dicta ꝓmiſſio uel cõceſſio hauriẽdi aquã ex ciſterna mea uel colligendi poma ex arbore mea ẽẽt facta ñ ad certã quantitateꝫ ſed pro neceſſitate tua & familie diceretur eſſeᷣ fuitꝰ uſus perſonalis per .d.l.plenũ.§.i.& inſti.e.§.i.ꝙ eſt nõ.ꝙ autẽ dixi talẽ conceſſionẽ hauriendi aquam uel colligendi poma factã ñ ad neceſſitatẽ eſſe ius ꝑſonale itellige.i.debetur ꝑſone i illa re ñ aũt debetur alteri rei ſꝫ an ſit adeo ꝑſonale ut nõ trãſeat ad heredẽ eiꝰ cui fit ↄceſſio & uidetur ꝙ ſic per.l.apud iul.§.ſi qs alicui de ľ.i. In ↄ̃riũ uidetᷣ quia iuriſdictio & multa alia icorporalia q̃ debẽtᷣ perſone & nõ rei tranſeũt ad heredẽ de hoc dic ut per Bar.plene in.l.pater de ſerui.leg.& per Io.

de pla.i.l.ſordidior.C.de excuſa.munerum
li.xi.& per imolã in.l.ſi ſub una.§.i.de uer.
ob.& per canoniſtas i.c.cum ueniſſet de in
ſti.Quarto & ultimo cãu principali quã-
do uerba cõceſſionis ſonãt i potẽtiã puta ꝓ
mitto tibi ꝙ poſſis uel nõ poſſim Ita ↄclu-
deũdum ẽ aut illa ꝟba ſunt negatiue ꝓla-
ta ut puta cõcedo tibi ut ego nõ poſſiȝ edifi
care i meo altius ne luminibus tuis officiã
& tũc erit ſerui.realis ſecundum quã aufer
tur mihi potentia altius edificandi.l. altius
.C.de ſer.Et hoc intellige ſecundum ea que
dixi in ſecundo cãu princidali ut affirma
tiue uerba ſunt ꝓlata & tũc aut pronomen
qđ ſignificat ſubſtantiã ſeu ius puta conce
do tibi ius aquã ducendi de fundo meo &
idem cum diſtinctione tamẽ quã poſui.ſ.i
.iii.cãu principali per uerbum quod ſigni
ficat actũ ut cõcedo tibi ꝙ poſſis ire agere
ꝑ fundũ meũ & tũc non erit ſeruitus ſed
cõceſſio perſonalis i.l.ii.§.item ſi i facto de
ꝟ.ob.&.l.apud iul.§.ſi quis alicui del.i.Idẽ
ſi fiat per uerbum facultatis ut cõcedo tibi
facultatẽ eundi ꝑ fundũ meũ ſecũdũ Pau.
de caſt.i.l.lutius i fi.de ſerui.ru.pre. qui ad
hoc nihil allegat ſed tu allega Bar. qui hoc
dicit in terminis in.l. pater ante fi.de do.
prele.Idem credo ſi fiat per uerbũ licẽtiaȝ
uel poteſtatẽ.exemplum concedo tibi licẽ
tiam uel poteſtatem eũdi per fundũ meũ
& moueor potiſſime ratõe quia illa uerba
magis ſonãt in factũ q̃ in ius.Nam predic-
ta ꝟba ſignificant hic uolo ꝙ poſſis & ua
leas ire per fundum meum & ſic potius ſi
gnãt fcm̃ q̃ ius & hoc ẽt uult Bar.i d.l.pat̃
qui dicit ꝙ illa uerba cõcedo tibi facultatẽ
eundi & ꝙ poſſis ire & ſic uerba magis re
ferũtur ad factũ q̃ ad ius & ita ẽ cõceſſio ꝑ
ſonalis quod tamẽ itellige ſecũdum ea que
dixi.ſ.in ſecũdo cãu pricipali. Et predicta
perpetuo tenemẽti ſunt neceſſaria ꝓ fun
damẽto toti⁹ materie ſeruitutũ ac ẽt quia
per ea cautus eſſe poteris qualiter uerba ſ̃
uitutũ cõcipi debeant i fauorẽ ꝓmittẽtis ꝟ̃
eius cui fit ꝓmiſſio uel conceſſio.Item p̃di
cta ſunt magni effectus.ſ.intelligere.an ſit
ſeruitus realis uel perſonalis obligatõ tm̃
nam ex hoc ſequũtur multe utilitates .Pria
utilitas eſt quia ſi ſeruitus põt agi actione
cõfeſſoria ↄtra quẽcunqȝ impedientem uł
turbantem ut i.l.ii.§.fi.& i.l.ſi quis diutur
no.ff.ſi ſerui.uendi.que dicitur uendicatio
ſeu actio realis.ut.l.ergo.in prin.ff. de ſer.
ruſti.predi.& i.l.uti frui.§.uẽruȝ.ff.ſi uſufr̃.
pe.& inſti.de act.in.§.eque de qua actione
uide plene per flo.in.l.i.&.ii.ff.ſi ſer. uẽdi.
ſed ſi non eſſet ſeruitus ſed obligatio perſo
nalis tantũ actio cõfeſſoria nõ competeret
ſed ſolũ actio perſonalis. Secũda utilitas
quia ubi ẽ ſeruitus actio cõfeſſoria dat̃ con
tra quẽlȝ ipediẽtẽ uel turbantẽ ut.ſ.quia il
la obligatio ſequit̃ rẽ ſicut lepra leproſum
Sed ſi eſſet actio ꝑſonalis nõ poſſet agi niſi
cõtra cõcedẽtem uel ſe obligantẽ ut i.l.fi.§.
ultimo de contrahen.emp.& ita tenet Bar.
& doc.in.d.l.ut pomũ de quo dic ut.ſ.in.ii.
caſu principali hoc tamẽ intellige ſecũdum
Pau.de caſt.in.d.l.ut pomũ quãdo ille cui ẽ
facta conceſſio perſonalis nõ poterat aliqđ
ꝓpria auctoritate percipere ſȝ habebat ca
pere de manu cõcedentis.d.l.fi.&.d.§.fi. &.
.l.gaius de an.lega.ſecus ſi poterat propria
auctoritate percipere puta pomũ ex fundo
uicini uel lapidẽ euellere quia tunc licet ñ
ſit ſeruitus perſonalis habet tamẽ ſimilitu
dinem cũ ea & ideo competit utilis cõceſſo
ria ſicut ꝓ iure cõſeruãdi iuriſdic.uel ꝓ iur̃
eligẽdi prolatũ ut nõ.Inno.in.c. abbate de
uer.ſig.& in.c bone de poſtul.prela.& etiã
cõpetit officiũ iudicis ꝓ recuperãda quaſi
poſſeſſiõe iuris.l.acquilius in fi.de dõa.ubi
eſt tex.nõ.& etiam cõpetit utile iterdictuȝ
uti poſſ.uel unde ui.ut.l.quotiens.ii.in.fi.ff.
de ſer.&.l.ſicuti.§.ariſto.ff.ſi ſerui.uen.

Tertia ẽ utilitas quia ſi eſt ſeruitus rea-
lis tranſit illa ad heredes actiue & paſſiue
.i.ad heredem cõcedentis & conceſſionarii
ut.l.pecoris.ff.de ſer.ru.pre.& hoc ibi nõt.
glo.& ſequitur fundum dominanteȝ & ſer
uientem & ſic tranſit etiam ad ſingularem
ſucceſſorem ut eſt tex.in.l ſi aque ductus.ff
de contrahen.emp.& eſt ratio quia ius pre
dii eſt ut.l.ſi mihi.§.fi.ff.de ſer.ruſtico.p̃.&
tranſit fundus cũ ſua cauſa ut.l.i.§.ſi fundus
eo.ti.Et ideo nec capitis diminutione perit
ut.l.iii.ff.quẽadmo.ſerui.ami.Et quod dixi
ſeruitutem tranſire ad omnes ſucceſſores
itellige ueꝝ qñ ſeruitus ẽ realiter conſtitu-
ta quia tũc talis ꝓmiſſio nõ afficeret ſingu-
larem ſucceſſorem ut.l.iii.§.opus.ff.de ali.
iudi.mu cã.fa.&.l.fi.§.fi.ff.đ contrahen.ẽp.
ſecundum mar.ſyl.cy.& Bal.qui ita notant
in.l.& in prouinciali.C.de ſer.Item ſecus ẽ
in quibuſdam aliis caſibus qui nominãtur
per glo.i.d.l.pecoris Sȝ ſi eſſet ſeruitus per
ſonalis ſicut uſufr.nõ trãſiet ad heredẽ ei⁹

cui eſſet facta conceſſio ut.l.corruptionem
.C.de uſufr.& periret capitis diminut. ut
iſti.de uſuf.§.finit͛.licet nõ periat per mor
tem cõcedens uel alteri⁹ ut ẽ caſus nõ.in
.l.ii.C.de bo.ma.idem ſi eſſꝫ obligatio tãtũ
perſonaliſ nõ ſ͛uitus quia nõ tranſiret ad he
redem ut eſt caſus & ibi plene ponitur il.
apud iul.§.ſi quis alicui de l͛.i.&.l.mella.§.
fi.de alimen.le.nec ad ſingularem ſucceſſo-
rem ut.l.gaius de an.lega.& in.l.fi.ff. de cõ
trahen.emp.quod nõ.Hic queri poſſet de
quibuſdam obligationibus an ſint ſeruitu-
tes reales ſeu prediales an uero obligatio-
nes tantum perſonales ſed quia melius cõ-
ueniet poſt materiam ſeruitutis mixte de
qua ſtatim dicemus ideo ibi tractare con-
ſtitui &c̃.

De ſeruitutibus mixtis ꝝica. .C.III.

p

Oſtquã uiſum eſt de ſeruituti-
bus realibus & perſonalibus ꝯ
ſequens ẽ ut nũc de mixtis tra-
ctemus ſicut ẽ ſeruitus uſuſfru
ctus uſus & ſimiles que ideo mixte dicũtur
quia non ſunt mere perſonales q̃ debent͛
a perſona perſone ſicut ſunt ille de quibus
primo loco diximus nec mere reales ſicut
ſunt ille que debentur a re rei de quibus ꝓ
xime dictuꝫ ẽ ſi de utriſqꝫ participãt ex eo
quod debentur a re perſone ip̃e ẽt perſona
les appellant͛ ut.l.i.ff.de ſerui.qa cũ pſona
ſemper finiuntur ut.l.non ſolum.ii.§. tale
de libera.legat.& nõ.glo.in ꝝica.ff.de ſer-
ui.&.l.ſi quis binas.ff.de uſufr.& inſti.de
ſerui.in prin.Et tanquã reales etiam ip̃e di
cuntur & tanquam iura realia uendicant͛
ut.l.uti fru.ĩ prin.ff.ſi uſufr. peta ut nõ.cy.
in ꝝica.C.de uſufr.Sed proprie mixte dicũ
tur ut hẽtur in dictis iuribus ſpecies aũt
huius ſeruitutis ſunt tres uſufr.uſus & hita
tio & ſecundum aliqus eſt ẽt miniſterium
ſiue opa ſeruoꝝ.De ſingulis mõ dicamus.

De prima ſeruitute mixta uidelicet de ſer-
uitute uſuffr. C.IIII.

c

Irca quã iprimis ſciendum eſt
ꝙ duplex ẽ uſuffru.Vnus ẽ ca-
ſualis alius formalis. Caſualis
dicitur quia ex perſona cauſat͛
qñ hẽt mixtam cãm dominii ſecũduꝫ flor.
in rubrica.ff.de uſufr.uel dic ꝙ caſualis dici
tur quia eſt cõiunctus cũ ſua cauſa.i ꝓprie
tate ut.l.ſi unus.§.antepe.ff.de pac.&.l.rec-
te dicimus & ibi nõ.ff.de %.ſig.& iſte uſuſ
fru.non eſt ſeruitus nec pro eo competit ꝯ
feſſoria ſed negatoria quia dominus negat
alterius eſſe fruendi.Et de iſto hic non eſt
tractandum qa nõ eſt materia noſtra.Ali⁹
eſt uſuffr.formalis d͛ quo loquunt͛ iura no
ſtra de ſeruitutibus qui dicitur formalis iõ
quia habet diſtinctam formã a proprietate
ut nõ.in.d.l.recte dicimus de uer.ſig.& ille
uſuffr.appellat͛ ſeruitus que ita diffinitur
uſuffr.eſt ius utendi & fruendi ſalua reruꝫ
ſubſtantia & ẽ ius icorporale quo ſublato
ip̃m tolli neceſſe ẽ ut ẽ tex.in.l.i.&.ii.ff. de
uſufr.& inſti.eo.in prin.& dic ut ibi. Et ad
de dum dicitur ibi eo fruẽdi.ẽt propria au
ctoritate.quia fructuari⁹ põt fructus cape
re propria auctoritate.l.fundi trebatiãi. &
ibi nõ.ff.de uſufr.leg.quod nõ ẽ in emptorẽ
fructuũ etiam pendẽtiũ.l.qui pendentem
uidemiam.ff.de contrahen.emp. & rõ eſt
ſecundum flo.in.d.l.in prin. quia uendens
fructus uidetur uendere corpora qui auteꝫ
uendit uſumfructũ uidet͛ ius uendere.ut.l.
uacce.ff.de euictioni.cenſetur enim uſuffr.
pars integral͛ rei & pars dominii ut.l.ii.ff.
de uſuf.&.l.recte dicim⁹ de %.ſig.& ideo ſi
cut proprietas dominiũ eſt & ita etiaꝫ eſt
dominiũ uſufru.ut eſt glo.nc̃.i.l.ꝓprietatiſ
dominiũ.C.de ꝓbati.que ſemper allegatur
ꝙ uſuff.põt dici dominus reſpectu uſuffru
ctus & ſentit hoc glo.i rubrica de furtis dũ
dicit ſequit͛ de dominio icorporaliũ & ibi
hoc tenuit Gu.de cuneo.ut de hoc eſt tex.ĩ
.l.uenditione in prin.ff.de bo.au.iud.po.Et
propterea uſufructuario datur realis actio
& confeſſoria & negatoria que domino dã
tur ut.l.uti frui.ff.ſi uſuffr.pe.de quo uide
plene per Bar.in.l.qui uſumfr.de uer.obli.
& ibi per doc.unde etiam dixit Bar.in.d.l.
proprietatis quod dominium ẽ multiplex
Primo quoddam directum eſt iſtud appel
latur etiam proprietas ut ibi Secundo eſt
quoddam utile & illud nõ dicitur proprie
tas interdum eſt ſub proprietate ſubſtan-
tialiter ut dominiũ emphiteote & uaſalli
ut.l.i.§.qui iperpetuuꝫ.ff.ſi ager.nec l͛ẽphi.
pe.etiam nõ.in.l.ſi ut certo.§.ſi duobus ue
hiculũ.ff.como & per glo.fi.ĩ.c.cũ barthol
dus de re iudi.Interdum utile dominium
contrariatur directo ut dñium p̃ſcribẽtis
ut habet͛ in aũt.niſi tricẽnalis.C.de bo.ma.

& de alio multiplici dominio Bar.in.l.cu-
ratoris .C.de neg.ge. Tertio quoddam
eſt dñium adhuc magis diſceſſiuum ut do
minium uſuſfructus & uſus dñium cuiuſli
bet ſeruitutis.Item habentes p̄eminentiaȝ
in ſubditos appellantur domini & hoc uo
cabulũ in libello prolatũ debet intelligi ſe
cũdu qualitatem perſone ut.l.ſed.& ſi poſ
ſeſſori.§.1.de iure iur.ſecundum Bal.in.d.
.l.proprietatis i prin.hinc ē qd dicit̄ dñiũ
utile ſed habet ſe ad directũ adinſtar cuiuſ
dam ſeruitutis quia per ipſũ incōmodat̄
proprietas ut.l.ſi tibi homo.§.fi.& hoc ibi
nō.de l.1.& alibi etiam dicit̄ ꝙ dñium uti
le ſe habet ad ſimilitudinē uſuſfruc.ut.l.i.
.§.quod aut.ff.de ſuperfici.&.l.1.in pri.ibi
iniquos uſuſfru.tranſferret̄ .ff.ad trebe.qa
ſicut uſufrcuarius totam cōmoditateȝ ha
bet ut nō.cy.C.de uſufru.in rubrica ita &
habens utile dominiuȝ & ſic extincto uſu
fru.proprietas ipinguatur ita extincto uti
li dñio etiam ipinguat̄ qm̄ utilitas reuer
tit̄ ad ipm & ex hoc ſequitur unũ notabi
le ꝙ ſtatutum loquēs de uſufructuario ex-
tēderet̄ ad habētē iura utilia ſi materia de
qua loqueret̄ hoc pateret̄ & ſic cōphēde-
ret ēphiteotas & uaſallos & filios ſecundũ
pau.de caſt.i.l.i.i prin.ff.ad treb.quod nō.
Quandoqȝ tamen ſub nomine uſuſfr.con
tinetur proprietas ut.l.1.in fi.& ibi p glo.
& doc.ff.de uſufru.ea.re.que uſu conſu.&
.l.ſciens d̄ auro & ar.le.& nō.in.l.titia cum
teſtō.§.fi.del.11.Aliquãdo tamē minus ua
let proprietas q̄ uſuſfru.& econtra ut no.
glo.in.l.omniũ bonoꝝ de.uſufructu.Sed ē
dubium quid ſi relinquitur alicui fundus
ad uſufru.uel ad uſufructuandum an tunc
uideatur relictus uſufru.ul' proprietas d c
proprietas quia aliud ē dicere reliquo uſũ-
fructum & dicere relinquo ad uſufructuã-
dum ſicut aliud ē dicere reliquo alimta ex
p̄diis & dicere reliquo p̄dia ut.l.libertis in
pri.& ibi p Bar.& alios.ff.de ali.& cib.le.
Sed nũqd trãſeat ad heredes dic plene ibi
p Bar.& de iſta qōne uide i.l.titia cũ teſtō
.§.titia.del.11.& per dy.bar.& doc.i.l.dona
tiones in cōcubinam.§.ſpecies.ff.de dona.
& p glo.& doc.in.l.cum his.§.cui.ff.de trã-
ſac.& per flo.in.l.proculus.ff.de uſufr.&
p ang.in.l.ſi quis ita legauerit eo.ti.Quid
autem ſi legatur domus uel fundus in gau
dimentum an uideatur eſſe relicta ꝓprie-
tas an uero ſuſfructus tãtũ & multi conſu
luerũt ꝙ uideat̄ eſſe relicta ꝓprietas p.d.l.
proculus Sed dicit flo.qd̄ hoc uidetur ꝯ p
priam naturam uerborũ & propter eaȝ no
luit ſe ſubſcribere ſed dicebat attendenduȝ
eſſe qui erant heredes ut ſi eſſent extranei
penit⁹ hec opinio quod intelligat̄ relicta
proprietas poſſet ſaluari ſecus ſi filii eſſent
iſtituti & ſi ca patre predilecti q̄ opi.equa
eſt.Et de iſta.q.uide per dy.in conſilio ſuo
quod incipit quidam i teſtamento ubi dicit
ꝙ legatari⁹ habet quaſi uſufr.& uide bal.in
.l.ſi habitatio de uſu.& habi.& in apoſtillis
qui tenet tale relictum tranſferri ad here-
des legatarii per no.in.d.l.liberis quia mo
dus fauore legatarii non reſtringit legatuȝ
de quo etiam uide.ff.de iudi.l.donationes.
§.ſpecies.Item quid ſi maritus reliquit uxo
rem dominã & uſufructuariũ ſicut cōmu
niter fieri ſolet an uideat̄ relicta ꝓprietas
uel uſufr.uel alimēta dic ſola alimenta filiiſ
inſtitutis ſecus ſi extranei ut eſt glo.ordi.i
auten.quod locum.C.ſi ſecũdo nup.mu.ubi
per omnes & plene per Bar.in.l.ticia cum
teſtamento.§.fi.de l.11.& Bal.i.l.filia .C.de
iudic.uidi. Quod intellige ſuperſtitibus
filiis inſtitutis ſecus ſi filii morirētur uiua
matre quia tunc efficeret̄ ꝓprietaria ut nō.
ſingulariter bar.per illũ tex.in.l.ſicut in an
nos qui.m.o.uſu.ami.Nunquid autem diffe
rat legatũ uſuſfru.a legato redditus & i quo
libet .dic ꝙ ſic ut eſt tex.in.l.fundi trebatia
ni & ibi notat.de uſufr.leg.& habet̄ in.l.ſi
quis ita legauerit.ff.de uſufr.Differentia ēt
eſt inter uſumfruc.& facultatem fructuuȝ
percipiendorum quam uide per Oldra.in
ſuo conſilio.cc.Aliud eſt enim uſuſfr.qui ē
ius ut dixi in eius diffinitione & aliud eſt
perceptō fructuũ que eſt quid facti non iu
ris & ideo uſuſfr.non recte fructus appel-
latur ut no.ang.in.l.iubem⁹.ff.de uſufr.Ali
quando tamē capit̄ uſuſfr.pro facultate fru
ctuũ percipiendoꝝ no.Ang.in.l.pomp.ff.
qui.mo.uſufr.amit.Sed an ſit differentia ſi
quis legauerit fruct⁹ annuos talis fundi uel
uſumfr.eiuſdem fundi uide tex.& ibi gl.or
di.& doc.in.l.ſi quis ita legauerit de uſufru.
.ff. Dubium etiam eſſe poteſt quid ueni
ant in legato ul' conceſſione uſufr.dic quod
uenit patientia promittentis uel eius here
dis quia clare intelligitur quis uſumfr.qñ
patit̄ quem uti frui.l.in.§.clare.ff.de uſufr.
Item legato uſufru.ueniunt boues aratorii
quos heres non pōt remouere de fundo ut

probatur in.l.Item ſi fundus.§.ſeminarios
.ff.de uſufr.& ibi hoc nõ.Ang & flo.Item
legato uſufr.fundi uidetur legatus uſuffru.
frumenti ad ſeminandum deputati ut eſt
tex.i.d.§.ſeminarios & ibi hoc ẽt nõ.Ang.
Item uſuffructuarius debet habere omnes
fructus ẽt ſi uſuffructus non duraſſꝫ ꝑ unã
diem quod ſecus ẽ in uiro & ĩ uxore ut nõ.
Bar.in.l.diuortio ſo.ma.ad quod uide nõ.ĩ
.l.defuncta ff.de uſufru.Item uſuffructuari
us poteſt facere pingere uel ſculpire arma
ſua in quo habet uſuffruc.ut.l.ſi cuius al'as
.l.equiſſimum.§ ſed & ſi edium ℣.ſigilla.
.ff.de uſufru.& ibi hoc nõ.Ang.& flo.& ẽ
ratio quia per hoc non efficeretur deterior
ↄditio rei nec mutatur eius ſubſtãtia alias
ſecus eſſet ut.C.de relig.l.monumentoꝝ &
.l.i.C.ne quis uel a regia &.l.repeti.§.rei.
mutatione.ff.qui.mo.uſuſ.amit.Item adde
ꝙ uendita.gabella fructuũ nõ uidet̃ uen-
ditus uſuſ fruc.hominũ qui naſcentur pro
quibus aliquid ſoluitur ut.l.uetus eſt qõ de
uſufr.& ibi hoc tenet ang.Et ẽ queſtio pul-
chra an ille qui emit uſumfr.formalem ali-
cuius fundi ſi poſtea cõtingat ſterilitas poſ
ſit petere remiſſionem mercedis & uidet̃
ꝙ ſic per.l.licet.C.locati &.c propt̃ ſterili-
tatẽ extra de locato.Et pro hoc qa emptori
fructuũ futuroꝝ fit talis remiſſio ut nõ.bal.
in.d.l.licet in.v.q.Dicas contrarium.ſ.ꝙ nõ
debeat fieri remiſſio aliqua quia.ius uten-
di eſt pro conceſſione iuris non aũt ꝓ frui
tione facti obligauit concedens uſufru.pro
hoc.l.ii.§.dare.ff.de uſuf.Et ideo refert u-
trum concernat perceptionis effectum &
tũc fiat remiſſio.aut primũ remiſſionis ac
tũ & tũc nõ fit remiſſio qa non ẽ impedi-
mentum ſecundũ bal.quia ita nõ.in.d.l.li-
cet in.v.q.in ℣ſi.Sed quid de eo qui emit.
.C.locati.Quanto aũt tẽmpore duret uſuſ
fruc.uel uſus legatus Reſpondeo dic ꝙ.c.an
nos quia iſta.eſt uita longeui hominis ita
dicit glo.xvi.q.c.poſſeſſiones & mouetur
per tex.in.l.an uſuffr.ff.de uſufr.ꝓbat̃ i.l.
ſi.uſuffr.mũcipib⁹.ff.de uſuf.le.Idẽ dicas ĩ
legato uſufr.relicto ciuitati uel caſtello ut
duret.c.annis ut ẽ caſus ĩ dictis iuribus.

Vltimo adde ꝙ ſicut uſuffru.conſtitut⁹
finitur morte uſufructtuarii ut.§.finitur ĩ
ſtit.de uſufr.ita etiam finitur ſpecies uſuf.
conſtituẽdi ut ꝓbatur.l.ſempronius actal⁹
de uſuffruc.leg.&.l.qui uſuffru.in uer.
hoc ita ſe.ff.de uſufr.quos tex.allegat ad
hoc pro notabilib⁹ i.ccccl xii.ſingulari ꝙ in
cipit uſufr.cõſti.Cetera circa iſtã materiaꝫ
uide per azo.in ſumma.C.de uſufructu.&
in toto illo ti.ff.eo.& in.c.fi.& ibi per glo.
cano.extra de pignoribus quia non ĩtendo
ipſam hic latius declarare &c̃.quia longiſſi
ma eſt.

Rubrica de ſecũda ſpecie ſeruitutis mixte
de ſeruitute uſus. .C.V.

a D ſecundam itaqꝫ ſeruitutem
mixtãqꝫ eſt uſus accedamus &
ita diffinit̃.uſus eſt.aliẽis reb⁹
utendi ſalua rerũ ſubſtantia ut
probatur in.l.i.cum glo.in uer.utendi.ff.d'
uſufru.nam non dixit fruendi ad differen
tiam uſuffr.ut ibi nõ.Diffinit autem aliter
uſum.archi.in.c.q̃uis de officio del'.libro.vi
ubi dicit ſecũdu Auguſtinum quod uti eſt
id quod in uſum uenerit referre ad id quod
fruendum eſt ſecunduꝫ eum uti eſt q̃ ſunt
ad finem ordinatũ in finem referre & illi-
citus uſus abuſus ul' abuſio potius denomi
nand⁹ eſt.Iſta diffinitio ponit̃ etiam in li.
ſententiarũ in prin.in.ii.c.Sed non conue
nit proprie uſui qui ſeruit⁹ dicit̃ ideo pri
maꝫ teneas & eã declara ut per glo.& doc.
in.l.i.ff.de uſufru.& per cy.C.eo.in rubrica
Et ſcias quod uſus eſt duplex ſicut etiam ẽ
uſuffruc.un⁹.ſ.facti & alius iuris ut nota.
bal.& ang.in.l.ſi unus.ff.de condi.inſti.Ex
quo ibi inferunt ad.q.ingredientiſ in mona
ſteriũ & reſeruantis ſibi uſumfr.uidelicet
qd' talis ingreſſus non utat̃ qa cũ uſuſfr.
ſit duplex iuris & facti intelligit̃ ingredi-
ens ſenſiſſe uſufr.facti q retinet̃ conniuẽ-
tib⁹ oculis abboatis & allegauit extrauagã-
teꝫ Io.xxii.que incipit ad conditorẽ de qua
.q.uide per glo.in.l.per ſeruũ.ff.de uſu.&
habi.& aũt.ingreſſi.C.de ſacro.ſan.Itẽ ſcias
quod uerbũ uti ſpectat ad uſuariũ uerbum
frui ad uſufructuarium capiendo frui ꝓ eo
quod eſt iuris ut eſt tex.in.l.ii.in prin.ff.d
uſu & habi.non aũt pro eo quod eſt perce
ptio fructuũ ut dixi.s.de uſufr.quia uſuffr.
differt a fructu.l.uace de euic.ſed ius fruen
di utendi ſpectat ad uſumfr.ut eſt tex.in.l.
uti frui in princi.ff.ſi uſuffr.pe.patet ex dif
finitione etiam uſuffru.quam ſupra retuli
quod fallit ſimpliciter quãdo ↄcederet̃ uni
res pleno iure cum clauſula ad utenduꝫ &
fruendũ.Nam tũc clauſula non cõtinet con

ceſſione ut.l.donationes in concubinam .§.
ſpecies.ff.de donati.niſi adiciatur ad utēdū
& retinendum in uita ſua ut.l.cum hii .§.ſi
uni de tranſac.ita not.dicit Bal.in.l.i.in.ii.
colump.℞.nō.quod fructus quando .C. de
fructi.& lit.expenſis quod no. bene .Item
aduerte quandoque quis habet ius utendi
fruendi & alter habet facultatem percipiē
dorum fructuum.l.ſi uſufru.ff.de iure do.
&.l.ſi uſufr.ff.ſo.ma.& no.Io. an.i addi.ſpe.
in ꝛ͞bica de preben.ad fi.Et aduerte quia pri
cipalis differentia inter uſumfr.& uſum ē
quod ſeruitus uſufr.eſt pleniſſima .Nam
ad uſufructuarium omnes fructus perti-
nent ut.l.uſufru.legato.ff.de uſufru.Sed ad
uſuarium illi tantum pertinent regulariť
que ſunt neceſſarii ut inſti.de uſu ut habi i
prin.&.l.plenum.§.i.ff.eo.ti.&c .Iſta tamē
uerba uti frui per ſe ſumpta uel ſimul aliť
capiuntur apud theologos ut habetur per
Auguſti.li.primo đ doctrina Chriſti & li.
.x.de trinitate & habetur etiam li.i.ſenten
tiaꝝ.c.ii.xxiii.de quo ut ibi Capitur autem
uſus multis modis.Primo pro iure ſeritutiſ
ſicut dictum eſt & ita loquitur totus titulus
.ff.de uſu habi.& inſti.eo.cum ſy.Secundo
capitur qñqꝫ pro uſufr.ut eſt tex.cuꝫ glo.in
aūt.de heredi.que ab inteſt.§.ſi uero cum
aſcendentibus & in aūt.de non eligen.ſecū
do nubē.§.i.&.§.proſpeximus.Tertio capi-
tur pro cōmodi. utendi cum tamē uere n̄
ſit uſus ut.l.ſi quis binas.ff.de uſufru.&.l.ſi
alii .ff.eo.ti.Q uarto capitur pro eo ꝙ quis
pro ſuo uſu habet uel ſui uſus cauſa paratū
eſt ut uide in .l.lege cenſoria .ff.de ℞.ſig.&
.l.cum i teſtō de au.& ar.leg.& per Ang.in
.l.ex facto la ſecunda.ff.de heredi.inſti.ubi
dicit ea que ad uſum noſtrū referimus ſem
per intelliguntur eſſe illico ubi ſumus niſi
aliter apparet allegat no.in.l.ſed ſi nō iduc
ta .C.in qui.ca.pi.ta.ↄtra. Q uinto & ultio
capitur ꝓ eo ꝙ dicitur uſus cōmunis ſicut
ē cōſuetudo ut.l.ii.C.que ſit lon.cōſue.& in
.c.i.in ti.de feu.cog.& ꝓpterea diciť cōmu
nis uſus loquēdi & itelligendi de quibus
uide plene per bar in.l.labeo.ff.de ſuppel.
lega.& habeť i.l.libroꝝ.§ ꝙ tn̄ caſſius de
le.iii. Sed ſciēdū ē quod ↄtineat i ſe uſus
in q̄tum eſt ſeruitus dic in genere ut colli-
giť ex diffinitione quā.ſ.tradi.& habeť i-
ſti.de uſu & habi.per totum &ff.eo.ꝑ totū
&.d.l.plenum.§.i.&.l. per ſeruum .§.uſqꝫ
ad fi.l.diuus.§.i.eo.ti.Sed in ſpecie qd con-
tineat in ſe uſus domus uel ediuꝫ dic ut.l.i.
&.ii.ff.de uſu.& habi.& inſti.eo.ti.§. item
is qui edium & in.l.diuus.§.i.ubi eſt caſus
nota.&.in.l.ſi domus &.l.filiuſ fa.eo.ti. & i
.d.l.ii.eſt glo.nota.quod no.ꝙ non poteſt i
ducere ganeas ſeu meretrices uſuſ fructua-
rius uel uſuarius nec etiam ſcolaris ſocius i
domo conducta ſicut nec uicinꝰ poteſt in-
uita uicinia meretriceꝫ i domo ut no.Guil.
de cu.bal.& doc.in.l.ii.de ſum.trini.Itē nec
ſocius poteſt tenere cōcubinā ut no.bal.in
.l.ſi conuenerit pro ſocio nec inimicū ſocii
ar.l.ſi pendente.§.i.ibi quod contumelioſe
ad uſufr.nec aliquam perſonam per quam
poſſit inferri contumelia ſocio uel domino
proprietatis per illū tex.queꝫ bene no.
. Q uid aūt contineat uſus ediū ſeu domꝰ
uide in.l.arboribꝰ alias.l.equiſſimū.§.ſed ſi
ediū cū ſeq.uſqꝫ ad fi.de uſufr.Item qd con
tineat uſus habitationis uel habitatio uide.
.l.cū antiquas &.l.habitatio.C.de uſufr.& i
ſti.de uſu & habi.§.ſed ſi cui habitatio &.l.
ſi habitatio.ff.eo.ti.de quo dic.ut plenius di
cam in ſequenti ſeruitutis ſpecie mixte.
Item quid de uſu fundi uide in.dicta.l.ſi
habitatio.§.ſi uſus &.l.fundi.ff.de uſu & ha
bi.& inſti.e.in prin.Item quid đ uſu ſerui.
uide inſtitu.e.§.his ad quod in.l.per ſeruū
in prin.&.l.ſeruus &.l.ſi legatus.§.ſeruo.ff.
eo. Item qd de uſu pecoris uide in.l.ple-
num.§.ſed ſi pecoris. Item qd de uſu bo-
uum & armenti & equi uide i.d.l. plenū.§.
ſed ſi bouū &.§.equitii. Itē qd de uſu aq̄
uide in.l.diuus adrianꝰ. Itē qd de mini-
ſterii uſu & operaꝝ ſerui uide in.d.l.plenū
.§.ſi uſus &.§.opas cū.l.ſeq.ff.e.de iſtis duo
bus diceť in ſeq̄ntibus hec de ſeruitute uſꝰ
que eſt ſecūda ſpecies ſeruitutis mixte di-
xiſſe ſufficiant.

De tertia ſpecie ſeruitutis mixtē uidelꝫ de
ſeruitute habitatoris. C.VI.

Icemus nunc de alia ſpecie ſer-
uitutis mixte que ē ſpecies ter-
d tia & uocatur habitatio.iſta ha
bitatio ē ius propriū & ſpecia-
le diuerſum ab uſufruc.& uſu ut eſt tex.i.l.
cū antiquitas.C.de uſufr.& inſti. de uſu &
habi.§.ſed ſi cū habitatio & eſt ſeruitꝰ uſuſ
fr.& uſus ut probať inſti de uſu & habi. i
ꝛ͞bica & in.§.pe.ibi hec đ ſeruitutibus & in
rubrica.C.de uſufru. Nec dicitur ſeruitus

perſonalis ſecundum azo. in ſumma.C. de
uſufr.℞.nunc de habitatione uidendum ē
ſecundum cy.in rubrica.C.eo.ti.& probaẗ
in.l.i.ff.de ſeruit.& nōt.glo.in.l.ſi quis bi-
nas.ff.de uſufr.Sed proprie dicitur mixta
ut dixit que debetur a re perſone ut nō gl.
in rubrica.ff.de ſeruituti.& ſentit gl.ſecun
da inſti.eo.& conſtituitur hec habitatio.ut
uſus & uſuffr.& uſus in domo ſecundum
azo.in ſumma.C.de uſufr.non tamen eſt u-
ſuffr.nec uſus ſed eſt quoddam ius propri-
um & ſpetialem & diuerſam habens natu-
ram ut dicit tex.i.d.l cum antiquitas licet i
quibuſdā cōueniāt.nam differt habitatio ab
uſufr.i hoc quia uſuffr.capitis diminutione
ꝑit & non utendo ut.l.corruptionem.C.ḋ
uſufr. inſti.eo.§ fi. Habitatio autem nunq̄
niſi per ſolam mortem ut.l.ſi habitatio in
principio.ff.de uſu & habi.& .l. habitatio
.C.de uſufr.& eſt ratio quia habitatio non
perditur capitis diminutione quia eſt ſpēſ
alimētorum & in alimentis potiꝰ attēdiẗ
factum q̄ perſone ɔditio ut.l. legatuꝫ.ff.de
capi.dimi. Item quia nō ꝑit nō utendo
dic ratio ē propter fauorē alimētoꝝ ex qͦ
eſt pars alimenti ut dixi .Item eſt alia ratō
quia uſuſfructus recipit dominationē ab
actu & ab uſu & ideo per nō uſuꝫ tollitur
ſed habitatio pro ut eſt ius eſt ſeruitus &
non recipit denominationē ab actu ſed ab
habitu & potētia habitand.Item habitatio
recipit magis denominationē a perſona ſe
cūdū Guil.de cu.& Bal.in.d.l.cū antiquitaſ
ſed in hoc cōcordat uſufructuſ & habitatio
qa ſicut uſuſfructuarius pōt alteri locare
uſumfr.inſti.de uſu & habi.i fi.pri.Ita & q
habet habitationē ut eſt tex.i.d.l.cū antiq-
tas & inſti.de uſu habi.§.ſed ſi cui habita-
tio. Item ſeruitus babitationis differt ab
uſu ſeu ſeruitute uſus quia uſuarius locare
nō pōt ut iſti.de uſu & habi.in fi.prin. Sed
illequi babet habitationem ſic ut dicit.l. cū
antiquitas & inſti.eo.§.ſi cui et etiam ɔmo
dare pōt tex.ē in.l.i.§.Item commodatum
& ibi doc.ff.commo.uſufr.aūt.habitationis
ſignificat idem ꝙ habitatio & idem por-
tat unum ſicut aliud ut eſt caſus in dicta.l.
cum antiquitas & ideo quod de uno diciẗ
de alio dictum eſſe intelligaẗ Sed nunqd
legando uł ſubmittendo quis habitationē
uideatur relinquere ꝓprietatem dic ſecun
dū glo.i.d.l.cū antiquitas ꝙ ſi legans uel ꝓ
mittens erat ſolitus domum ſuā uocare ha-
bitationem ſicut ſunt quidam qui fundum
appellant poſſeſſionem reſpiciendo potiꝰ
ad proprietatē q̄ ad nudam poſſeſſionē ut
.l.interdum de ℞.ſig. Nam tūc proprie
tatem uideẗ legaſſe uel ꝓmiſiſſe alias non
prout ibi dicit bar.eſſe menti tenendū uel
dic ſecundum bal.& doc.ibi aut uocabuluꝫ
attribuiẗ toti rei uerbigratia teſtator dicit
lego habitationem meam & ɔfinat domū
& tūc uideẗ legata proprietas aut nō attri
buiẗ hoc uocabulū toti rei ſed cuidam iuri
in re ut quia dixit habitationē talis domus
& tunc non uideẗ legata ꝓprietas allegat.
.l.ſeye.§.gaia de fun.inſtru.&.l. cōcubinaꝫ
.§.qui quattuor de ł.iii.& idem habeẗ per
gl.& doc.in.l.i.ff.como.quid autem ſi lege
tur domus ad habitandū uel pro ſua habi-
tatione uel alimenta uide plene per bar. ī
.l.libertis de ali.& cy.lega.& per dy.bar.&
doc.in.l.donationes in concubinam.§. ſpe-
cies de dona.& per glo.bar.& doc.in.l.cum
hi.§.fi.de tranſac.& in.l.ſi mulier.C.de iur̄
do.& per flo.in.l.proculus & in.l.ſi quis ita
lagauerit de uſufr.Ex predictis omnibꝰcol
lige ꝙ ɔmoditas poteſt multis modis lega
ri uel concedi. Primo quando relinquiẗ
uſuſfr.domus & tunc idem quod in aliis r̄
bus in quibus relinquitur uſuſfructus.

Secūdo relinquiẗ aliquando uſus domſ
Et quid in hoc contineaẗ dixi.s̄.in materia
ſeruitutis uſus in fine Et adde quod ſi te
ſtator relinquit uxori habitationē domus
de qua nō apparet dic ꝙ ſi habet unā in do
micilio aliā extra indubio uidetur ſenſiſſe
de illa que eſt in domicilio ut probaẗ in.l.
que eſt conditio.§.i.ff.de condi.& demo.&
ita tenet bal.& Imo.in.l.ſi domus de ł.i.in
princi.Et ſi plures eſſent in domicilio elec
tio eſſet heredis ut.d.l.ſi domꝰ in prin.

Tertio ſolet relinqui habitatio talis do-
mus quā habeo in tali loco & tunc n̄ uenit
dominiū ſed cōmoditas que eſt ius ſepera-
tum ab uſufr.& ab uſu.l.cū antiquitas.C.de
uſufr.niſi ex cōi uſu loquendi legantis aliḋ
apparerẗ ut.s̄.dixi.Item in tali legato habi
tationis non ueniret ortus licet additum ad
illum haberet per illā domū ut ē tex.ī.l.oli
pico.ff.de ſerui.ur.pre.Et ibi hoc.nō.doct.
ꝙ intelligit ibi flo.niſi iudicareẗ domuꝫ ac
cedere ut.l.ꝑdiis de le.iii.§.pe. Et adde qḋ
dicam in uer. dubitari poteſt. Quarto
nō nunq̄ relinquiẗ habitatio quaꝫ quis ha-
bet in tali loco uel diciẗ relinquo habitatio

nē mēam & tunc uenit proprietas ſecūdūʒ
Guil. Bal. & doct. in. d. l. cum antiquitas. Et
propterea ſit cautus teſtator uel notarius
quomodo loquitur. Quinto quandoqʒ
relinquitur uſuſfr. habitationis & tunc idē
eſt ac ſi relinquatur habitatio talis domus
& tunc non eſt proprie uſufr. caſus ē ī dcā
. l. cum antiquitas. &c̄. Sexto ſepe relinq
tur domus ad habitandum uel pro ſua ha-
bitatiooe & tunc dic ut per bar. ī. l. libertis
de cib. leg. & in aliis locis de quibus. s̄.

Sptimo & ultimo relinquitur aliquādo
domus in gaudimentum & de hoc dic ut
dixi ī materia uſuſfruc. Sed contra p̄dcā
dubitari pōt quidam reliquit uxori habita
tionem uel uſumfru. domus ſue deinde le-
gauit in eodem teſtō eandem domum alte
ri an per iſtud legatū uideatur ademptus
uſuſfructus uxori uel habitatio dicas ꝙ nō
caſus eſt nō. in. l. ſempronio ī prin. de uſu-
fru. le. & ibi probatur ꝙ legato generali u-
ſufr. uel habitationis nō derogat̄ p legatū
ſpeciale ip̄ius rei & dicit ibi bar. ꝙ iudicio
ſuo ille tex. non eſt alibi. Idem tenet Lodo.
ponta in ſuo ſingulari . ccccLxi. quod icipit
an legato generali qui allegat ēt ad hoc. l.
ſi alii in prin. e. ti. quod nō. Item dubitari
pōt quid ſi teſtator ita dixit relinquo uxo
ri mee habitationem in domo cū filiis ſuis
iuxta. l. ſi mulieri cum liberis de uſufr. acre.
an iſta debeat habere alimēta ex tacita uo
luntate defuncti quia in obſequio filioruʒ
eſſe debet ut. l. ſed ſi homo. §. fi. de cōdi. & de
mon. ergo debet ab eis ali. etia poſito quod
eſſet alia quaʒ mater puta amita. quia. hoc
eſt ī r̄compenſatione laboris ut. l. ſeio de an
leg. &. ff. como. l. in rebus. §. pe. & l. idem q̄
. §. idem labeo. ff. mandat. & l. quoniam libe
ri. C. de teſti. ſecundum bal. quia ita nō. in
. l. fi. in ſecunda colump. in prin. de indic. ui
duitate. Poſtremo ſcias ꝙ ille qui habet ha
bitationem dicitur poſſidere etiam ſi nō ha
beat aditum ex publico. l. ſi duo. §. ceterꝝ. ff.
uti poſ. Et ita hoc non. bar per illum tex. q
dicit ꝙ ſepe contingit ꝙ teſtator relinquit
uxori habitationeʒ certe partis domus etiaʒ
dicit ꝙ illam partem poſſidet ēt ſi nō habe
at aditum ex publico ꝙ eſt nō.

De. ſeruitute mixterii ſeu operarum an ſit
realis uel perſonalis. C. V. II.

t Ria ſeruitutū genera eſſe dixi
mus de quibus hactenꝰ tracta
tum eſt. Quidam tamen dixe
runt aliud genus ſeruitutū re-
periri. ſ. miniſterium ſiue operam ſeruorū
de qua dubitat̄ utrꝝ ſit realis uel perſonalis
Et dicit cy. in rubrica. de uſufr. quoſdam te
nere quod ſit realis quia perſonalis ſeruitꝰ
nō tranſmittit̄ ad alium ut. ff. de uſufr. le.
. l. ii. ergo &c̄. alii dicunt quod eſt perſonale
nam ſeruitutes reales ſunt perpetue ut. ff. d̄
cenſibus. l. forma ſed ſeruitus illa non eſt p
petua ſed mortuo ſeruo extinguitur ergo.
&c̄. Dixit pe. de belap. ī dicta rubrica uſuſ
fru. ut ibi refert cy. ſi uolumus tenere quod
ſit ſeruitus tutius eſt tenere quod ſit realis
ſʒ tamē ipſe credit ꝙ non ſit ſeruitꝰ ſʒ ē po
tius quedam modificatio quā dominꝰ con
pellit̄ pati ut ſeruitutem in ſeruo tamē nō
eſt ſeruitꝰ & hoc dixit lex nam ī libero ho
mine nulla ſeruitus cadit de cōdi. & de mo.
. l. titio. c. §. titio. c. & tamen miniſterium li-
beri hominis poteſt legari. ut. l. iii. de uſufr.
legato & uidet̄ innui de operis ſeruoruʒ. l.
. i. ubi dicit̄ ꝙ eſt quodam quid quod in fac
to ↄſiſtit unde nō eſt proprie ſeruitus ſecū
dum eū & ita uoluit in effectu gl. in. l. ſi qs
binas de uſufr. & ita tenet cy. & bal. & cōmu
niter doc. in. d. rubrica. C. de uſufr. qui dicūt
ꝙ eſt potius quedam obligatio perſonalis
ſeu ius perſonale. & ideo contra impedien
tem non datur actio confeſſoria ſed actio
p̄ſonalis & iniuriarꝝ ar. l. qui pendenteʒ de
act. empti. Et de hac materia ſilicet quali
ter miniſterium ſiue opera ſeruorꝝ conſti-
tuatur & in quibus & qualiter reſtituātur
& amittantur uide plene per azo. C. de uſu
fru. in ſumma in ultima colump. ꝟ. ſequit̄
uidere de miniſterio uſque ad fi. ibi uide q
clare loquitur. Dicitur etiam ꝙ aliud genꝰ
ſeruitutis reperit que debetur a perſona
rei ut puta relinquo titio centum ut a mo
numento meo non recedat. l. titio. c. §. titio
. c. ff. de con. & demo. & nō. glo. in rubrica.
de ſeruitu. & glo. ii. inſti. de ſeruitu. in pri.
ſed illa non eſt proprie ſeruitus prout ca-
pitur in materia noſtra. & ideo iſtam & p̄-
cedentem non cōnumeraui inter genera
ſeruitutum &c̄.

De quibuſdam obligationibus an ille dicā-
tur ſeruitutes. C. V III.

h Ic uidendum eſt de quibuſdam
ut promiſimus obligationibus
an ſint ſeruitutes. Et primo ſi
aliquis conſtituat mihi ꝙ i fun-
do ſuo recipiam omni anno unum ſtarium
frumẽti uel ꝙ pomũ percipiã in uiridario
ſuo & pe. de bela p. in rubrica. C. de uſufr. di
cit ꝙ eſt ſeruitus ĩnominata ex qua oritur
contra terciũ impedientẽ actio confeſſoria
ut. l. nulla §. fi. de alimẽtis & ci. leg. & ide3
tenet bal. in. l. ſi plures i. iiii. colum. C. ꝺ con
di. inſertis. Sed idem bar. in. d. rubrica. tenz
ꝙ non ſit ſeruitus ſed obligatio perſonalis
& melius de quo dic ut ibi plene & per cy.
& cõclude ut dixi. ſ. illa. q. quomodo cogno
ſcatˀ an ſeruitutes ſint reales & prediales.

In tercio caſu principali ubi plenius hˀ
declaraui. Secundo qd ſi promiſiſti mi
hi ſeruitutem pecoris appellendi ad fontes
cauſa agri mei ſtercorandi an. ſit ſeruitꝰ gl.
dicit ꝙ non. ff. de ſeruitu. in. l. pecoris. Bal.
contra in. d. l. ſi plures in. iii. colum. de hoc
dic ut per doc. in. d. l. pecoris & in. l. ut po
mum de ſeruitutibus & i. l. mella. §. ſi. de ali
mentis de cib. le. & dixi in. d. tertio cãu pri
cipali. Tertio quid ſi aliquis ꝓmiſit ſer
uitutem de coquendo panem in furno pro
tota familia & cy. tenet ꝙ non ſit ſeruitus
quia non concernit res neceſſarias & ideo
uendito per ipm furno emptor non tene
bitur me pati quia ſeruitutes ſunt inducte
ꝓpter neceſſitatem reꝝ ſed furnus nõ idi
get pane ut ibi male decoquatur & male di
cit ſecundum bal. in. d. l. ſi plures in. iiii. co
lũp. de condi. inſert. quia ſecũdũ eũ ẽ ſerui
tus que debetur a re perſone ſicut eſt illa ꝙ
poſſim de agro tuo recipere i milleſſimam
fructuũ uel unam corbam & dic ſecũdũ pe.
ꝙ erit ſeruitus ĩnominata quia genera ſer
uitutum multa plura ſunt quã que ſpecialr
enumerata ſunt & nominata. l. iii. §. genera
de acqui. poſ. ego credo ꝙ poſſit dici ſeruitꝰ
uſus ex quo eſt ad neceſſitatem familie in
troducta per ea que dixi in queſtione qũo
cognoſcatur ſeritus realis & adde ꝙ ſtatim
dicam in ſequenti diuiſione ſeruitutum.

Quarto quid ſi promiſiſti ꝙ p pontez
tuũ poſſim tranſire ſine gabella ſicut dicitˀ
ꝙ ueneti conceſſerunt placẽtinis trãſitũ p
quedã pontẽ qui tunc poſſidebatur p uene
tos abſque ſolutione alicuius uectigalis de
q. uide per bal. i. d. l. ſi plures. C. de ↄdi. iſer.
in. iiii. columpn. ⁊. Item ſeruitus eſt ſi p põ
tẽm tuum. dic ut ibi. Quinto utrũ colli
gere pedagiũ ſit ſeruitus debita colligenti
dic ꝙ non quia ſeruitutis noſtre ẽ pati non
exigere ut. l. quotiens la prima de ſerui. ſed
eſt quedam iuriſdictio ordinaria conſcrip
ta loco & ideo ponte deſtructo ſine ſpe re
ſtitutionibus non poſſit exigi uectigal a
tranſeuntibus niſi ubi erat pons de nouo
ſit refectus quia locus i quo erat iuriſdctio
limitata. i. ipſe pons in rerũ natura deſiit ẽẽ
& oĩa loca naturalia ſunt libera tranſeunti
bus. ff. queãdmodum ſerui. amit. l. ſi locus. §.
fi. ſi autem in loco ueteri reficiatˀ pons. tũc
uectigal ipſo iure reuocatˀ ſiue reſtituitˀ in
integrum ut. d. l. ſi locus ut nõ. bal. ſingula
riter in. d. l. ſi plures in. iiii. colum. uer. uidi.
dubitari. C. de condi. inſert. quod eſt nõ. Ex
plicita eſt pria generalis diuiſio ſeruitutuz
cũ his que ad eã pertinent uiſa ſunt nũc de
reliquis dicemus.

## De ſeruitutibus nominãtis & innomĩatis. Rũica. C. IX.

ſ Ecunda diuiſio ſeruitutum eſt.
Nam quedam ſeruitutes ſunt
nominante quedam ĩnominãte
ut nõ. glo. in. l. pe. §. prediuz. de
ſerui. ru. pre. & ibi per doc. & per cy. & bal.
& doc. in rubrica. C. de uſufru. & per bal. in
. d. l. ſi plures in. iii. columpn. & dic ꝙ ſi ſer
uitutes urbane nominate ſunt ille que po
nuntur in. l. i. in prin. de ſerui. ur. pre i noĩa
te uero ſunt ille ruſtice que ponuntur i. d.
. l. i. §. prediis eo. ti. & nominate dicuntur ſe
cundum pau. de ca in. l. i. ꝓxi. allegata quia
ſunt nomina iuris ut iter actus uia aque
ductus & ſimilia ſed innominate ideo di
cuntur quia illa ſunt nomina actus nõ no
mina ꝓprie ſicut ſunt aque hauſtus peco
ris ad aquã cõpulſi ius paſcendi calcẽ coqn
di & harenã fodiendi de quibus fit mentio
in. d. §. in prediis denominãtur ergo iſte ſ
uitutes ab ipo actu utendei ſicut uidemus
ꝙ quedã ſẽ maleficia noĩata ut furtum falſũ
& ſi que ſunt nomina iuris. Quedam i
nominata que denoĩantur quia denoĩantˀ
ab ipo actu ut percutere uulnerare qui ac
tus poſſunt fieri cum dolo & ſine dolo. pri
mo caſu ſunt maleficia ſecundo nõ. Sed pri
ma non poſſunt fieri ſine dolo ut nõ. bar. i
. l. i. §. i. ff. ſi quis teſta. libe. eſſe ius. fu. & l. i.
in prin. ⁊. uenio ad tertiam partem ad tur

pil.ubi hec etiam ĩfert ad quedã alia.Sʒ liʒ
illa ſint in ſe uera tamẽ uidetur ꝙ ille ſerui
tutes de quibus in.d.§.prediis poſſunt dici
nominate tum quia habent nomẽ ꝓprius
& elegans ſicut alie nominate iux.no.in.l.
iuriſgentium ĩ prin.ff.de pac.tum etiã qa
uidentur eſſe noĩa iuris & nominari a iuꝛ
non ab actu ſicut eſt aqueducttus que uidẽ
tur eſſe ita nominata ſicut aqueductus.
Item ius paſcendi calcis coquende & hare-
ne fodiende nam illa nomina referuntur
ad ius nõ ad factũ.tamẽ deniqʒ dicit iuris
cõſultus in.d.l.i.§.in ꝑdiis de ſerui.ruſti.ꝑ.
ꝙ in ſeruitutibus ruſticoꝝ predioꝝ ſunt ꝯ
putanda aque hauſtus &c̃.quaſi dicat iſte
ſunt ſeruitutes que ita nuncupantur ſicut
& alie idem.probatur inſti.de ſerui.§.in ru
ſticoꝝ.& ideo forte poſſet dici ꝙ ille de q-
bus in.d.§.in ꝑdiis poſſent dici nomiate ſʒ
ille que non reperiũtur habere nomẽ pro
priũ ſicut ẽ quãdo ꝯſtituitur aliqd ꝙ poſ-
ſit fieri in predio ꝙ de iure nõ poſſit faceꝛ
feneſtram in muro cõi uel cum nõ poſſis
id qđ de iure poſſes ut puta ꝓmittis nõ fa
cere feneſtrã ĩ fundo tuo proprio iuxta.l.
quotiens la prima.ff.de ſerui.& ſimiles ſũt
nominate.Ille uero que reperiuntur habe
re nomen propriũ a iure ĩuentum ſicut ẽ
in.l.i.&.ii.de ſerui.ru.pred. dicuntur eſſe
nominata per notata ĩ.l.iuriſgen. in prin.
.ff.de pac.dicit etiã pe. & cy.in ꝛ͞ica .C. de
uſufr.ꝙ nominate ſeruitutes nõ ſunt plu-
res ſed bene plures ſunt ĩnominate ꝙ ſi ali
quis cõcedat ut mihi ĩ fundo ſuo recipiam
om̃i anno unum ſtadium frumenti ꝉ unũ
modium bladi uel ꝙ pomum ex uiridario
tuo ꝑcipiã.Iſte tñ ſeruitutes ſimiles cõſti-
tui poſſunt ut.l.ut pomũ de ſerui.l.pecoriſ
&.l.ergo de ſerui ru.pre.& dici poſſunt ſ-
uitutes perſonalies innominate Sed ĩ hoc
ego aliter dixi.ſ.in ℞.hic uidendum ẽ iux
ta ℞.quid ſi aliquis promiſit ſeruitutem ei
.ſ.in materia ſeruitutis realis & iõ teneas
id quod tibi cõcluſum eſt.

De ſeruitutibus diuiduis & indiuiduis.ru-
brica. C.X.

TErtia diuiſio ſeruitutum hec ẽ
nam quedam ſunt diuidue que
dam indiuidue nam ſeruitus
uſuſfr.eſt diuidua & cetere ſer
uitutes ſunt indiuidue ut eſt tex. in.l.i.§.
uſufru.ff.ad.l.fal. & in. l.ſtip.nõ diuiduntur
in prin.ff.de ℞.ob. & que ſit ratio differen
tie dic ꝙ eſt iſta ſecundum doc.in dictis iu
ribus quia tantã utilitatẽ affert uſuſfr.reſpe
ctu partis quantã eoruʒ reſpectu totius qđ
nõ eſt in aliis ſeruitutibus.Nam uſuſfr.con
ſiſtit ĩ cõmodo fructuũ qui percipiũꝛ ut ſi
percipiuntur decem corbes frumẽti uꝉ feni
tantã utilitatem habeo de una corbe reſpe
ctu unius q̃tam decem reſpectu.x. Sed alie
ſeruitutes tam reales q̃ perſonales cõſiſtũt
in ꝯmodo neceſſitatis nam prediales debẽ
tur iuxta neceſſitatem ut.l. pecoris cum.l.
ſeq.de ſerui.ru.pre.& perſonales cũ uſus đ
betur ſecundum neceſſitatem perſone ut.l.
plenum.ff.de uſu.& habi.neceſſitas auteʒ ẽ
idiuiſibilis nam ſi ad ſuſtentationẽ uniꝰ ne
ceſſarii ſunt omni die duo panes nõ haben
do niſi unũ cõtinuo nõ haberet tantã utili-
tatem ex illo reſpectu illius quãtam ex duo
bus reſpectu duoꝝ quoniam ex duobus ſu
ſtentareꝛ & uiueret in ſolidum ſed ex uno
nõ ſubſtentaretur ꝓpterea quia nõ põt pro
parte uiuere pro ꝑte mori & hec eſt ratõ.l.
uſus ꝑs.ff.de uſu & habi.Alia ratio aſſigna
ta per Albericũ de ro.in.d.l.i.§.uſuſfru.ad.
.l.fal.inter uſumfr.& uſum quia uſuſfru.ab
initio.ff.de uſufr.Vnde ſicut dominiũ põt
diuidi ita & uſuſfru.Sed uſus plus habʒ fac
ti q̃ iuris & ideo pars in eo uenire non põt
ut.d.l.uſus pars.Ea enim q̃ ſunt facti nõ re
cipiũt diuiſionẽ ut.l.is quiꝰ ducẽta.§.quedaʒ
ad.l.fal.

De ſeruitutibꝰ urbanis & ruſticis & q̃ dicã
tur ẽt ſuitutes urbane. C.XI.

QVarta.diuiſio principalis ſerui
tutum eſt.Quedam enim ſunt
ſeruitutes urbane quedam ru-
ſtice ut ꝓbatur in ti.de ſeruitu.
ru.pre.cũiuncto ti.de ſerui.ru.pre.& coĩa
pre.tam.ru.quã ur.& inſti.đ ſerui.in prin.
&.§.urbanorũ cũ ſi.& dicũtur urbane ru-
ſtice quia non poſſunt eſſe ſine predio ur-
bano uel ruſtico tex.ẽ in.l.i.coĩa.pre.& in-
ſti.de ſerui.§.in ruſticorũ ℞.ideo aũt quod
intellige ut nõt.per glo & doc.ĩ.d.l.i.Que
auteʒ dicãtur urbana predia uel ruſtica dic
urbana dicũtur omnia edificia habitãdi cã
facta ubicunqʒ ſint ſiue ĩ uila ſiue ĩ ciuitate
quia urbanum predium locus non facit ſed
materia tex.eſt in.l.urbana predia de uer.

ſig.& nõ.glo.in.l.eo iure.§.ſtabula qui.mo.
pi.ta contra.ruſtica autem predia ſunt que
fructuũ percipiẽdorum cauſa fiunt ut ꝓba
tur ĩ dicto.§.ſtabula.Ita nõ.Azo ĩ ſumma.C
de ſer.§.i. Sed quid de ſtabulo ſi eſt iunc
tum domui & ſit gratia habitandi ẽ p̃dium
urbanum ut.d.l.urbana alias diceretur ru-
ſticum tex.eſt cũ glo.in.d.§.ſtabula.Quid
de orto dic ſi plurimũ in redditu eſt puta
quia in eo ſunt uites olíueta uel in eo ſemi
natur frumẽtum uel naſcuntur fructus ue-
nales & tunc dicit̃ ruſticum prediũ ẽt ſi ſit ĩ
ciuitate. ſecus ſi eſſet ſicut eſt uiridarium &
fructus non uenduntur ut ꝓbatur ĩ dicta
.l.urbana predia de ꝟ.ſig.Quid d̃ horreo
dic eſſe pre.ur.ut.l.ſi horreum cum ſeq. in
qui.ca.pi.ta.contra.Quid de cappãna dic
ꝙ ſi eſt deſtinata ad uſum homĩs eſſe pre-
dium urbanum ut in ea quis non poſſet ca
pi pro debito ciuili ſicut in domo non poſ
ſet.l.plerique de in ius uocan.quia tunc ue
nit appellatione domus ſi autẽ eſt deſtina
ta ad alium uſum puta bouum uel pecorum
& tunc eſt ruſticum predium & tunc poſ-
ſet in ea capi ut ꝓbat̃ in.c.ii.ſi duo fratres
ĩ ti.de duobꝫ fratribus nouo bene inueſtit.
& nõ.lod.de ro.in.l.i.§.domum ad ſil.quod
ego ĩtelligo niſi eſſet iuncta domui l' eſſet
cappãna in qua ab una parte eſſet domus
ab alia ſtabulum per tex.cum gl. in.d.l.eo.
iur.§.ſtabu.qui.ca.pi.ta.cõtra.Quid de na
ui uidetur ꝙ magis urbano q̃ ruſtico pre-
dio comparetur ar.l.i.§.ſi quis de naui d̃ ui.
& ui.ar.ſecundum.bal.in.l.certi iuris i.iii.
colump.C.loca.& hoc uidetur probari in.l.
pe.§.fi.de his qui deiec.uel effu.licet nõ ſit
proprie.domus que conſiſtit ex ſolo tecto
& pariete ut.l.eum qui edes de uſuca.de quo
uide per lodo.ponta in.d.§.domum Quid
de molendino dic potius ꝙ ẽ predium ru-
ſticum q̃ urbanũ.idem in fundo rurali ſe-
cundum bal in.d.l.certi.iuris in.iii.colum.
Quod intellige niſi coniunctum domui
per no.in.d.§.ſtabula uel niſi ĩ molendino
habitaret̃ ſicut multi faciunt.Quid d̃ area
dic ſi eſt cã fructuum in quo frumentum
excutitur & tũc ruſticum predium reputa
tur ut.l.i.§.fi.de ſerui.C.Sed ſi eſſet area q̃
proprie curtis ſeu curia appellatur q̃ ſit in
domo uel domui coniuncta credo ꝙ urba-
num predium dici poſſe t ex quo ps domꝰ
reputatur urbana ꝓ quo facit quod nõ.azo
in ſumma .C.de ſerui.§.i. Sed quomodo

cognoſcetur que ſit ſeruitus urbana dic ex
qualitate p̃dii cui ſeruitus debet̃ nõ ex qua
litate eius qui ſeruitutem debet.Nam talis
eſt ſeruitus quale eſt predium cui debetur
quoniam ſeruitus denominatur a p̃dio do
minante cui debet̃ a digniori ut probat̃ ĩ
.l.i.§.area & ibi hoc nõ.gl.dy.& ang.et doc.
de ſerui.ru.pre.& Albericus de ro.in.l.de
pupillo.§.ſextus de no.op.nũ.&.l.qui uiam
eo.ti.et pau.de caſt.in.l.i.cõmunia predi.&
habet̃ per doc.in.§.eque inſti.de act.Sꝫ ur
bane ſerui.ſunt que prediis debent̃ urbãis
ruſtice que debent̃ p̃diis ruſticis.Nam ad
hoc ut ſit ſeruitꝰ urbana neceſſariũ eſt qd'
ſit p̃diũ urbanum cui debet̃ ſeruitus & qd'
ei debet̃ ut urbano.Si enim iter uel uia q̃
ruſtice ſeruitutes ſunt ut.l.i.de ſerui.ru.p̃.
debent̃ domui tamẽ quia deberi poſſunt
nõ intuitu edificii ſed ſoli nihilominus ru
ſtice ſeruitutes dicerẽtur ar.de ſer.ru.pre.l.
certo generi ſimiliter dicendum eſt ĩ ruſti
ca ſeruitute.Nam & illa ideo tantum dicit̃
ruſtica quia debet̃ ruſtico p̃dio nõ ĩtuitu
edificii alicuius ut ꝓbat̃ in.l.i.de ſerui.ur.
pre.ubi dicit̃ quod ſtilicidium auertendi ĩ
tectũ uel in aream uicini ſeruitus urbana ẽ
& tamen poteſt eſſe ꝙ area ſit p̃diũ ruſti-
cum in uilla uel in urbe ut dixi ĩ uer. quid
de area.Sed tamen quia urbanũ eſt p̃dium
cui ſeruitus debet̃ dicit̃ urbana ſeruitus ſi
cut ſi ruſticũ erit predium cui ſeruit̃ dicit̃
ruſtica ſ̃uitus.exemplum ẽ edificiũ gratia
fructuũ ꝑcipiendoꝝ & ei urbano p̃dio ſ̃ui
tus debet̃ uel ut ipſum liceat altius tollerẽ l'
obicere parieti uicine uel ut cloaca habeat̃
ꝑ uicini domum ad quã aque fundi mei ru
ſtici accedant dicet̃ ſeruitus ruſtica de ſer.
ru.pre.l.ii.& nõ.azo.in ſumma.C.de ſerui.
.§.i.Sed quid ſi habeo ius eundi per fundum
tuum ad domum meam an tunc dicet̃ ſer
uitus urbana & uidetur quod ſic per predi
cta.Ni.de mat.in.§.eque inſti.de act.tenuit
contrarium ſcilicet quod ſit ruſtica ſeruitꝰ
quia debetur a ſolo tuo meo ſecus dicit ipſe
ſi debetur ſuperficiei domus mee & ſic edi
ficio quia tunc bene diceretur urbana alle
gatur.l.ergo cum ſequen.de ſerui.ru pre.&
.l.ſeruitus in ſolo que eſt.l.ii.de ſerui.ti.ge-
nerali.Ego autẽ in hoc ſic puto eſſe dicẽdũ
aut habeo ius eundi per fundũ tuũ ĩ domũ
meam quantum ad ſuperficiem aut quãtũ
ad ſolum ſeu aream aut ſimpliciter ad do-
mũ meã.Primo cãu non habet dubium ꝙ ẽ

dicenda ſeruitus urbana. Secundo cāu quā
tum ad ſolum ſeu aream tantū & tunc aut
eſt area gratia fructuum iuxta.l.fi.§.fi.C.de
ſeruitu. puta quia promiſiſti ꝙ uenire poſ
ſim cum plauſtro ad aream meam ꝑ fūdū
tuum & tunc quia talis area dicitur eſſe ꝑdiū
ruſticum ut dixi.s.in uer.quid de area.&
tunc erit ſeruitus ruſtica. Aut eſt area ſeu
curia nec gratia fructuum ſed animalium
ſicut eſt curia animaliū anſeꝝ & ſil. & tūc
puto quod etiā iudicari debeat ſeruitus ru
ſtica quia talis curia dicitur potius ruſticū
q̄ urbanum etiam ſi eſſet in ciuitate per ea
que dicta ſunt.ſupra Et his duobus caſibus
pōt ꝓcedere quod dixit. Nicolaus de mat.
aut eſt area ſeu ſolum non gratia fructuuʒ
uel animalium ſed pro uſu domus ut quia
per eā itur ad ſuperficiem ſicut cōiter ſunt
curie in ciuitabus & tunc teneo quod ſit ſer
uitus urbana quia talis curia ſeu area de
bet dici urbanum predium ut dixi s. in uer.
quid de area. Tertio caſu pricipali quan
do ſimpliciter habeo ius eundi ꝑ fundum
tuuʒ ad domu meā. & tunc teneo idiſticte
ꝙ ſit dicenda ſeruitus urbana ex quo debe
tur domui & ſic fundo urbano per ea que
ſunt dicta.s.

Rubrica de ſeruitutibus realibus & pre
dialibus & in quo ſimul conueniāt & que
ſit eaꝝ natura. C.XII.

c Irca iſtas ſeruitutes urbanas &
ruſticas que reales ſunt & pre
diales appellantur ut ſepe dic
tum eſt aliqua uideamus que
ī ꝑis ſimul conueniunt & comunia ſunt. Po
ſtea de his tm̄ hoc libro dicemus que urba
nas ſeruitutes contingunt. Et primo uidea
mus que ſit harum ſeruitutum natura. Et
dic ꝙ in hoc eſt ut quis aliquid patiatur pu
ta ꝙ poſſim mitter̄ tignum ī pariete uicini.
aut ut aliquid non faciat. puta altius nō tol
li ut eſt caſus in.l.quotiens la prima de ſer
ui.& probatur in.l.i.i fi.de aqua plu.ar. &
in.l.i teſtō.al's incipit pōt cōia predi. non
autem eſt ea natura ut aliquid faciat quis
ut ueluti uiridaria colat. aut ameniorē ꝓ
ſpetum preſtet ut eſt tex.in.l. quotiēs.§.fi.
Fallit hoc in ſeruitutibus oneris debendi
ut.l.eum debere columpnam. de ſerui ur.
pre. de quo uide per flor.& doc.in.d.l.quo
tiens. & plene ꝑ bar.in.l.ii.§.apud labeo

nēm de aqua plu.ar. Item ea ē natura harū
ſeruitutū realium ut ſi interſit uicinorū qui
ſeruitutē ſibi deberi uolunt alias ſi nec ho
minum nec prediorū intereſt ſeruitutes nō
ualere ueluti ne per fundū tuum eas aut ibi
conſtituas. Et ideo ſi mihi concedas ius tibi
non eſſe fundo tuo uti frui. nil agitur aliter
ſi concedas mihi ius tibi nō eſſe ī fundo tuo
aquam querere minuende aque mee cauſa
ut eſt tex.in.d.l. quotiens in pri.& ideo ſi
uendo tibi domum cum pacto ut nō poſſis
ibi exercere tales artes. ſi ex hoc conſequor
aliquā utilitatem. quia ī alia mihi remanēte
ſimilē artem exercebam. ualet pactū alias
ſecus nō ualebit ergo talis cōuentio tanq̄ ſer
uitus cum non ſit prediuʒ dominans liceat
ualeat talis cōuentio ut obligeris tu et here
des tui. ut nō. bar. in.l.uenditor communia
predi. Et eodem modo ſi conueniſti mecuʒ
ut nō poſſis facere feneſtram in tuo parie
te per quam poſſis inſpicere me ī arte mea
uel in camera ualet iſta conuentio ſi mea ī
tereſt propter honeſtatem quia nō poſſuʒ
libere uti domo mea cum homines nolint ī
omnibus uideri. & iſte caſus poterit quotti
die contingere ſecunduʒ pau. ī dicta.l.quo
tiens. ſed ſi nō iteruenisſet cōuentio licituʒ
eſt facere ī ſuo dūmodo non tangeret ex ali
eno. licet ex hoc alienum icōmodaretur. ut.l.
altius.C.de ſeruituti. ad quod uide quod di
cam infra de ſerui. altius nō tollendi. Ex hoc
ſequitur quod ſi aqua cadens ī curte tua na
turaliter & de per ſe currit ad curiam meā
licitū eſt mihi aliquid facere per quod im
pediatur fluuius ſeu decurſus aque. & rema
neat in tua curte ar. optimum in.l.i.§. ſunt
qui putāt. ff. ne quid in flu. publi. dūmodo
nil tangā de tuo. facit quod nō. de damno ī
fecto.l.proculus ſecundū Pa.de caſt. ita nō.
in.d.l.quōt. la prima de ſeruituti. quod ē nō
Quod autem dixi quod non eſt ſeruitus ſer
conuentio niſi interſit procedit quando cō
tinet non fieri in.d.l.quotiens ſecus ſi cōti
neat fieri. uidelilicet ut poſſim aliquid face
re in tuo. Nam tunc ualet. licet tūc ſit mihi
inutile ut.l.ei fundo. ff. de ſerui. Et ē rō qa
ſaltē aliquid cōſequor penes me & ſic poſ
ſum habere rē licet mihi non ſit utilis ut di
cit tex. Et rō ratōis pōt eſſe quia pōt itereſ
ſe mea in futurum habere. puta ducere a
quā per fundum meum alias ſecus ſecūdū
odo. & flor. ibi. Itē dū dixi ꝙ natura ſerui
tutis ē pati. nō credas ꝙ per ſolaʒ paciētiaʒ

ſeruitus conſtituatur. Nam ille qui promit
tit ſolam pacientiam. aut per alia uerba pro
mittit ſeruitutem. non uidetur ſeruitutem
conſtituere. ſed ſe perſonaliter obligare ut
eſt tex. cum glo. in. d. l. ſi ſub una. §. i. & ibi
plene per doc. de ꝟ. obli. & nō. bal. i. c. i. §. ſi
quis de manſo. in. v. columpn. in prin. in ti. de
contro. inueſti. Iteꝫ tertia natura ſeruitu
tis eſt ut huius iuris ſeruitutis nulla ſit ua-
cua traditio ſed patientia de utendo habe-
tur loco traditionis tex. eſt in. l. quotiens. la
. ii. de ſeruitu. Et ꝓ hoc. l. iii. §. dare de uſufr.
de quo plenius dicaꝫ infra in. v. q. principa
li quomodo & qualiter ſeruitus conſtitua-
tur. Et ex hᵒ poteſt colligi quod dicatur tra
dita poſſeſſio uacua licet res debeat alteri ſ
uitutem predialem ut probatur & in. l. me
uius. §. fundo de le. ii. & ibi hoc nōt. bar. &
doc. nam dicitur in. §. precedenti heredē nō
liberari niſi tradat uacuā poſſeſſionem. & ī
dicto. §. fundo dicitur liberari licet tradide
rit fundum alteri ſeruientem quod nō. pro
illis qui tenentur uacuam poſſeſſionem tra
dere ut. l. ii. §. ii. de act. emp. & l. fi. C. uñ ui.
ſecus ſi promiſiſſent tradere uacuam & li-
beram poſſeſſionem quia tunc nō liberare
tur ſi tradereret rem alteri ſeruitutē quod
eſt nō. Item quarta natura eſt ut ī ſtipu-
latione uel ſeruitutis promiſſione ueniat
ius & factum. Ius in quantum debuit ſerui
tutem cōſtituere factum inquantum paciē
tia debet preſtari ut. d. l. iii. §. dare de uſufr.
& nō. bar. in. d. l. ii. §. i. de ꝟ. obli. & nō. in. l.
corruptionem. C. de uſufr. & uide per bar.
in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita de ꝟ. ob.

Item quinta eſt natura ſeruiturū realiū
ut ſecundum indigentiam predii dñantis
conſtituantur tex. eſt in. l. ergo. §. fi. cum ſe.
de ſer. ru. pre. & nō. per glo. & doc. in. l. ut
pomum de ſerui. ſed ſeruitus uſus ſecunduꝫ
indigentiam perſone cui debetur. ut inſti.
de uſu. & habi. §. i. & l. plenum. §. i. ff. eo. &
nō. bar. in. l. iiii. §. cato. in. v. queſtione prin
cipali de ꝟ. obli. ſeruitus autē uſuſfructus
non eſt ſecundum indigentiam rei uel per
ſone imo eius eſt nature ut omnes fructus
ſpectent ad uſufructuarium tex. eſt in. l. u-
ſufr. legato in prin. de uſufru. Item ſexta
natura eſt quia ſeruitus poſſideri non pōt
ſed intelligitur poſſeſſionem earum haberē
qui edes poſſidet ut eſt tex. in. l. ſi edes mee
. §. fi. de ſerui. ur. pre. de quo uide plene per
cy. in. l. ii. C. de ſerui. & pleniſſime per bal.

Item ſeptima natura quia ſeruitus non ē
in bonis noſtris nec extra bona. l. i. de uſu-
fr lega. et ibi hoc declaratur per glo. & doc.
& habetur per glo. in fi. in. §. fi. ff. de pigno.
& per glo. inſti. de reruꝫ diui. in prin ī uer.
habētur. Itē. viii. eſt natura ſeruitutis qa
ſeruitutes ſeu ſeruitutuꝫ iura non ſunt ſub
ſtantia ſed qualitates prediorū & inſunt ꝑ
diis ſicut iuriſdictio dicit̃ eſſe qualitas ter
ritorii. C. ubi & apud quem. l. fi. & ineſt ter
ritorio ut ibi nōt. & hoc uult bal. in. l. data
opa in. xvi. colum. in uer. ſed nunquid iura
ſint ſubſtantia uel qualitates. C. qui accu. ñ
poſ. & dicit flo. in. l. pecoris de ſerui. pre. ru.
quod ſeruitus eſt in fundo ſicut forma acci
dentalis & ſicut qualitas ē ī materia. Itē
nona quia ſeruitus ſeu iura prediorū urba
noꝝ non poſſunt pignori dari nec cōueni
ri pōt ut ypotece ſint tex. eſt in. l. ſi is. §. fi. ff
de pigno. & ibi aſſignatur ratio in glo. pe.
ſed ruſticoꝝ prediorū ſic tex. eſt in. l. ſꝫ an
uie eo. ti. & glo. ibi aſſignat hanc differētie
rationē quia ſeruitutes urbane debent con
ſtitui ſub quadam perpetuitate ne urbs de
formetur meniis ut in. §. i ſuo. inſti. de reꝝ
diui. & l. fi. ff. ne quid in loco publico. Non
eni eſſet conueniens ut poſtq̄ miſiſti tigna
ſoluto pignore cogaris tollere quod ſecus ē
in ſeruitute ruſticorū prediorū quia iſtud
ibi ceſſat iconueniens & iſta rō placet bar.
ibi qui dicit ꝙ ſi forte in ſeruitutibus urba-
norum prediorū eſſet eadē ratio que eſt in
ſeruitutibus ruſticoꝝ ꝑdioꝝ cōſiſteret obli
gatio. ut in hoc exemplo obligo tibi ſeruitu
tem altius non tollendi donec tibi credita
ſoluatur pecunia certe iſto caſu ceſſant rō
nes ꝑdicte ideo uidet̃ ꝙ ualeat obligatio.
Sed nunquid ſeruitus locari poſſit uid̄ tex.
cum glo. & ibi doc. in. l. i. §. Item comoda. ff.
como. & dicaꝫ in illa queſtione qualiter qs
debeat uti ſeruitute. Item eſt decima &
ultima natura ſeruitutum quia in earum ꝑ
ſcriptione non deſideratur titulus tex. eſt
in. l. ſi quis diuturno ſi ſerui. uen. & nota. ꝑ
glo. in prin. in. l. ii. C. de ſerui. & aqua & ibi
per doc.

Rubrica in quo conſiſtat ſeruitus ſeu ius
ſeruitutis. . C. XIII.

s Ecundo principaliter uidām⁹
in quo cōſiſtat ſeruitus ſeu ius
ſeruitutis & uidet̃ ꝙ conſiſtat

in fundo ut.l.eorum.ff.de damp.infec.& in .l.in noxalibus.ff.de noxalibus & ita tenet la.de are. Sed gl. in.l. meuius .§.fundo. de le.ii.tenet contrarium bar.ibi dicit & iſta ē ueritas ꝙ ſeruitus in fundo dn̄ante eſt ius Ei enim debetur iſta ſeruitus & in eo ex hoc aliquid plus ponitur ut.l.aui aliena.§. fi.de neg.ge. Sed in fundo ſeruiente non ē ius poſitum publicum ſed priuatum quia p hoc illi fundo & iuri detrahit̄ ut .l.ſtipulatio iſta.§.i.de ꝟ.obli.&.l.arbor.§.fi.ff.cōi diui.&.ideo dicit bar.i dicto.§. fūdo i.fi.ꝙ ſi lego fundum tuum ſeruientem .non uideor legare liberationem quia in eo nullum ius habeo quod ponat aliquid in eſſe ſed illud ius eſt in fundo meo dominante quod tibi non lego quod nō.& adde que dixi in diffinitione realis uel predialis ſeruitutis ac etiam addas ꝙ ſeruitus ex parte fundi ſ̄uientis eſt in pacientia ut.l. quotiens la prima de ſeruitu.&.l.ſi ego la.i. de publi.&.l..i.§.fi.de ſer.ur.pre.ut dixi ſ. in.i.&.iii. natura ſeruitutum & ex his que dixi de natura ſeruitutum colligitur optime in quo cōſtat ipa ſeruitus ſeu ius ſeiuitutis.

Rubrica quis poſſit conſtituere ſeruitutes reales. C.XIIII.

Tertio eſt principaliter uidendum quis poſſit has ſeruitutes reales cōſtituere uel imponere dic ꝙ ille eſt dominus predii uicini pōt imponere.& alius qui eſt dominus alterius predii pōt acqrere nemo enim pōt ſeruitutē acquirere ur. uel ru.pre. niſi qui habet predium tex.ē i.l.i.cōia prediorum & inſti.de ſerui.§.in ruſticorum ꝟ.iō aūt & quod dixi de domino intellige de illo ꝗ eſt uerus dominus predii & pleno iure.

Sed quid ſi non eſt uerus dominus ſed quaſi dominus ſicut eſt bonefidei emptor an iſte poterit imponere ſeruitutem predio alieno per ipm̄ empto bona fide. Sꝫ quid ſi non eſſꝫ uere publiciana & ſic eſſet quaſi dominus ut inſti.de act.§ .ſed ſi iſte & in.c.abbate ſane. de re.iudi.in vi.tunc bene poſſet imponere ſeruitutem ut ē caſus i .l.ſi adeo.ff.de pigno.& idem tenet azo. in ſumma.C.de ſerui.§.conſtituit aūt has ſeruitutes & habetur i.l.ſi ego.§.i.de publici.

Item quid de illo qui babet utile dn̄ium ſicut eſt emphiteota uel liuellarius..l.i.§. qui imperpetuū.ff.ſi ager nec.uel emphi.pe.& nō.in.l.ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculum.ff.como.& nō.ſpe.i ti.de loca.§.nūc aliqua uer.xlv.& dicit̄ etiam quaſi dominus ut nōt.glo.in.l.iii.de ſerui. An poſſit imponere ſeruitutem emphiteotico.& uidetur quod non quia emphiteota non poteſt alienare ſine conſenſu directi domini ut.l.fi.C.de iure emphi.&.c.potuit extra.de lo. ergo nec ſeruitutes imponere quia cōtinet̄ ſub uerbo alienatio ut.l.fi.C.de rebus alie.n̄ alie.Contrarium.ſ.ut poſſit eſt tex. cū glo. in.l.iii.ff.de ſerui.& ibi hoc tenent doct.& maxime flo.& pau.de caſt.idem tenet dy. inſti.de ac.§.eque in.v.q.& azo in ſumma. .C.de ſerui.uer.conſtituitur & bar.in.l.i.§. fi.de ſuperfici.& idem tenet bal.in.c.i.§.qd ergo in ti.de inueſti.de rebus alie.fac.i uſi. feu.ldem tenet gul.& doc.in.l.in prouintia li.C.de ſerui.Et facit quod proxime dicam de uaſallo & ſuperficiario.Quod intellige durante emphiteoſi ſeu liuello ſꝫ finita emphiteoſi quia reuertitur ad dominium directum.& conſolidatur cum proprietate tunc finitur etiam ſeruitus ut probat̄ in.d. .c.i.§.quid ergo de iueſti.de re.ali.fac.& ibi hoc nō.bal.& la.de ali.& nō.bar. in.l.i.§.fi. de ſuperfici.& probatur i.l.ſi cui.§.i.ff.quē admo.ſeruitus amit ibi hoc non tenet florētinus.& idem tenet bal.& Saly.pau.de ca. & doc.comuniter in.d.l. prouinciali.C.de ſ̄ui.& probat̄ in.l.lex uectigali fundo.ff. de pigno.Et per hanc rationē reſoluto iur̄ datoris feudi cōcedentis.reſoluitur ius receptoris ſeu recipientis ut.d.l. lex uectigali.& .d.§.quid ergo &.d.c.i.§.fi.& ibi per Bal.in ti.de controuerſ.inueſti.&.l.ſi quis domuꝫ .§.fi.ff.loca.&.l.pe.§. predium de le.ii. &.l. ſtatius florius.§.cornelio ubi eſt caſus notabilis de iure fiſ.cum ſi l̄.quod eſt notanduꝫ quia quotidie hoc contingit. Item quid de uaſallo qui etiam dicit̄ habere utile dn̄i um in fundo ut eſt tex.& glo.& ibi bal. & doc.in.d.§.quid ergo & eſt gl.ii.inſti.d uſu fr.in prin.& eſt glo.fi.extra in.c.cuꝫ bartol dus de re iudi.& habetur per bal.in.l.unica in.vi.carta.C.de confeſ.& in.l.i. in ultima colump.C.ſi plures una ſen. An ipe poſſit ponere ſeruitutē in fundo feudali uidetur ꝙ ſic ut eſt caſus in.d.c.i.uer.quid ergo qui uult ꝙ durante fundo durat ſeruitutis impoſitio ſed eo finito finiat̄ ſeruitus ipoſita.prout dixi in emphiteota ſeu liuellario.

& ibi ita tēnet bal.& Ia.de alua.& idem te-
nent doc.in.l.& in prouinciali.C.de ſer. &
in.l.iii.ff.de ſerui.ti.generali &/cy. in.l.fi.§.
penul.ante fi.C.cōia de lega.& habetur per
Ia.de belui.in.c.i.§.preterea in ti de capitu-
lis.contradi. in uſibus feudorū .Itē quid de
ſuperficiario qui habet utile dominium ut
nō.glo.ii.inſti.de uſufr.in prin.& proba-
tur in.l.i.§.quod autem de ſuperfici.& dici-
tur quaſi dominus ut nō.glo.in.l.iii.ff.de ſ
ui.& uidetur ꝙ ſeruitus fundo ſuperficia-
rio imponi non poſſit ſuperficiarius dicit
habere quandam ſeruitutem in ſolo ut ſi ti
bi homo .§.fi.de l.i.ſed ſeruitus ſeruitutis
eſſe non poteſt ut eſt tex in.l.i.de ſerui. le-
ga.ergo &c̄.Tu autem dicas contrarium.ſ.
ꝙ poſſit imponere ſeruitutem ut eſt tex.in
.l.iii.de ſeruitu.& ibi hoc tenet gl.& doc.
& idem hoc tenet azo in ſumma.C. de ſer-
§.conſtituitur & bar.in.l.i.§.fi.de ſuperfici.
& Ni.de ma.& Ia.de alua.in.d.c.i.§.quid er-
go in ti.de inueſti.de re.alie.fac.Nec eſt ue
rum ꝙ ſuperficiarius habeat ſeruitutem
ut dicit glo.in.d.l.iii.ſed habet utile domi-
nium quod eſt contrarium ſeruituti.nam
res mea non pōt mihi ſeruire ut.l.utifrui
.ff.ſi uſufr.pe.& in.l.in re cōi.de ſer.ur.p̄.
Nec obeſt.d.l.ſi tibi homo .§.fi.cum di-
cit de ſeruitute intelligitur improprie uel
dic ſecundum pau.de ca.& melius ꝙ etiam
ſuperficiarius habeat ſeruitutem de utile
dominium.Nam ſi habeo ſupficiē in ſolo
tuo illud tuū ſolum dicitur ſeruire ſupfici
ei mee in quātum habet hoc opus qđ tenea
tur eam ſubſtinere & ita loquitur tex.in.d.
.l.ſi tibi homo.§.fi.Sꝫ ſi conſideramus ip̄am
ſuperficiem que non eſt ſeruitus ſed potiꝰ
predium dominans ſolo tuo dum illud te-
netur eam ſubſtinere huic predio quod in
ſuperficie bene poſſet ſeruitutem impone
re & non erit ſeruitus ſeruitutis & ita loq-
tur tex.in.d.l.iii.de ſerui.Et quod dixi ſup-
ficiariū poſſe imponere ſeruitutē ſuperfici
ei.intelligitur durāte ſuperficie.ſed ea fini
ta finitur ſeruitus .ut dixi de emphiteota &
feudaterio & ita tenet bar. in.l.i.§.fi. de ſu
perfici.& doc.in.d.l.iii.de ſerui.&.l.& in p
uinciali.C.eo.ti.& flor.in.l.ſi cui.§.i.quem-
admo.ſerui.amit.Item quod dictum eſt de
emphiteota uaſallo & ſuperficiario dicas
etiam idem in quocunqꝫ alio habente do-
miniū utile ut nōt.Bar.i.d.l.i.§.fi.de ſupfici
ebus. Item quid de domino directo.
an poſſit ſeruitutem imponere ſuo fundo
dic ſi eſt dn̄s directus pleno iure itaqꝫ nul-
lus habeat utile dominiū.& tunc ſiue impo
nat ip̄i ſolo ſiue edificio ualet ipſa ſeruitus
impoſita ut.l.iii.de ſeruit.& dixi.ſ̄.circa pri
cipium huius.iii.q.principalis & afficit ſo
lum ſicut edificium.& ideo deſtructo edifi
cio durat in ſolo & refecto edificio reitegra
tur in eo.l.ſeruitutes que in ſuperficie.§. ſi
ſublatum de ſer.ur.pre.ſecundū pau.ibi &
i.d.l.iii.Sed ſi quis ē dominus tm̄ directus
& alius utilis qui habeat utile dominiū ſicē
eſt emphiteota.feudatarius & ſuperficiari
us.ut dixi in queſtionibus precedentibus.
& tunc non poſſet imponere ſeruitutē qui
habꝫ directum dominum in preiudicium
habentis utile & ita intelligo.d.l.iii.de ſer-
uitu.& ita uult pa.de caſt.& ad hoc uide ꝙ
dicam de uſufructuario. Item quid đ he
rede qui ēt dicit dominꝰ inſti.de here.qua
li.& diff.§.pe.An poſſit imponere ſeruitu-
tem rei legate alicui ſub conditione & dic
quod ſic ſed adueniente conditione extin-
guitur ſeruitus tex.eſt in.l.ſi cui.§.i.quēad-
mo.ſerui.amit.& in.d.l.ſi fundum đ cōdi.
& demo.pro hoc etiam.l.fi.§.ſin autē ſub
conditione.C.de coīa de le.&.l.ſeruo.lega-
to.§.i.& quod ibi nō.per bar.& doc.de le.i.
Item quid de dn̄o fundi qui ipſum obli-
gauit alteri ēt fiſco.puta ſi pecunia non ſit
ſoluta certo tempore poſſit uendi an īterī
dn̄s poſſit ip̄onere ſeruitutem dic ꝙ ſic. ut
eſt tex.l.plerumqꝫ i fi.ti.de regu.iur.& idē
dicas in quolibet qui rem alicui debet ex ꝯ
ctu aliquo ut antequam tradat poſſit ſerui
tutem imponere ar.l.ſi ſciens in fi.de con-
trahen.emp.& nō.glo.in.d.l. plerumqꝫ qđ
ſemper intellige.ſ.ſeruitutē durare donec
durat dominum imponentis & non ultra.
quod dixi dominum poſſe imponere ſerui
tutem fundo intellige quando eſt unus do-
minus tantum fundi.Nam ſi eſſent plures
deberent omnes conſentire in imponenda
ſeruitute alias unus tantum non poſſet im
ponere tex.ē cum glo.in.l.ti.ff.de ſeruitu.
Sed ſi unus ſeruitutē concederet ſine aliis
non teneret ipſius conceſſio iure ſeruitutis
tamē ip̄e concedens non poſſet prohibere
eum cui conceſſit uti iure conceſſo.Si uero
unus primo conceſſit ſeruitutem.deinde al
ter uel alii domini tunc uariis temporibus
conceſſerūt uel ratificauerūt etiā ſingulari
ter & de per ſe.tūc ꝯfirmat prima ꝯceſſio

per nouiſſimam.& trahuntur prime cōceſ
ſiones uel prima conceſſio ad tempus ultie
conceſſionis perindeq; fit ac ſi omnes tunc
concederent .Et ideo ſi tempore ultie con/
ceſſionis non eſſet poſſibile primos cōcede
re poſſe uel quia defuncti ſunt uel qa ptes
predii alienauerunt .pendebit hec ultia cō
ceſſio donec illi qui ſucceſſerūt i locū prio
ris uel noui ſocii concedāt ſeruitutē ut hec
probantur in.l.qui fundum de ſerui.ru.pre
&.l.fi.cōia predi.& nōt azo in ſumma.ff.de
ſerui.ti.generali.Item quid in dnmino fun/
di in quo alius habet uſumfructū.an domi
nus poſſit illi fundo ſeruitutem īponere.di
cas ꝙ nō etiam cōſentiente uſufructuario
niſi ſit talis ſeruitus per quam cōditio uſu/
fructuarii deterior non fiat ut eſt tex.in.l.
ſed & quod.§.fi.cū.l.ſeq.& ibi glo.ubi uide
.ff.de uſufr. An poſſit imponere ſeruitu/
tem fundo ſuo in preiudicium habētis aliā
ſeruitutē realem .dicas ꝙ nō tex.ē in.l. cy
rografuz.§.i.&.l.per quē de ſerui ru.pre.&
ibi per doc.& habetur per glo.& doc. in.l.
preſes.C.de ſerui.& aqua Poteſt tamen do
minus acquirere ſeruitutē fundo fructua/
rio tex.eſt in.d.l.ſed & ſi quid.§.fi.ſicut etiā
dixi.ſ.de fundo feudatario & adde qd' dicā
infra ꝟ.quid de uſufructuario Item quid
de marito.an poſſit imponere ſeruitutem
fundo dotali.& uidet' ꝙ ſic quia ē domin⁹
illius fundi.l.in rebus.C.de iure do.l.doce
ancillam .C.de rei uendi. Contrarium eſt
uerꝝ tex.eſt in.l.iulianus cum.l.ſequē.d fun
do do.Ratio ē quia non habet liberꝝ dñiuz
ut nō.bal.in.d.l.& in prouinciali.C.d ſer.
quod intellego d' fundo dotali inextimato
quia illud reputatur eſſe uxoris ut.d.l.in re
bus ſecus ſi eſſet extimatus tali extimatio/
ne que emptionē faceret ut ibi nō.& in.d.l.
doce ancilam quod in dubio preſumitur ut
ē gl.notabilis in.l.ſi inter uirꝝ.C.d' iure do.
& nō.cy.in.l.iiii. in ultima.q.C.como.

Item quid d' uſufructuario.An poſſit i/
ponere ſeruitutem fundo in quo habet u/
ſumfructum.& uideo ꝙ ſic durante uſufru
ctu quia uſufructus eſt pars dominii fundi
ſicut eſt uaſſallus & ſuperficiarius.dicas cō
trarium.quia minor eſt dominus q̄ marit⁹
rei dotalis & maritus non pōt ut dixi ergo
&c.Item quia uſufructuarius.meliorem cō
ditionem facere poteſt .ſed non deteriorez
tex.eſt in.l.equiſſimum .§.fi.ff.de uſufr.

Item an ille qui habet ius referendi in
ſepulchrum poſſit imponere ſeruitutez ſe
pulchro dic ꝙ non.l.i.ff.ſi ſerui. uen.&.l.ca
ueri.coïa pred. Item quid de eo q nō eſt
adhuc dominus uel quaſi ſed proxime uel
continuo ē futurus dominus an poſſit im/
ponere ſeruitutē ut in hoc exemplo.emo a
te predium uel ex alio titulo accipio & in
acceptione uel traditione impono ei ſerui/
tutem ad aliud predium tuum qd' retines
an poſſiz & dicas ꝙ ſic tex.eſt in.l.qui duas
de ſer ur.pre & in.l.iii.§.ſi quis duas.ff.com
munia pre.& in.l.ei fundo d ſer.& ita tenz
azo.in ſumma.C.de ſer.§. conſtituit' autez
pro hoc facit quia quod proxime faciēdum
eſt habetur pro iam facto ut.l. pe.de teſta.
mili.Et quod dixi de emptore intellige de
quocunq; acquirente ius quod ſibi debere
tur poſſet ſeruitutem imponere ſicut eſt li
uellarius & uaſall⁹& ſimiles ſecundū ea q̄
.ſ.dicta ſunt. Item imperator .ſeu prin/
ceps poteſt cōcedere priuato aquaz ducere
per uiam publicam ſine īcomodo uicinoꝝ
tex.ē in.l.ſeruitutes.§.publico de ſerui.

Item ſenatus pōt ut.l.ii.in prin.ne qd ī
flu.publico & nō.glo.in.d.§.publico & in/
telligit' ſine maximo aut magno īcomodo
ut ibi nō.glo.& habet' i.l. quotiens de pci.
im pa.offer.& nō.azo in ſumma.C.de ſer.§.
conſtituitur autem pro hoc.l.ii.§.merito.et
.§.ſi quid a principe ne quid in loco publi
co.& ibi de hoc habetur .Priuatus autez in
flumine publico uel in aliqua alia aqua pu
blica ad publicuum uſum deſtinata nō pōt
concedere ſeruitutem.puta aquam p rotaz
tollendā ex flumine uel hauriendam nec
ſeruitutem caſtello imponere & ſi fiat talis
ꝯceſſio uel impoſitio nō tenet iure ſeruitu
tis ſed ille cui facta eſt talis conceſſio uel i/
poſitio tuendus eſt in iure ſuo quod poſſi/
det contra eum qui conceſſit tex.eſt in.l.ii.
cōia prediorꝝ & caſtellum ē receptatio aq̄
publice.l.i.§.āñpenul.de aqua co.& eſti. &
eſt tex.cū gl.in.l.ſi uenditor.§.fi. de act.ēp.

Item ille qui habet ſeruitutem alteri eā
concedere non pōt niſi hoc eſſet ei pmiſ
ſum quia nō pōt eſſe ſeruitus ſeruitutis.l.i.
de uſufr.lega.ſi tamen quis habeat ſeruitu/
tem aqueductus & aquā poſtq̄ ingreſſa ē
fundum meum uellim alii concedere poſ
ſū niſi noceā fundo ſeruienti tex.ē cū glo.
in.l.ex meo de ſerui.ru.pre.in.l.i.§.illud la
beo de aqua coti.& eſti.& hoc tenet azo in
ſumma ,C.de ſerui.§. conſtituitur in fi. &

idem tenet glo.fi.aῆ fi.in.l. cũ eſſet .§.i. de
ſerui.ru.& in dictis iuribus de hoc nõ.in.l.
preſes.C.de ſerui.& aqua.Et pdicta itellige
de conſtitutione que imponit ſeruitutem
perſonaliter autem quilibet qui non habet
predium põt ſe obligare pro ſeruitute pre
ſtanda .ff.fa.her.l. heredes .§.an ea. Sed
quid ſi aquam que oritur in fundo tuo con
ceſiſti ticio ut poſſit eam ducer̄ ad fundum
ſuum .an poſſis poſtea etiã mihi conceder̄
& glo.in.d.l.preſes dicit ꝙ ſic ſi tamẽ habũ
dat ꝙ utriq; ſufficiat per.l.lucio.de aqua co
ti.& eſt i.ita fuit determinatũ bononie in-
ter fratres predicatores quibus primo cõ-
mune conceſſerat aquam & minores quib⁹
ſecundo conceſſit quia fuit iudicatum & ua
lere ſecundam conceſſionem ex quo non
derogabat priori ut nõ.doct.in.d.l. preſes.

Vltimo nõ.ꝙ princeps in mari põt po-
nere ſeruitutem ut eſt tex.iuncta glo.in.l.
uenditor in prin.cõia pre. de quo uide oio
q̄ dicã in.v.q.principali.

Rubrica q possint acquirere ſuitutẽ ſeu q
bus poſſint ſeruitutes concedi. C.X V.

q Varto principaliter dicamus q
poſſit acquirere ſeruitutem ſeu
quibus poſſint ſeruitutes conce
di.& dic ꝙ illi qui ſunt domini
uel quaſi domini uicinorum prediorũ poſ
ſunt acquirere ſeruitutem fundo ſuo ſicut
poſſunt imponere eadem ratione.ut.l.ei q
pignori de ſer.&.l.i. coia predi. ſecundum
azo.in ſumma.C.de ſer.§.fuit autem i prin.
Ex quo nõ.regulã ꝙ omnes qui pn̄t impo-
nere ſeruitutem uni fundo eadem ratiõe et
multomagis poſſunt ei acquirere quia meli
orem cõditionẽ regulariter quis põt facere
licet deteriorem aliquando nõ poſſit ut eſt
tex.in.c.i.§.quid ergo de inueſ. de re.ali fa.
&.l.equiſſimum §.i.de uſufru.&.l.fi.de uſu
fr.& habi.Et ideo feudatarius ſeu uaſſallus
poteſt acquirere ſeruitutem fundo feudata
rio ut eſt tex.in.d.§.quid ergo.& ide; dicas
in emphiteota & ſi imo ẽt plus dico ꝙ ille q
non põt imponer̄ ſeruitutẽ fundo põt ei ac
quirere ſicut eſt dñs in fundo in quo alius
habet uſumfruc.ut eſt tex.in.l.ſed & ſi quid
.§.i.de uſufruc. Item ille qui habet ius
inherendi in ſepulchrum ſeruitutis uie ad
ſepulchrum acquirere poteſt licet ſepul-
chro eam imponer̄ non poſſit ſi ſerui. uen.
.l.i.coia pre.l.caueri & idem dicas.de ſi. Et
procedunt predicta quando eſt unus tãtu;
cui eſt acquirenda ſeruitus ſi autem eſſent
plures domini predii cui ſeruitus acquiren
da ẽ ut omnes conſentiant uł eoꝝ cõmunis
ſeruus & ſi unus tm̃ mihi acquireret nõ te
neret eius acquiſitio donec alii ł aliis ſociis
concedatur ſeruitus & ultima acquiſitione
confirmatur prima ad tempus ultime ſicut
.s. diximus in imponenda ſeruitute predio
cõi ut.l.ſi unus ex ſociis &.l.unus in prin.đ
ſer.ur.predi.Item predicta de ſuſpenſione
prime impoſitionis ſeruitutis uł acquiſitio
nis locũ habẽt ſi fiat acquiſitio uel impoſitõ
inter uiuos.Nam ſi ultima uoluntate unus
ſociorũ predio cõi legat ſeruitutem predio
cõi.non ualet legatum ſ; ſi omnes ſocii lega
rẽt & pariter eoꝝ adiret̃ hereditas legatu;
teneret.Idemq; ſi unus ſocioru; predii cõis
ſeruitus legar̃tur.quia tũc nõ tener̃t legatũ
neq; ſuſpenderetur donec aliis concedatur
quia non ſicut uiuentium ita & defunctoꝝ
actus ſuſpẽdi poſt mortẽ teſtatoris uel adi
tam her̃ditatẽ receptũ ẽ ut ẽ tex.in.l.fi.coia
p̄dioꝝ & ibi p doc.& de ſerui.ru. p̄.l.ſi un⁹
&.l.unus & ita nõt azo.in ſumma.C.de ſer.
.§.fiũt aũt.

Rubrica in quibus rebus poſſit ſeruitus cõ
ſtitui. C X V I.

q Vinto principaliter declaram⁹
in quibus rebus poſſit ſeruitus
conſtitui dic in fundo urbano
& ruſtico ut in.l.i.cõmunia pre
di.& inſti de ſerui.§.ruſticorum & in ti.to-
to.ff.de ſerui.ur.pre.cum ſi..Item poteſt cõ
ſtitui ne dum in toto fundo.ſed in ſolo tan-
tum uel ſuperficie tantũ tex.eſt i.l.iii.ff.de
ſer.Et ideo certo generi agroꝝ ſeruitus acq
ri põt ueluti uineis ꝙ ea ad ſolum magis q̄
ad ſuperficiem pertineat & propterea ſub
latis uineis ſeruitus in ſolo remanebit niſi
aliter actum fuerit ut eſt tex.in.l.certo ge-
neri in prin.de ſerui.ru.pre.Item & ad cer
tam partem fundi ſeruit⁹ acquiri põt ut.l.
ad certã đ ſerui.Item ne dum edificio preſẽ
ti ſed etiam futuro ſeruitus imponi uel ac
quiri põt ut eſt tex.in.l.ſi ſeruitus §.futuro
de ſer.ur.pre.Et eſt ratio quia illud quod
adheret preſupponit illud cui adheret. ſe-
cundũ old.& dicit flo.i.d.§.futuro & iõ ua
let pmiſſio ſeruitutis facta illi q ſperat ſua

ĩ futuꝝ itereſſe tex.ē cum glo.in.l.ei fundo
ſecundum unam lecturaꝫ de ſer.& nõ.Lo.
põta.in.l.ſtipulationes nõ diuidunt᷑ i.xii.
colũ.de ꝟ.ob.Ex hoc ſequit᷑ ꝙ ſeruitus cõ
ſtitui põt ut aquã querere & iuentã ducere
liceat tex.ē in.d.l.ei fundo Item põt iponi
ſeruitus ut boues per quos fundus colitur ĩ
uicino agro ꝑpaſcantur .Item ut fructus in
uilla uicini cogãt᷑ coactiqꝫ habeãt᷑ & ut pe
damenta ad uineaꝫ ex uicino predio ſumã
tur.Item uicino cuius lapidicina tuo imine
ret fundo cedere ius ei eſſe.Item in fundo
uicini terram iacere ſaxa in fuudo haber̃.&
in tuũ lapides ꝓuoluant᷑ ibiqꝫ poſiti habeã
tur indeqꝫ exportent᷑ tex.ē in.l.iii.in prin.
de ſer.ru.predi.Idem & in aliis de quibus
pene dicam in aliis ſpeciebus ſeruitutis tã
urbanorum q̃ ruſti.Item in ſepulchro ſer-
uitus acquiri põt.l.ſeruitutes.§.fi. ſi ſeruĩ
uen.Item licet per priuatum mari ſerui-
tus imponi non.poſſit quia natura omnibꝰ
patet ut eſt tex.in.l.uenditor in prin. cõia
pre.tamen per principem bene poſſet ut
ibi nõ.per glo.ar.l.ſeruitutes.§.publico.ff.đ
ſerui.&.s̃.dixi in.iii.q.principali in fi.Et iõ
cum mare adrianum quod gulfus uenatoꝝ
appellatur.ſi dominii uenatoꝝ quia in eo
ipĩ ueneti predominati ſunt per tantũ tẽ
pus ꝙ non extat memoria in contrariuꝫ &
per hoc dicuntur habere iuriſdictionẽ ĩ illo
mari.quia illud tempus habet uim tituli.ut
in.c.ſuꝑ quibuſdam .§.preterea extra đ ꝟ.
ſigni.& in.c.i.de preſcriptioni .ĩ.vi.& Bar.
& ang.de peruſio plene in.l.ſane ſi maris đ
iniuriis.& bal.in rubrica.ff.de reꝝ diuiſi.in
.ii.colum.& idem ang.in.l.fi.in prin.de uſu
capi.ff.& in ſua diſputatione que incipit q̃
ſtio ſuper qua conſilium poſtulatur dicen
dum eſt ꝙ ipĩ dñi ueneti in ipõ mari poſ-
ſunt ſeruitutem imponere & non alii qđ ẽ
nõ.In loco aũt ſacro & religioſo ſeruitus ĩ
poni non põt ut.l.ſeruitutes.§.fi.ff. de ſer-
ui.Item nec in loco publico ut.l.ſi prius.§.
fi.de aqua plu.ar.cum.l.ſe.de quo dicam in
vi.q.principali. Item in re propria uel
cõi quis imponere ſeruitutem non põt ut
eſt tex. in.l.in re cõi.ff.de ſerui.ur.pre.& ĩ
.l.proprium &.l.quĩcquid cõia predi.& eſt
ratio in re propria quia res ꝓpria nemini
ſeruir̃ põt ut dictis iuribꝰ&.l.uti frui ĩ pri.
.ff.ſi uſufr.pe.In re aũt cõi qa ĩ re cõi meli-
or ẽ conditio poſſidẽtis.l.ſabinꝰ cõi diui.&
qa ſ̄uitus ꝑ pte ĩponi non põt ut.d.l.ꝓpri
um &.d..l.pro parte.ff.de ſerui.

Rubrica.Que ſint neceſſaria ut ſeruitꝰ cõ
ſtituatur & ei quaſi poſſeſſio acquiratur.
C.XVII.

ſ Exto principaliter aperiamus
breuiter que ſint neceſſaria ad
hoc ut ſeruitus conſtituatur &
eius quaſi poſſeſſio acquiratur
Multa & enim ad hoc ſunt neceſſaria ut ſ̄
uitus ↄſtitui poſſit. Primũ eſt ex pſona
cõſtituentis uidelicet ut ſit talis qui poſſit
eam conſtituere.& quis ſit iſte uide ſupra
in.iii.q.principali ubi plene diſputaui.

Secundum eſt ex parte eius cui conſti
tuit᷑ ut ſit habilis ad acquirenduꝫ & de iſto
dixi.s̃.i.iiii.q.prin.ita ꝙ predium requirit᷑
ex parte conſtituentis ſeruituteꝫ & prediũ
etiã ex parte eius cui conſtituit᷑ ut eſt tex.ĩ
.l.i.de ſerui.ru.pre.& inſtitu.de ſerui.§. in
ruſticorum. Tertium eſt repſectu rei in
qua ſeruitus conſtituitur ut ſi ſit talis ĩ qua
ſeruitus conſtitui poſſit quod declara ut di
xi in precedenti.q.princi. Quartum ne
ceſſariuꝫ eſt ut res cui acquiritur ſeu cui ac-
quirere uolumus ſeruitutem ſit habil' ad ac
quirendum alias ſecus ut.s̃.dixi in.i.q.ſerui
tutum ad fi.ꝟ.hic eſt uidendum & habet᷑
ĩ.l.ut pomuꝫ de ſer.&.l.pecoris de ſer.ru.p̃.
&.l.ii.&.l. uenditor in prin.ff.communia
predi. Quintum ꝙ ſeruitꝰ cõſtituat᷑ in
totum non aũt ꝑ parte ut.l.pro parte.ff.de
ſerui.&.l.ſi quis duas.§.i.cõia predi.licet ad
certam partem fundi pro diuiſo poſſit cõ
ſtitui ut.l.ad certam de ſer.& nõ.glo.in.d.l.
pro parte & ibi per doct. Sextum quod
ſeruitus pure conſtituatur.Nam ipſo iure
neque ad tempus neque ex tempore neqꝫ
ſub cõditione neqꝫ ad certam conditioneꝫ
ↄſtitui põt tex.ē in.l.ſeruitutes ipſo iure q̃
ẽ.l.iiii.de ſerui.de quo dic ut ibi per glo.&
doc.& dicaꝫ infra in.viii.q.principali qũo
& qualiter acquirat᷑ ſeruitus. Septimuꝫ
ẽ reſpectu loci ut locus medius impediens
ſeruitutẽ nõ interueniat ſicut ſi eſſet ſacer.
uel religioſus ut.l.ſeruitutes.§.fi. de ſer. &
ẽt aliquis aliquando ut.l.qui ſellam.§.fi. de
ſerui.ur.pre.de quo plenius dicam in ꝓxi-
ma.q.que impediãt ſeruitutẽ conſtituẽdaꝫ.

Octauo ut conſtituatur per uerba iuris
hoc eſt ſonantia in ius.utputa concedo tibi
ius eundi per fundũ meũ.nõ aũt per ꝟba

ſonantia in factum ut puta concedo tibi irē
& agere per fundum meuꝫ quia tunc eſſet
potius ius pſonale ut.l.apud iul.§.ſi qs ali
cui del.i.& dixi plene.s.in diffinitione ſer
uitutis realis & predial.& in illa.q.quomō
cognoſcatur qn̄ ſunt ſeruitutes reales & p̄
diales. Nonum ꝙ ius inſit in predio do
minante actiue.& in predio ſeruiente paſ
ſiue ita ꝙ non inſit pſone ſed rei ut ibideꝫ
ben̄ dixi. Decimum ꝙ iſtud ius ſeruitu
tis conſtitutio reſpiciat & concernat utili
tatē p̄dii dn̄antis.alias ſeruitus nō eſſet tex.
eſt in.l.quotiens la.i.in prin.de ſerui.& di
xi i dicta diffinitione. Vndecimum ꝙ al
terius predii ſeu libertatem diminuat ut.l.
ſtipulatio iſta.§.ſi quis forte de ꝟ.ob.dcm
eſt in dicta diffinitione. Duodecimum
& ultimū ꝙ iteruenīat ꝟba ſolennia ad cō
ſtituendum puta p ſtipulationem l i teſtō
uel codicillis uel in cōtractu uel i donatiōe
& ſy.ut eſt tex.iſti.de ſerui.§.fi.& ibi nō. &
de hoc dicam plene in.viii.q.prin. Ad
hoc aūt ut quaſi poſſeſſio ſeruitutis acquira
tur.duo principal'r acquiruntur. Primum
uſus utentis ſeruitute. Alteꝝ pacientia alte
rius rem poſſidentis que ſeruitutem debꝫ
ut.l.i.§.fi.de ſerui.ru.pre.que pacientia nō
dicitur niſi ſciat eum uti quaſi intendenteꝫ
acquirere ſeruitutem.ff.ſi ſer ui.uen.l.ꝙ ſi
forte.§.i.ſecundum Inno.qui nō.dicit in.c.
bone el.ii.in glo.& in fi.extra de poſtu. p̄
la.& ibi per doc.& idem nō.archi.in.c.non
eſt de conſue.li.vi. & uide de hac materia
plene per eundem Inno.in.d.c.bone i glo.
cum queritur & in.c.cum dilectus i glo re
cupande extra de cap.mona.& i.l.i litteris
de reſti.ſpo.& pleniſſime p bal.in.l.ii.C. de
ſer.& p'e flo.in.d.l.ſeruitutes la grande de
ſerui.ubi ponunt & examinant quomō &
qualiter acquiratur quaſi poſſeſſio i iuribuſ
icorporalibus ubi uidere poteris p te.

Rubrica. Que impediunt ſeruitutem con
ſtituendam. C. XVIII.

s Eptimo neceſſarius eſt itelligē
re que impediant cōſtituēdā ſ̄
uitutem. Et dicas ꝙ locus medi
us aliquando īpedit.puta ſi eſt
ſacer uel religioſus ut eſt tex.in.l.ſeruitutes
in fi.de ſerui. & eſt tex.in.l.ſi prius.§.ſed lo
co ſacro de aqua plu.ar.& nō.glo. in.c.i.
ee obſer.ieiunii.& ibi per canoniſtas & di
xi i precedenti.q.principali.Idem eſt ſi lo
cus publicus eſt medius ſi per id qđ debet
i medio fieri impedit publici loci libertas
uel publicus uſus ut ſi uelleꝫ de domo mea
i domū tuam imittere trabem cooperiēdo
uiam publicā uel apponere pōticellꝫ uel
ſi uelim de fundo tuo ad meuꝫ deducere a
quā faciendo in uia publica riuū his caſib9
ille locus publicus medius impedit ſeruitu
tem conſtitui niſi principaliter.l.pmitten
te ut ē tex.in.d.l.ſi prius.§.fi. cū.l.ſe.& nō.
bar.in.d.l.fi.uel niſi pmittente ſenatu.ut.l.
ii.in prin.ne quid in loco publico & dixi.s.
in.iii.q.prin.ꝟ.Item imperator uel niſi h9
mihi liceret ex.l.municipali uel a magiſtra
tu cui hoc competeret ex forma ſtatuti ut.l.
phibere.§.plane ꝙ ui aut clam & nō.flo.in
l.qui ſella.§.fi.de ſerui.ru.pre.Item ēt alius
locus priuatus impedit ſeruituteꝫ quando
ille locus eſt extranei & in eo eſt aliquid fa
ciendum quouſqꝫ ēt i illo ſeruitus acquira
tur ut.l.in tradendis.§.iterpoſitis cōia pre.
&.l.loci corpus.§.fi.ſi ſerui uen. Ceterum ſi
medius locus ſit conſtituentis ſeruituteꝫ l
ēt extranei ſit i illo nō eſt aliqd faciendū p
pterquod ſeruit9 impediat tunc locus ille
medius nō impedit ſeruitutē cōſtitui ut.d.
§.iterpoſitis.& iō ſeruitus eſſe pōt in urba
nis prediis ēt iterpoſito medio predio ſui
tutē non debente quia ſi habeo ius ſeruitu
tis altius nō tollendi remotioris dom9 utili
tas erit donec prediuꝫ medium meū extol
lat ut ē tex.in.l.& iō.ſi ſerui.uen.& eodem
modo ꝙ dictum eſt de loco ſacro religioſo
& publico medio īpediente ſeruitutem cō
ſtitui intellige qn̄ in loco medio requirit
ꝙ aliquid fiat al's non impediretur ut.d.§.
interpoſitis ſecundum flo.in.d.l.qui ſella.§.
fi. Et ideo non uidetur eſſe differētia inter
ſuitutes ruſticas & urbanas.licet tex.in.l.q
ſella.§.fi.tacite uideatur differentiā facere
& Azo in ſumma.C.de ſer.§. porro quod
dictum eſt.ſed re uera non eſt differentia
Sed ſolum in hoc cōſiſtit differētia an pre
diū mediū impediat utilitatē uenire đ uno
predio ad aliud quod cōtingit duobus con
currentibus primū ꝙ p̄diū mediū nō ſit cō
ſtituētis ſuitutē. ſecūdū ꝙ ad uſum ſeruitu
tis aliquid ſit in eo faciendum uel exercen
dum quod fieri pōt iuito dn̄o ut.l.iuitū cuꝫ
l.pre.in fi.de ſerui.ur.pre & tunc īpedit cō
ſtitui ſeruitutem. Sed ſi nil erat faciendum
uel ſi erat predium iter mediū tamen erat

eiuſdem domini predii dñantis & etiaȝ qa pōt facere i illo predio medio quicqd uult nō impedit ſeruitutem ꝯſtitui quia non impedit utilitatem puenire ut eſt tex.i.l.ſi cuȝ ſeruitus.ff.quemadmo. ſerui amit.& in.l.ſi edes mee & i.l.nemo.n.de ſeruitu.ur.pre.& in.l.ſi mihi.§.pe.&.l.tria predia de ſer.ur.p̄. Et de iſta materia an locus medius impediat ſeruitutes uide per bar.in.l.ſi prius.§.fi. de aqua plu.ar.& per flo.in.d.l. qui ſella.§. fi.de ſerui.ur.pre.& per pa.de ca.in.l. in tradendis.§.interpoſitis communia pre.& p doc.in.§.eque inſti.de acti.& per canoniſ.i .c.i.de obſerua.ieiunii.Iteȝ impedit ſeruitutem cōſtituendam qñ aliqua eorũ que ſunt neceſſaria ad ipſam deficiunt ut dictum eſt in.q.prece.ubi uideas.Item qñ id ex forma municipalis ſtatuti eſſet ꝓhibitum ꝑ hoc uide tex.cũ gl.& ꝙ ibi nō.in.l.q luminibus de ſer.ur.pre.

Ru.qũo & qualiter & quãdo conſtituatur & acquiratur & retineatur ſeruitus & que ſeruitutes dicãtur habere cauſam perpetuã ſeu cōtinuam quaſi cōtinuã ſeu quaſi ꝑpetuam & que cauſam diſcōtinuam & quanto tempore huiuſmodi ſeruitutes preſcribuntur. Cap. .XIX.

Ctauo principaeiter expedit examinare qũo & qualiter & qñ conſtituatur & acquiratur & retineatur ſeruit⁹ & dic ꝙ cōſtituitur pactionibus ſtipulationibus & teſtamentis & contractibus tex.eſt cũ glo.in ſti.de ſeruitu.§.pe.& fi.& dixi s͠. i.yi.q. pri. ꝯ.xii.& eſt tex.in.l.in teſtō al's incipi pōt cōia pre.&.l.binas edes de ſer ur.pre. cum ſy.& uoluntate partium conſtituitur ſeruitus ab inuitis & inuitus dicitur ille qui nō conſentit expreſſe etiam ſi non contradicat ut.l. inuitum de ſerui.ur.pre. Ideoqȝ licet uadam per predium tuum uel aliqua ꝓiciã in tuo te ſciente & non contradicente non ſtati eſt ſeruitus niſi preſcribam ut.l.iii in fi.eo.ti.de qua preſcriptione ſtatim dicam ſicut econtra in amittendis ſuitutibus dicitur .nã licet altius tollas me ſciente non tñ ſtati domus tua ē libera ut.l.hec aũt iura. de ſer.ur.pre.& nō glo.i.d.iuitum.Item conſtituitur & acquiritur ſeruitus p conſuetudinem ut.l.i.§.pe.& fi.& ibi per glo.& doct. de aqua plu.ar.Itē acquiritur per ꝑſcriptionem ut habet per glo.ordi.& mag.in hac materia in.l.ſeruitutes.la grande.ff.de ſer. & ibi per omnes doc.& per azo.in ſumma. C.de ſerui.§.item cōſtituit ſeruitus per cōſuetudinem & habet p glo.& doc.in.l.ii.C de ſerui.& aqua per dy.i.c.poſſeſſor malefidei & in.c.ſe.de re.iur.in.vi.& per bar.in .l.i.§.deniqȝ de aqua plu.ar.& per doct.l.§. eque inſti.de acti. Circa quod primo eſt ſciendum ꝙ ſeruitutes quedaȝ dicuntur habere cauſam perpetuam ſeu continuaȝ quedam quaſi ꝑpetuam ſeu quaſi continuam q̄dam diſcontinua ut nō.per gl.& doc. in.d. .l.ſeruitutes & habetur i.l.foram̃.de ſer.ur. pre.& in.d.l.ii.C.de ſerui.& aqua & dic ꝙ illa ſeruitus dicitur habere cauſam ꝯtinuaȝ & perpetuã que ſemper eſt in uſu actualit & potentialiter ut ſeruitus aqueductus & ſeruitus altius nō tollendi & ſimiles quaſi cōtinuã ſeu quaſi ꝑpetuam cauſaȝ dicit illa ſeruitus habere que perpetuo ſeu continuo potentialit ſed nō actualiter eſt in uſu ut ē ſeruitus ſtillicidii ul' ductus aque ex celo cadentis ut in.d.l.foram̃ de ſer.ur.pre.& eſt ratio quia in iſtis nō requirit ſemper factũ hominis ad uſum ſeruitutis licet requirat aliquando a principio ad ipſam conſtituẽdam ut in aqueductu quia poſtq̄ aqua eſt deriuata per riuum uel canale facto nature continuatur.et per ſe ipam ſemper fluit et iſeruitute tigni iuncti uel oneris ferendi. Nam poſtq̄ ſemel eſt imiſſum per ſe ipm ꝯtinuatum.Itē i quaſi per petua ſeu q̄ſi continua ratio eſt quia licet in illa non exerceat ſemper tamen ē apta ſemper exerceri ſine facto hominis ut in ſeruitute ſtillicidii quē ē reſpectu aque ex celo candentis quia non ſemper pluit ſed cũ pluit per ſe ipam cadit et ſtillicidium ē ſemper aptum recipere aquã ſine facto hominis poſtq̄ ſtillicidium factam ē. Diſcontinuã uero cauſaȝ illa ſeruitus habere dicirur q̄ non ē ſemper in uſu actualiter nec potentialiter ſed neceſſario requirit interpoſitionē quia in ſui uſu requirit factum hominis quod non pōt ēē continuum ut ſeruitus itineris uie & ſi.Nã homo non pōt ſemper ire uel ducere currum aut plauſtrum.l.ſeruitutes la grande in prin.de ſerui..Et iſtud quod dixi de cauſa diſcontinua ꝓcedet in ſeruitutibus realibus que re rei debēt quia i iſtis ipa res dicitur tales ſuitutes quaſi poſſiderī mediãte facto hois nō aũt facto ſuo.Et iō cũ in iſtis

realibus ubicūq; factum hominis requirit᷑ ad uſum & illud non poſſit ſemper eſſe cōtinuum ſequit᷑ illa res tales ſeruitutes non cōtinūe poſſidet.& ꝓpterea dicunt᷑ habere cauſam diſcontinuam.ſed ſecus eſt ī ſeruitutibus uel perſonalibus iuribus que debent᷑ a re perſone ut eſt uſufructus uſus iuriſdictio.& ſy.Nam in iſtis.licet factum hominis requirat᷑ nō ſolum ab initio ſꝫ etiā ex poſt facto nō tamen dicunt᷑ habere cauſaꝫ diſcōtinuā quia poſſunt animo poſſideri ex quo perſone debent᷑ que habēt animum licꝫ actus ſunt diſcontinui ut eleganter nō.bar. in .l.iuſto.§.nō mutat de uſucap.& ibi omnīo uideas & nō.per cy.in.l.ii.ī n.vi.q.C.de ſer.& aqua quod nō.pro huiuſmodi materie fūdamento.His itaq; premiſſis dicas ſi eſt ſeruitus que habeat perpetuam cauſam ſeu cōtīnuam.Ex his duobus caſibus regularit᷑ p̄ſcribitur longo tempore uidelicet.x.annis īnter preſentes &.xx.inter abſentes exemplo rerum immobilium ut eſt tex.in.l.fi.C de preſcrip.lon.tp̄ris & ī.l.ii.C.de ſer.& ibi hoc no.per glo.& doc.& idem nō.glo.ord.ī .d.l.ſeruitutes & ibi per omnēs doc.& per azo.in ſumma.C.de ſerui.§.Item conſtituitur & in.l.i.in.v.q.eo.ti.per cy.C.de ſer.& aqua & in.l.ii.in.v.q.eo.ti.Sed ſi eſt ſeruitꝰ habens cauſam diſcontinuam & tunc regulariter nō preſcribit᷑ ut eſt tex.in.d.l.ſeruitutes in prin.& ibi per doct. in.d.v.& vi.q. Sed illa r̄gula fallit in multis caſibus primo quando quis fuiſſet uſus iure ſeruitutis tāto tempore cuius contrarium memoria non exiſtit.l.hoc iure.§.ductus aque de aquā co.& eſti.ſecundum unum intellectum.ſ.qd' ibi,loquatur de huius ſeruitute & ar.l.i.§.fi.& .l.ii.§.antepe.de aqua plu.ar.& nō.glo.mag.n.dicta.l.ſeruitutes de ſer.& ibi per omnes doct.&.nō.glo.in.d.l.ii.& ibi ꝑ doc..C.de ſer.Et pro hoc adduco tex.in.c.ſuper quibuſdam.§.preterea extra de.℣.ſig.ubi habetur ꝙ tempus unius non extat memoria in contrarium habet uim priuilegii & eſt tex.in.c.i.in fi.de pieſcrip.li.vi.ubi dicitur ꝙ dictum tempus habet uim ti.

Quando autem dicitur eſſe tantum tempus cuius non extet memoria in contrariū & qūo probetur uide plenius per Inno.in .c.qd ꝑ nouale & in.c.ueniēs & ibi ꝑ canoniſtas de ℣.ſig.& per cy.in.l.ii.i.ix.q.C.de ſerui.& aqua & per Bar.in.l.i.§.labeo de aqua plu.ar.& per glo.& doc.in.l.arbiter de proba.& per flo.in.d.l.ſeruitutes in ult.carta circa prin.& adde ꝙ cy.tenuit.in.d.l..ii.in.ix.q.ꝙ centum dicantur eſſe ſpacium tanti temporis de quo non extet memoria Idem tenuit anto.de but.in.c.ueniens ī prīci.ultime colum.extra de reſti.& Inno.etiā ibi circa fi.ii.colum.in ℣.idem.Iteꝫ dicunt quidam quod ſi conſtet & ſentit.Spe.ī ti.de ꝓba.in.ii.parte ſpe.§.i.℣.qd ſi teſtes ad fi.illius ℣.& idem tenet bal.in.d.l.ii.ad fi.ii.colum.C.de ſerui.& Car.zabarellus ī.c.ſi diligenti in fi.extra de preſcrip.& nō.ꝑ doc.in iuribus preallegatis.Et qūo ꝓbetur poſſeſſio cētum annoꝝ uide per bal.ī aūt.quas actiones in ultima colum.in prin.C.de ſac.ſan.eccle.& uide glo.& quod ibi nō.ī c.cum uobis extra de preſcrip. Secundꝰ caſus eſt ī quo fallit quando utens allegaret ſeu habuiſſet titulum conceſſionis ab ip̄o domino & ſic ex aliquo titulo precedēti dicat ſibi a dn̄o fuiſſe ſeruitutem conſtitutam nec id poſſit probare per teſtes uel inſtrumenta & in adminiculum ſue ītentionis inducat cōiecturam quia uſus eſt ſeruitute p̄dti dn̄o ſciēte & nō cōtradicēte per .x.ul'.xx.an.s.per.x.inter p̄ntes &.xx.inter abſentes quia p̄ſumitur ſeruitus cōſtituta ex cā que pretenditur p̄ceſſiſſe ar.l.i.in fi.d̄ aqua plu.ar.&.l.cū de in rē ℣ſo.ff.de uſur.ita ſingulariter dixit glo.in.l.ſeruitutes la grande in glo.mag.in fi.de ſerui.& glo.ī.l..i.§.fi.in ℣.q̄diu de aqua plu.ar.Et idem ad litteram dicit azo in ſumma .C.de ſerui.§.item conſtituuntur ſeruitutes per conſuetudinem & idem nō.Inno.i.c.ſi diligēti extra de preſcrip.& Io.an.& doct.in.c.peruenit de cen.& idem tenet bar.& flo.ī dicta.l.ſeruitutes & .d.Ang.de aretio inſti.de act..§.eque.Et iſtam opi.tenent cōiter docto.tam legiſte q̄ canoniſte ut dicit pau.de ca.in.d.l.ſeruitutes.Sed Pe.de bellaper.cy.& Iac.bu.& Ray.de for.in.l.ſi certis annis.C.de pactis & Ang.ibi in ſua repetitione tenent cōtrariū dicētes ꝙ lex cuꝫ de inrēuerſo loquit᷑ in faciente hoc eſt in ſoluente ꝑ .x.uel.xx.annos cōtra quē facilius p̄ſumit᷑ cum ei non ſit tātum īputandum.Et ꝓ iſta diſtinctione bene facit quod nō.Inno.in.c.olim el.iii.ad fi.de reſti.ſpo.Item ꝓ hac parte ego adduco hanc rationem.Nam ſi opy.glo.& doc.eſſet uera lex que dicit ꝙ requiratur tantum tempus cuius non extet memoria in contrarium eſſet impoſita potius

ꝶbis q̄ rebus contra.l.ii.C.cõia đ le.&.l.fi.
C.de uſu.&.c.cõmiſſa.§.porro de elec.in.vi.
Nam quilibet qui fuiſſet in quaſi poſſeſſio
ne per.x.uel.xx.annos ſemper allegaret ti
tulum a domino & ſic nunquã haberet lo
cũ dicta lex q̄ requirit tantũ temp⁹ ꝙ ñ ex
tat memoria ĩ cõtrariũ Bar.aũt in.d.l.ſerui
tutes conatur ſaluare glo.& dictã opi.ɔmu
nem & reſpondet contrariis dicens ꝙ in
his que ſunt magni preiudicii ꝓcedit opy.
Pe.& alioꝝ ſequẽtium ꝙ nõ habeat locum
ex cũ de inreũerſo.ſicut eſt in acquiſitione
dñi uel partis eius.Nam ſi poſſiderem reꝫ
tuam tanq̃ meam per longum tempus te
ſciente & patiente uel etiam uſumfructum
eius qui eſt pars dominii ut.l.iiii.de uſufru
ctu.Et poſtea dicerem te mihi eam uendi-
diſſe uel conceſſiſſe non ꝓbaretur per hoc
uenditio uel conceſſio facit.l.libertis.§.i.de
ali.& cy.le.&.l.nullo.C.de rei.uen.Sed ĩ his
que ſunt parui preiudicii.ſicut ſunt ſeruitu
tes prediales.per quas non acquiritur do-
minum nec pars eius & tũc procedit opy.
glo.& pro hoc allegat.l.ſi filius.C.đ peti.he
re.&.l.qui aliena.§.i.de acquir. heredi.&.l.
quãtuberonis.§.ſunt quedam.ff.đ peculio.
Item pro hoc allegat glo.ſimilem nota.in.l.
penul.C.cõi.diui.ubi contra patientem pre
ſumitur titulus diuiſionis qui eſt parui pre
iudicii ut ibi nõ.ad inconueniens quod di-
xi uidelicet ꝙ lex uideatur poſita uerbis &
nõ rebus nõ reſpõdet ſed põt dici ſecundũ
pau.de ca.in.d.l.ſeruitutes ꝙ illud tempus
cuius memoria nõ extat incontrarium req
ratur quãdo aduerſarius ignorat.Si autem
ſcit & patiẽ & tunc ſufficiat longum tẽp⁹
cũ allegatione tituli & iſto mõ põt ſaluari
cõis opy.Poſſet etiam aliter reſpõderi quia
licet ſufficiat allegare titulum cũ quaſi poſ
ſeſſione lõgi temporis & eſſet preſumptio
iuris & de iure.tamen contra eam admitte
retur probatio in cõtrarium p partis con-
feſſionem glo.eſt nõ.in auten.de qualitate
dot.§.illud in uerbo ſcribat coll.vii.& eſt
alia ſimilis in.l.in contractibus ĩ prin.ꝶ.
nulli.C.de nõ nu.pe.& nõ.doct.i aũt.ſed iã
neceſſe de dona.ante nup.& canoniſte i.c.
is qui fideꝫ đ ſponſa.Et ideo poſſet fieri po
ſitio alleganti titulum quod non habuit ti
tulum ſed ſi confiteretur allegatio tituli ſi
bi non ꝓdeſſet.ideo nõ cedo ꝙ ſit pſũptõ
iuris & de iure ſed iuris tm̃ ideo poſſet ꝓ-
bari ɔtrarium per alias ꝓbatiões iuxta nõ.i

.c.bone memorie magũtini de elec.& in.l.
actor.C.de ꝓba.& per hoc patet ꝙ lex que
requirit tãtum tempus cuius nõ extet me-
moria nõ erit impoſita uerbis quando con
fitereẽ aduerſarius uel probaretur titulum
non preceſiſſe uel quando aduerſari⁹ igno-
raſſet allegantem titulum poſſediſſe.Tene-
as itaqꝫ opy.glo.que eſt cõis & eam ſemper
obſeruari in practica uidi & eandem prac-
ticam uidi obſeruari quando quis nõ ſoluit
decimã per tãtum tempus ꝙ non extet me
moria i contrarium.Sed iſtud nõ examino
& ad eius ꝓbationem inducit poſſeſſionem
ul' quaſi tanti temporis ꝙ non extet memo
ria in cõtrariuꝫ. Sed ideꝫ hoc de decima ẽ
magis dubium quia tractatur de magno p̄-
iudicio ſed in hoc plus eſt quã in preceden
ti caſu quia allegaẽ nõ tempus longum ſed
tempus quod non extat memoria ĩ cõtrari
um. Sed iſtud non examino quia eſt lon
ga materia de qua uide in.c.i.de preſcrip.
li.vi.& in.c.ſuper quibuſdam.§.preterea đ
ꝶ.ſig.Sit ergo cautus ille qui ẽ uſus aliquo
ſeruitutis iure diſcontinue ut ſemper alle-
get titulum aliquem habilem ad conſtituẽ
dam ſeruitutem ſibi & ꝓbet ſenſum fuiſſe
illo iure ſeruitutis per.x.annos inter preſẽ
tes &.xx.inter abſentes ſciente aduerſario
& paciente & obtinebit & ſit ẽt cautus in
hͦ ut alleget ſe titulũ habere ab aduerſario
qui poſſit ſeruitutem ĩponere reꝝ nec alle
get ſe titulum habere a quodam tertio quia
hoc non ſufficeret ſcientia enim & patien-
tia nõ domini nõ faciet reſultare p̄ſumptõ
nem in facto alieno ſed in facto ꝓprio ſic
ſecundũ pau.de ca.in.l.ſeruitutes de ſerui.
qui hoc declarat & bene.Et contra ſit caut⁹
etiam aduerſarius ut querat ꝓpoſitiones ꝑ
aliter habere cõfeſſionẽ ab altera parte .s.
quod nullum titulum habeat ab ip̃o ul' ab
alio qui ſeruitutem imponere potuerit ul'
ſi non põt habere cõfeſſionem querat pro
bare cõtrarium cohartando dcm̃ tituluꝫ ad
certum locum & tempus iuxta nõ.i.l.actor
.C.de ꝓba.& in.d.c.bone de elec.ubi habe-
tur quomõ probetur negatiua qa ſi allegãs
titulũ cõfiteretur ſe nõ habere ul' ẽt ꝓbare
tur illa allegatio tituli ſibi no prodeſſet.Et
hoc tenementi ꝑpetuo quia ſunt utilia & ñ
ita bene declarata alibi reperies. Terti⁹
caſus in quo fallit dicta regula eſt quando
quis probaret ſe habere uerꝫ titulum a ter-
tio nã tũc fuit⁹ & ſi haberet cãꝫ diſcõtinuã

acquireretur longo tempore uidelicet.x.annis inter pñtes &.xx.iter abſentes per tex. in.l.fi.in fi.de preſcrip.lon.temp.& per.l.ſi ego.§.i.ibi ita ruſticorum de publi.quod ē ſingulare ſecundum pau.de ca.in.d.l.ſeruitutes d' ſerui.Debet ergo illa regula itelligi quando quis non habebat uerum titulum a tertio.Et ꝙ dixi ueꝝ titulum debeꝛ probari quia non ſufficeret ipſum tantum allegare uſus enim longi temporis nō poſſet opari duo ſpecialia ſcilicet ꝙ faceret preſumi titulum ab extraneo & ultra hoc qd' ſufficiat longum tempus cũ tali titulo allegato ubi alias requireretur tantum cuius nō eſſꝫ memoria in contrariuꝫ per nō.in.l.i.C.de dot.ꝓmiſ.cum ſy.quia nō accidit i titulo allͣto domino aduerſario ſeu ab illo qui ſeruitutē imponere potuit quia uſus longi temporis etiā hoc caſu inducit unuꝫ ſpeciale tantum ſcilicet probationeꝫ tituli qua facta ſufficit ne aliud tempus requiratur quaſi poſſeſſionis ad ꝓ̄ſcribenduꝫ ex qua ꝓ̄ſumptione iuris ꝓbatus eſt titulus eius qui ſeruitutē imponere poſſet & imediate conſtituere ar.l.ſequitur.§.lana.de uſuca. Quartus caſus & ultimus eſt in quo fallit dicta regula ſecundum Pa.de caſt.in.d.l.ſeruitutes in fi.ſ.in ſeruitutibus perſonalibus que debentur a re perſone ut uſuſfructus uſus iuriſdictio & ſi quia licet ad eoꝝ uſum requiratur factũ hois tamen nō dicuntur habere cāꝫ diſcōtinuam quia animo poſſideri poſſunt qui cōtinuus eſt licet actus homis ſint diſcontinui ideo longo tempore ꝓ̄ſcribuntur cum titulo tñ ꝯo qa habet ſimilitudinē cũ dñio quod longo tempore nō ꝓ̄ſcribitur ſine titulo ē caſus in.l.fi.circa fi.C.de preſcrip.lon.tem.&.l.ſi ego.§.fi.de pub.& nō.in.l.iuſto.§.non mutat.ff.de uſucap.& intellige de titulo habito a non dño.nō aũt a domino qa tunc non eſſꝫ opus preſcriptione ut.l.clauibus de contrahen.emp.iuncta.d.l.ſequitur.§.lana.de uſucap.ſine titulo uere preſcriberet longiſſimo tempore ut nō.Cy.in.l.ii.in.vi.q.C.de ſerui.Sed predicta regula procedit.in ſeruitutibus realibus & predialibns que a re rei debentur que res dicuntur poſſideri quando habent cauſam continuaꝫ ut.l.qui fundum.ff.queādmo.ſerui.amit.ſed ille habens cām diſcontinuam non pōt dici ꝙ cōtinue poſſideat nec per actum homis qa ille nō ē nec pōt eſſe cōtinuus.Nec p aiũ cum res animũ nō habeat ut dixi.ſ.in illa.q.quando dicatur ſeruitus haberē cauſam diſcontinuā.Iſta autem non ē ꝓprie fallencia a dicta regula que de ſeruitute habente cāꝫ diſcōtinuā.qm̄ ſeruitutes perſonales dicuntur habere cāꝫ.cōtinuā & perpetuaꝫ ut dixi & licet uideatur ꝙ poſſit dici fallencia reſpectu actus hominis qui requiritur i ſeruitute pſonali.& tamen ꝓ̄ſcribitur longo tempore quod nō ē i ſeruitute reali que factum hois requirit & eſt diſcōtinua quia lōgum tempus nō ſufficit.tamen dico ꝙ etiā hoc cāu non eſt proprie fallencia quia in iſta ſeruitute perſonali requiritur titulꝰ a non dño ut dixi qd' ſi interueniſſet i ſeruitute reali hebēte cām diſcōtinuā ideꝫ eſſet quia etiā longo tempore preſcriberetˀ ut dixi i tertio cāu precedenti & ſic in effectu q̄tũ ad tp̄us ꝓ̄ſcribēdi nō uidetur eſſe differētia inter ſuitutē pſonalē habētē cāꝫ diſcontinuā & ſeruitutē pſonalē hn̄tē cāꝫ cōtinuaꝫ qa i utraqꝫ.ſufficit titulus a non dño cuꝫ poſſeſſione uel quaſi longi tp̄ris.Sed ubi ñ interueniſſet titulus bene eſſet differentia quia in ſeruitute reali regulariter non preſcribitur niſi per tm̄ tp̄us ꝙ non extat memoria in cōtrariũ ſed in ſeruitute perſoāli ſufficerent.xxx.anni quod eſt longiſſimuꝫ tempus ut nō.Cy.in.l.ii.in.vi.q.C.de ſeruitutibus.& aqua.& ſupra dixi que omnia bene nota.

Ru. Quot ſint neceſſaria ad inducendam preſcriptionem in ſeruitutibus habētibus cām continuā uel quaſi an requiraˀ titulus & bona fides & an de iure iter ius canoīcũ & ciuile ſit differentia i preſcriptionibꝰ & an ſeruitus poſſit couſtitui ſub conditione & dupli condicione uꝫ extincta & inceptiua. C. .XX.

d Ictum eſt ſupra ꝙ ſeruitus habens cām perpetuam uel continuā uel quaſi preſcribiˀ longo tempore.Sed quot ſunt neceſſaria ad dictam preſcriptioneꝫ dic plura. Primũ ꝙ uolens preſcribere fuerit uſus iuꝛ ſeruitutis.ſ.eo animo ut poſſit uti iure ſuo etiā aduerſario inuito non iure amicitie uel familiaritatis quia tunc nunq̄ preſcriberet.l.fi.& ibi nō.quemadmo.ſerui.amit.&.l.qui iure familiaritatis d' acqui.poſ.Et ideo ſi trāſiuit quis per fundum tuum longo tempoꝛ per aliquā uiam ibi exiſtentē quā publicaꝫ

eſſe crẽdebat & cuilibet licere per cãꝫ tran-
ſire non aequirit ſeruitutem eundi et ſi tan
to tempore iuiſſꝫ cui in cõtrariũ memoria
nõ exiſtit nec acquirit iterdictũ ẽ de itiner
actuqꝫ priua.ip̃a ſeruitute habẽda ut elegã
ter nõ.pa.de caſt.in.d.l.fi. Qualiter autem
ꝓbet ꝙ quis fuerit uſus iure ſuo ſeu iure ſ-
uitutis plene habetur per glo.bar.& doct.
in.l.i.§.ii.de iti.actuqꝫ priua.& per inno.&
docto.in.c.bone.el.ii.de poſtu. prela.& de
cauſa poſ.proprie.c.cum eccl.in ℣.affuiſſe
& per bar.& doc.in.d.l.qui iure familiari-
tatis & per flo.& doc.i.l.ſeruitutes đ ſerui.
&c. Secundum quod requiritur eſt bõa
fides quia credebat ſibi ſeruitutem compe-
tere ut nõ.glo.in.d.l.fi.& in.l.ii.C.de ſerui.
quod uerum eſt ſi uult preſcribere longo
tempore ſecus ſi longiſſimo puta.xxx. uel
.xl.annorum quia de iure ·ffoꝝ.&.C etiam
ſine bona fide poterat preſcribi ſicut domi
nium per.l.ſicut đ preſcrip.xxx. annorum
& nõ.cy.ſecundum pe.in.l.ii.in.vi.q.C. de
ſer.hodie uero.de iure cano.nullo modo po
teſt ut in.c.fi.extra de preſcri.& in.c.poſſeſ
ſor malefidei.li.vi.Sed aduertendũ q̃a ubi
conſtat uere de malafide procedunt p̃dicta
Sed ubi eſſꝫ preſumpta mala fides tunc pꝰ
.xxx.ãnos talis preſumptio malefidei non
poteſt allegari caſus eſt nõ.& ibi hoc nota.
bar.qui ita debent intelligi in.l.fi.in fi.C.
unde ui.& idem nõ.anto.de bu.in.c.ſepe in
.v.columb.℣.Item hoc ℣m extra de reſti.
ſpo. Nunquid autem in dubio bona fi-
des preſumatur uidetur ꝙ ſic per.l. pe. C.
de euic.& per.l.ſi fundũ.C.de rei. uen. Di-
cas in hoc ꝙ ſi quis poſſedit cum titulo re-
gulariter preſumitur bona fides niſi proba
retur contrarium quod fallit quando titu-
lus eſſet improbatus a lege quia tunc ſem-
per preſumitur mala fides tex. eſt nõ. in.l.
quẽadmo.℣.mala fide.C.de agri.& cẽſi. &
ibi nõ.bar.quem oio uide. Item fallit qñ
fuiſſet ei denuntiatum ne emeret ut.d.l.ſi
fundum.C.de rei uen. Item fallit ſi corã
aliquibus dixiſſet ſe ſciuiſſe eſſe rem alienã
Item ſi de hoc erat fama in uicinia & ip
ſe erat uicinus ut nõ.bar.in.l.celſus in pe-
nul.colum.de uſucap. Item ſi procura-
uit habere titulum ut nõ.ſingulariter bal.
ſecundum odo.in.l.quõt.C. de rei uen. ſed
ſi quis poſſideat uel quaſi ſine titulo tunc
regulariter preſumitur mala fides ut nõ.
in.l.fi.C. unde ui. Item ſi quis ſciebat
fundum alienũm eſſe nec habebat aliqueꝫ
titulum conceſſionis ſeruitutis preſumi-
tur mala fides quia ſciebat uel ſcire debe-
bat non poſſe uti illo fundo ſine ſcientia
domini requiritur ergo ꝙ credat ſe habere
ſeruitutem qua utitur licet re uera non ha-
beat.Sed errabat in facto quia forte audi-
uerat a patre ſuo hoc dici.uel erat publica
uox in uicinia. Nam hoc tribueret iuſtaꝫ
cãm credendi & ſic bonam fidem ut.nõ.di-
cit bal.in.d.l.celſus in.ii.columb.& in.l.i.§.
hoc interdicto in.iii.columb.de iti. actuqꝫ
pri.Et Bal.in.l.indicia ℣ſi.ergo quero.C.đ
rei uen. Aduerte tamen quia illa licet
aliquando bona fides p̃ſumaꝛ tamen in caſi
bus in q̃bus requiriꝛ non ſufficit ꝙ preſu-
matur.Sed ipſa debet deduci & allegari ut
eſt caſus ſingularis in.l.ſi adulterium cũ in
ceſtu.§.Idem pollioni de adult.ſecũdũ ang.
in.l.eum qui.§.fi.de publi. & uide ad hoc
bar.in.l.cum quid in ultima columb.i pri.
ſi cer.pe.ubi dicit quod ſuper non allegatis
non cadit preſumptio & idem nõ.bal.in.l.
ſi certis annis in.v.columb.C.de pac.quod
bene nõ.in practica quia uidi multos errarẽ
hoc non perpendentes.Et quod dixi de bo
na fide ĩtellige quod requiritur in ſeruitute
preſcribenda. Sed nunq̃d in libertate p̃
ſcribenda requiratur bonafides uide ꝑ glo.
ordi.in.l.fi.quemadmo.ſerui.amit.& ibi ꝑ
doc.& dic quod in preſcribenda libertate ꝑ
ſonali requiriꝛ bonafides.l.i.C.de preſcri.
lon. temp.que pro libertate comp.Sed in p̃
ſcribẽda libertate diſtingue aut loquimur
de libertate rei urbane & requiritur bona
fides.l.hec autem iura.de ſerui.ur. pre. aut
rei ruſtice & nõ requiritur bonafides.l.pe.
.C.de ſerui.&.rõ diuerſitatis eſt quia p̃ſcri
bẽda libertate requiritur factum & uſus p̃
ſcribentis & ideo non mirum ſi eius bona
fides requiritur ſꝫ i realibꝰ nõ req̃ritur ali
quod factũ hominis preſcribẽtis ſꝫ ſola ne
gligentia ex parte amittentis ideo nõ cõſiđ
ratur i amittẽdo bonafides aduerſarii ut nõ
in.d.l.fi.& in dic.l.ii.C.de ſerui.&.dicã ĩfra
plenius in.x.& ultima.q.principali.Tertiũ
ꝙ requiritur in iſta preſcriptione eſt ꝙ q̃s
fuerit uſus longo tempore uꝫ.x.annis inter
preſentes &.xx.inter abſentes ut nõt. in.l.
ſeruitutes.ff.de ſerui.& in.l.ii.C.eo.ti. &.ſ̃.
dixi ꝙ eſt uerum in predio priuati ſed i p̃-
dio eccľie requiritur tempus.xl.annorũ ſic̃
in preſcriptione dominii reꝝ eccleſie ut uo

luit Inno.in.c.dilligenti dė preſcrip.& per
doc.canoniſtas in.c.peruenit de cēſibus &
ſequitur pau.de caſt.in.d.l.ſerui.circa quod
adde quod dicam infra.ꝟ.ſed contra hoc
opponitur. Quartum ꝙ requiritur eſt
ꝙ uſus fuerit ſciente aduerſario.l.ii.C.de ſer-
ui.& ibi per glo.& doc.& etiam eo paciēte
.l.quot.la.ii.de ſerui.& i iſta ſcientia & pa-
cientia conſiſtit quaſi poſſeſſio iurium in-
corporalium Quod limita principaliter
duobus modis primo.ſ.ut ſciētia & pacien
tia aduerſarii requiratur uolendo ꝑſcriberē
longo tempore.ſed ſi longiſſimo.ſ.xxx.uel
.xl.annis ſecus.Nam tunc non requiritur
ſciētia nec paciētia aduerſarii ſicut enī opa
tur titulus ut poſſim preſcribere aduerſa-
rio ignorante uel non paciēte.Ita etiā opa-
tur longiſſimum tempus quādo titulus n̄
īteruenit ut ſingulariter dicit pau.d' caſt.
in.l.ii.C.de ſerui.Secūdo fallit qn̄ ꝑſcribēs
haberet titulum a quodam tertio qui tanq̄
dominus illius fundi conceſſit ei ſeruitutē
illius fundi cum non poſſet.tunc preſcribi
tur etiam ignorante ꝟo domino.ſicut pre
ſcriberet dominus ipius rei.l.fi.C.de pre-
ſcrip.longi temporis & hoc uoluit expreſ
ſe pe.ut refert Cy.in.l.ii.C.de ſerui.dum lo
quitur in ſeruitute formata qua quis habꝫ
titulum & hoc etiam ſequitur pau.da caſt.i
.d.l.ii.& in dic.l.ſeruitutes qui dicit ꝙ de
hoc eſt tex.in.l.ſi ego.§.i.de publi.in alter-
natiua que ponitur ibi dum dicit ꝙ per tra
ditiōnem conſtitui uel per pacientiā.Nam
per traditionem dicitur conſtituta quādo
habet titulum a tertio & non uidetur req-
ri paciētia hominis & dum ſubdit per pa-
cientiā loquitur qn̄ non habebat titulūꝫ q°
cāu bene requiritur & iſta eſt ſingularis li-
mitatio ad illud quod cōmuniter dicī ſolet
ꝙ in iuribus incorporalibus non eſt dare
quaſi poſſeſſionem niſi per ſciētiā & paciē
tiā domini quod cōtingere pōt in multis ut
in paſcuis & aqueductibus & iuriſdictio-
nibus & iure piſcandi đ quibus cotidie ori
untur lites in partibꝫ iſtis & pauci ſunt q
hoc aduertant quia cōiter dicitur ꝙ quis nō
poſſet in his preſcriberē niſi cum ſcientia &
pacientia aduerſarii & hoc debet probare

Sed tu aduerte an habeat titulum uel n̄
quia ſi habet titulum non eſt opus ꝓbarē
ſcientiam uel pacientiam ſecundum pau.
de caſt.in dic.l.ſeruitutes de ſerui.quod
ſingulariter tenementi. Sed nunquid re
quiratur titulus ī iſtis ſeruitutibus preſcri-
bendis dicas breuiter ꝙ non ut eſt caſus in
.l.ſi quis diuturno & ibi glo.& doc.ff.ſi ſer-
ui.uen.& nō.per glo.in.d.l.ſeruitutes & in
dic.l.ii.C.de ſeruitu.& ibi per omnes doct.
Et nō.glo.in.l.i.§.fi.in ꝟ.quamdiu.de aqua
plu.ar.& per bar.in.l.fi.quemad.ſerui.ami.
& idem no.expreſſe Inno.in.c.ſi diligēti d'
preſcrip.& iſtud teneas licet aliqui dixerit
quod requiratur ſaltim allegato tituli & nō
bene iſtud tamen fallit in uſufru.& in pre
diis eccleſie ut ſtatim dicam & intellige de
titulo non ſolū habito a domino predii ſer
uitutis.Nam de illo dubium nō ē ꝙ requi-
ritur ad ꝑſcribendū quia ſi a uero domino
titulus haberetur ſtatim ſeruitus acquiſita
eſſet & non eſſꝫ neceſſaria preſcriptio.l.ſe-
quit̄.§.lana de uſucap.Sed intelligo etiā đ
titulo habito a quodam tertio puta quia ti-
cius tanq̄ dominus ꝑdii tui cum non eſſꝫ cō
ceſſit mihi ſeruitutem in eo.& ego credenſ
ipſum dominum eſſe forte quia poſſidebat
ſui uſus ſeruitute longo tempore te ſciēte
& patiente ratione illius cōceſſionis.Nam
ēt talis titulus nō requirit̄ ad preſcribēdū
talem ſeruitutem realem.& ratio quia i ſer-
uitutibus & iuribus incorporalibus titulus
nō requirit̄.ſed incorporalibus ſic ut ē iſta
quia iſte ſeruitutes reales queruntur rei q̄
ſibi non poteſt de titulo prouidere ſed alia
iura corporalia querunt̄ ꝑſone que ſibi de
titulo prouiderē potuit.& iſta fuit ratio pe.
Item eſt & alia ratio quia in incorporalibꝫ
agit̄ de maiori ꝑiudicio.ſ.de acquiſitione
dominii q̄ incorporalibꝫ quia tunc ſola res
afficit̄ & eius tm̄ cōditio grauat̄ & hec fuit
ratio dy.in.c.ii.de reg.iur.li.vi.quam ſequit̄
Cy.in.l.ii.in.v.q.C.de ſerui.& uidet̄ michi
uerior.& ideo in ꝑſcribenda ſeruitute uſuſ
fructuarius requirit titulum cum uſuſfruc-
tus ſit ꝑs dominii.l.iiii.de uſuf.& ꝑ conſe-
quens in eo preſcribēdo tractet̄ de magno
preiudicio ad ſimilitudinem preſcriptiōis
reꝝ incorporalium.Sed cōtra hoc oppono
& immo uidet̄ ꝙ in ꝑſcribenda ſ'uitute ue
rus titulus requirat̄.nam ille qui ſeruitu-
tem ꝑſcribit habet ꝯ ſe diſpoſitionem iuris
cōmunis quoniam omne ꝑſumit̄ liberꝝ ni
ſi ꝓbet̄ haberē ſeruitutem.l.altius.C.de ſ'ui
tu.ergo uidet̄ quod non ſolum allegatio ſꝫ
etiā tituli ꝓbatio ſit neceſſaria p.c.i.de ꝑſcri
pti.li.vi.Inno.in.c.ſi dilligenti de preſcrip.
ſoluit hoc cōtrariū ꝙ nō dicit̄ cōtra ſe hēre

ius cōmune qui perſcribit ſeruitutem quia ius non ꝓhibet quem habere ſeruitutem i ꝑdio alieno. Sed tunc dicitur habere ius cōe contra ſe puta unus epiſcopus exercet iuriſdictionem i dioceſi alterius epiſcopi dicit pa. de caſt. in. d. l. ſeruitutes ꝙ ñ cōphēdit qd ſit hoc dicere quia uerꝫ eſt ꝙ i predio alieno non ꝓhibetur habere ſeruitutē uolēte & conſenciente dño ſed eo uolente. ſic & eodem modo unus epiſcopus uolente alio epō unde dicit ipe ꝙ. c. i. de ꝑſcrip. in. vi. loquitur de ꝑſcriptionibus currētibus contra eccleſiā uel res eccleſie ſecus cōtra priuatuꝫ Et iō ipe cōcludit ꝙ qui uult ꝑſcribere ſeruitutem i predio eccleſie cū habeat cōtra ſe ius cōe neceſſe eſt ut habeat titulum ſaltim a non dño uel ēt a domino tituluꝫ utilē iuxta ea que habentur in. c. de quarta de ꝑſcriptio. quia ſi eſſet utilis non eſſet neceſſaria ꝑſcriptio. l. ſequit. §. lana de uſu cap. Q. đ nō ꝓ limitatione. l. ſi quis diuturno ſi ſerui. uē. Poteſt ēt dici ꝙ Inno. bene ſoluit qa uolens ſeruituteꝫ ꝑſcribere non habet ius cōmune ꝯtra ſe quia eſt preter ius cōe & tunc diceretur ꝯ ius cōe quando ius cōe expreſſe ꝓhiberet preſcriptionem ut nō i. d c. i. de ꝑſcriptioni in. vi. Quintum quod requiritur ad preſcribendum ſeruitutem qñ eſt negatiua ut ſeruitus altius non tollendi. s. ꝓhibtio uſus ut nō. glo. in. l. qui luminibus de ſ. ur. pre. & in. l. i. C. de ſerui. & gl. iii. in. c. ab bate de ꝟ. ſig. & dy. in. l. ſi prius de no. oper. nū. Et ideo in iſtis ſeruitutibus que cōſiſtūt in prohibendo ut eſt ſeruitus altius nō tollendi non acquiritur quaſi poſſeſſio niſi ꝑ ꝓhibitionem ex parte ꝑtēdentis ſeruitutē & pacientiam aduerſarii. ſed in his q̄ ſunt in faciendo ut aqueductus & ſic non requiritur prohibitio ſed uſus & pacietia aduerſarii quia in his conſiſtit quaſi poſſeſſio & in predictis negatiuis ſeruitutibus ſufficit unus tm̄ actus ꝓhibitionis ad hoc ut q̄ratur iſta quaſi poſſeſſio. puta ne altius tollas uł per fundum uadas ut ſentit glo. i. l. i. C. de ſ. Sed in affirmatiuis ut eundi per fundum uł aquam ducendi dic ꝙ ſi ſunt tales in quib⁹ poſſunt eſſe uſus per modum facultatis & familliaritatis ut itineris quia permiſſum eſt ire per fundum tuum donec prohiberis ut. l. dyuus de ſer. ur. pre. & tunc requiritur ꝙ iuerit ſaltem. xxx. diebus ad hoc ut conſtituatur in quaſi poſſeſſione ut. l. i. §. i. & ibi ꝑ bar. de iti. ac. que priua. Sed ſi non poteſt i eis eſſe uſus rōne familiaritatis. puta ducere aquam per fundum tuum i iſtam quaſi poſſeſſionem querendam etiā unicuſ actus ſufficit ut i. l. i. §. ꝙ autem de aqua co. & eſti. & ita tenet pe. & Cy. in. d. l. ii. in. vi. q. C. de ſerui. & bar. in. l. i. eo. ti. & bal. in dicta l. ii. & flo. in. l. ſeruitntes. ff. de ſeruitutibus quod bene nō. Sextum quod requiritur eſt tempus. ſ. longum quando ſeruitus habet cauſam continuam uel quaſi. ſed ſi habꝫ cauſam diſcontinuam regulariter requirit tantum tempus cuius non extet memoria in contrarium de quo dic ut plenius dixi in prin. huius. viii. q. principalis. Septimuꝫ & ultimum requirit ut preſcribens ſit dñs fundi cui ſeruitus eſt acquirenda completa preſcriptione. alias ſi eſſet ſimplex poſſeſſor ſicut non poſſet ei fundo acquirere per pactuꝫ ut dixi. s. in. iiii. q. principali ita nec per preſcriptionem ſicut nec poſſꝫ ſeruitutem iponere ēt ſi partem dominii in fundo haberet ut. l. pro parte de ſerui. lꝫ aliquādo plus poſſit preſcriptio quam pactū ut glo. no. in. l. i. famił. herc. & in. l. ſed ſi inter me. de ſerui. ur. pre. & in predictis iuribus no. Ex predictis autem collige ſecundum flo. in dicta. l. ſeruitutes ſeptē ſpecialia in iſta ꝑſcriptione ſeruitutū & iurium incorporalium. Primum eſt ꝙ non reqritur ꝟa poſſeſſio ſed quaſi quia iura incorporalia non poſſunt poſſideri ut. l. ſeruus. §. incorporales de acqui. re. do. Secundum quod procedit contra poſſidentem ut habet. inſti. đ act. §. eque quod non eſt in rebus corporalibus ut ibi. & l. ii. C. de ꝑſcrip. xxx. anno. nō. per glo. in. l. i. in fi. C. de ſeruis. fugi & ibi ꝑ docto. Tertium quia non requiritur titulus. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uen. & ſupra dixi. ergo ſufficit etiam non ſolennis ut habetur in. l. poſt mortem de adopt. facit ad hoc glo. no. in. l. iurium in glo. mag. in fi. ſi cer. pet. Quartum quia requiritur ſcīa eius cōtra quem ꝑſcribit. l. ii. C. de ſeruituti. Quintum quia requiritur etiam aduerſarii patientia. l. quotiens el. ii. de ſeruitu. Sextum quia aliquando requiritur ꝓhibitio ꝓ diſponenda quaſi poſſeſſione eo quia non cadit aliquis actus alius corporał pro ea adipiſcenda qui ſit conformis iuri querendo niſi prohibito ut dixi. s. in. ꝟ. quntum requirit ad preſcribendum ſeruituteꝫ

Septimum quia preſcriptio longi tp̄is i iſtis icorporalibus interrumpet. ꝑ ſolam

miſſionem executoris licet ſecus.ſit in cor
poralibus ut.C.de.rei uen.l.mote litis &
hoc uoluit ſingulariter glo.ſub dubio tamē
forte in.l.ii.in glo.iii.in fi.C.de ſeruitu.Sed
Bar.limitat hec procedere quando preſcri-
bens non habet titulum quia tunc ſolu ex
nenligentia non petentis cauſatur.ideo in
ſurgente uigilantia impeditur.C.đ preſcri
ptione.xxx.annoꝝ.l.ſicut.ſed ſi haberet ti
tulū nō ſufficeret ſola miſſio executoris qa
illa non cauſatur ex ſola negligentia ut ha
betur in dicta.l.ſicut & hoc procedit de iur̄
ciuili Sed de iure canonico ſecus quia omīs
preſcriptio de iure canonico impeditur ꝑ
ſolam miſionem executoris.ratio quia ſup
ueniens mala fides ēt ſine aliquo iudicio p̄
ſcriptionē impedit.c.fi.& ibi no.de p̄ſcrip.
.c.poſſeſſor mala fidei de re.iur.li.vi.& hoc
tenet bal.in.l.ii.C.de ſer.in ꝯ.ulterius que
ritur uunquid preſcriptio quē ſequit̃ ang.
de are.inſti.de acti.§.eque teneo ꝙ iſtud ſ̃
uandum eſſet in foro ciuili iuxta notata in
.d.c.fi.Naturalis autē interruptio impedit
preſcriptionem etiam lōgiſſimi temporis
in iſtis īcorporalibus.l.ſeruitutes &.l.ii.C.
.e.ti.Et hoc facit contra eum qui uult p̄ſcri
bere molendini cluſam quam curſus aqua
rum ſemper interrumpit ut non uideatur
p̄ſcribere quia ꝑditur poſſeſſio quod ē ue-
rum ſi deſtruatur i totū uel pro maiori ꝑte
alias ſecus ar.l.domum de contrahen.emp.
& hoc tenet bal.& ang.in.d.l.ſeruitu.qđ
notandum eſt.Et per hec expeditus ē un⁹
modus acquirendi ſeruitutem per preſcri-
ptionem ac etiam perfecte expedita ē ma-
teria preſcriptionis in acquiſitione ſ̃uitu-
tum.de preſcriptione aūt i ſeruitute amit-
tenda dicam in.x.& ultima.q.Item conſti-
tuūtur etiam omnes ſeruitutes nō ꝑ tradi-
tionē uerā quia īcorporalia nō recipiūt tra
ditionem de aquire.do.l.ſeruus.§.icorpora
les ſed quaſi traditionē que fit per ſciam &
pacientiam domini ip̄o me ducente i poſ-
ſeſſionē unde etiam cauet ꝙ me nō ipedi-
at utentē.ff.de ſeruitu.ur.pre.l.i.§.fi.de act.
emp.l.ratio.§.ſi iter & đ ſeruitute le.quōt.
la.ii.& de iſta cautione habetur in.l.haru
&.l.egi.ſi ſerui.uen.Item conſtituuntur ſ̃-
uitutes ut paciaris me uti ſeruitute per pre
dium tuum non aūt conſtituuntur ut tu ali
quid non facias in tuo.puta ne eas per fun-
dū tuū neue ibi cōſiſtat̃.neq eo fruaris ſe-
c⁹.ſi cōcederes mihi ius tibi non eſſe i fūdo
tuo aquam querere minuende aque mee ḡ-
tia ut.l.quot.la.i.de ſerui.in prin.nec etiam
conſtitunt̃ ut tu aliquid facias in tuo puta
uiridaria tollas ameniorem pro ſpectum p̄
ſtes uel in tuo pingas ut.d.l.quot.la.i.§.i.
Eo ſaluo ꝙ in ſeruitute oneris ferendi dici-
tur ut is debeat ſuſtinere parietem uel colu
mnam qui debet ſeruitutem oneris ferēdi
in pariete uel columna ſua ut.l.eum debeř
columnam de ſerui.ur.pre.&.l.ſicuti.§.i.&
.§.diſtant ſi ſeruitu.uen.& dixi ſupra in.i.
.q.principali in.i.natura ſeruitutum. Itē
ſeruitutes conſtitunt̃ in fundo ſimpliciter
quo cāu totus fundus ſeruitute afficit̃ ut ꝑ
quālibet eius ꝑtem ire agere liceat.l.ſicuti
de ſeruitu.&.l.ſi mihi conceſſeris cum.l.ſe.
.l.ſi uia de ſer.ru.pre.niſi domīo predii cer
tus locus ſeruitutis deſignetur ut.l.nam ſer
uus.§.ſed ſi totus fundus quemad.ſer.ami.
de quo dic ut dicam in.ii.q.principali.Item
omnes ſeruitutes conſtitui poſſunt ad per
tem predii diuiſam ut.l.certam de ſer.& n̄
pro parte eo parte non autem ad partem ī
diuiſam ut eſt tex.cum glo.in.d.l.pro parte
&.l.ut pomum.§.i.eo.ti.&.l.iii.in prin.de
ſer.lega.&.l.ſi quis duas.§.ſi quis ꝑtem cōīa
predi.Conſtituta autem ſeruitute moto p̄
dio ſi manciſcor eius dominum pro parte
indiuiſa ꝓ ea parte ſeruitus extinguit̃ & ꝓ
alia remanet.d.l.ut pomum.§.i.ſin aūt non
eſſet cōſtituta in toto predio ſed tantum ꝓ
miſſa.extinguerutur ſeruitus in totum me
adepto dominium predii.d.l.pro parte.na
multa impidiuntur faciēda que nō diſſol-
uuntur iam facta.l.patre furioſo de his quī
ſunt ſui uel alie.iuris & nō.per glo.in.d.l.
pro parte. Item non poteſt conſtitui ꝑs
ſeruitutis ut quis teneatur ad partem eius.
quia omnes ſeruitutes indiuidue ſunt pre-
ter ſeruitutem uſufructus ut dixi in.iii.prī
cipali diuiſione ſeruitutum & ſi promiſſor
uel ſtipulator ſeruitutis deceſſit quilib he
res tenet̃ inſolidum & quilib heres ſtipu
latoris agit̃ in ſolidum ut.d.l.pro parte &
.l.uie de ſeruitu.& fa.her.l.heredes.§.an ea
&.l.ii.de ꝯ.obli.l.i.§.uſufr.ad.l.fal. Item
licet unus ex ſocis non poſſit per pactū ac
quirere ſeruitutem fundo communi ut.l.ſi
unus ex ſociis de ſerui.ru.pre.tamen per tē
pus ſeu temporis lapſu.hoc eſt preſcriptio
ne acquirere poteſt tex.cum glo.nō.i.l.ſed
ſi inter me de ſer.ur.p̄.& ibi per doc.& ibi
hoc ēt tenet do.Pau.de caſtro.i.d.l.ex parte

Ex quo nō. quod aliquando plus pōt p̄ſcri-
ptio q̄ pactum idem nō. glo. in. l. i. fa. her.
Item pōt conſtitui ſeruitus certo mō ut
cum certo genere uehiculi non agatur uelu
ti cum equo dūtaxat. uel ut certum pondus
uehetur uel ut res ille traducantur aut car-
bo portetur ut eſt tex. in. l. modus de ſerui-
tu. Iteʒ pōt conſtitui ſeruitus ut uſus ſer
uitutis temporibus ſecerni poſſit. puta ut
quis poſt horā tertam uſqꝫ in horā decimaʒ
eo iure utatur uel alternis diebus utatur. ut
eſt tex. in. l. uia §. i. de ſerui. & in dicta. l. mo
dus. §. fi. eo. ti. & hoc ſeruat̃ in multis locis
in aqueductu. Item ſeruitus itineris pōt
īponi & reſtringi ad certum tēpus puta ut
liceat ire de die tantū & non de noctte ma
xime in urbanis prediis tex. eſt cū glo. in. l.
iter cōia pre. Ex quo nō. ibi pa. de caſt. ꝙ n̄
eſt licitum ire per ciuitatem nec ꝑ domos
alienas. Item conſtitui pōt ſeruitus etiaʒ
de edificio futuro ut. l. ſeruitus §. futuro de
ſer. ur. pre. & l. labeo eo. ti. Item conſtitui
pōt ut aquam querere & inuentam ducer̄
liceat ut. d. l. labeo & dixi. s̄. in illa. q. in qui
bus rebus pōt ſeruitus conſtitui & omnia
que ibi dicuntur poſſunt hic addi. Item
ſeruitus nauigandi pōt per lacum ꝑpetuo
conſtitui ut. l. uia conſtitui. §. ſi. lacus de ſer.
ur. pre. Item. u a iter actus hauſtus aque
fere hiiſdem modis conſtituitur q̄bus uſuſ
fructus conſtitui pōt ut. eſt tex. ī. d. l. uia in
prin. de ſeruituti. Item ſeruitus ipō iure
neqꝫ ex tempore neqꝫ ad tempus neque ad
certam conditionem. ꝟbi gratia q̄diu uolaʒ
conſtitui pōt. Sed ſi hoc modo cōſtituatur
obſtabit facti uel doli exceptio cōtra ꝑmiſ
ſionem ſeruitus uendicantis ut eſt tex. in. l.
. iiii. que incipit ſeruitutes de ſerui. & ibi
p̄le per glo. Bar. & doc. Et pone exempluʒ
ex tempore. ſ. ut incipiat poſt paſca ad tē
pus ut incipiat nunc & duret uſqꝫ ad paſca
ſub cōditione intellige extinctiua. s. ut con
ſtituo tibi ſeruitutem que extinguat̃ ſi na
uis ex aſia uenerit non aūt intelligas de cō
dicione iceptiua uidelicet conſtituo tibi ſ-
uitutē i tali fundo ſi nauis ex aſia uenerit
qa ſub iſta cōditione bn̄ pōt cōſtitui ſuitꝰ
ſicut & dn̄ium pōt ſic transferri & poſſeſ-
ſio ut de. acqui. poſ. l. ſi quis abſenti. §. ſi quis
& nō. glo. in. d. l. iiii. in uerbo ſub cōdicione
que gl. faciens differentiam iter cōdiciones
extinctiuam & inceptiuam nō ē alibi ſecū
dum Raph. in. l. reſpiciendum ſi cer. pe. &
flo. in. d. l. iiii. & cōiter tenetur. Et ex his
nō. ꝙ ſeruitutes reales & prediales ipſo iu
re non recipiunt certum tempus ex parte
an̄ ad ipediendā origineʒ. ſed conditionem
ſic ſicut uidemus in obligatiōe que cōſtitui
non pōt ex certo tempore. l. obligationum
ferre. §. placet. ff. de act. & obliga. Sed ſub cō
ditione ſic ut. l. cedere diem de ꝟ. ſi. Ex par
te uero poſt. i. ad ipſam obligationē ſeruitu
tis faciendaʒ non recipiunt conditionē nec
diem quantum ad ſubſtantiam ipſo iure ſꝫ
obſtat exceptio quia tempus non ē modus
tollende. &c̄. quia poſtq̄ incepit ſemel cōpe
tere durat perpetuo. ſed auendiēte die uel
conditione obſtabit exceptō ut dicto. §. pla
cet & habet̃ in. l. nemo poſt de le. i. Et hoc
eſt quod dicere uoluit tex. in. l. iiii. de ſerui.
& in iſtis oppoſitio temporis contra natu-
ram actus non uitiat nec uitiatur ſed ope-
ratur in eo quod operari poteſt. ſi circa ipſʒ
& non contra ſubſtantiaʒ. ut. d. l. iiii. & l. eū
qui ita. §. qui ita de uer. ob. & habetur in. d.
. l. nemo poteſt & de intellectu & materia
in dicta. l. iiii. uide ibi plenius per bar. & ꝑ
omnes doc. & plenius per Roſ. in ſuis libel
lis iuris ciuilis in actione confeſſoria ꝟ. Itē
querit̃ que dicitur & uide quod dixi. s̄. i. vi.
. q. principali. Et adde ꝙ licet ſeruitus cōſti
tui poſſit ex parte ante ſub ꝯditione ad im
pediendam originem. uidelicet ꝑmitto tibi
ſeruitutem in tali fundo ſi nauis ex aſia ue-
nerit tn̄ ſi ante euentum cōditionis tradi-
di uel quaſi ꝑ patientiam tranſit in ius ſer
uitutis. ff. de ſolu. l. ſub cōditione de iur̄ do.
. l. niſi ſecundū glo. nō. in. d. l. iiii. in ꝟ. ſub ꝯ
ditione circa prin. ibi ſi ante condi. tradidi
q̄ glo. nō eſt alibi ſecundum ang. & ibi doc.
ex quo nō ſingularit̃ ꝙ ſicut in re corporali
quis tenet̃ dare ſub cōditione ſi interim tra
dat corporaliter transfert ſtatim dominiū
. l. dotis fructus in ſi. de iure do. ita in iure
corporali ſi quis ꝑmiſit uni dare ſub cōdi-
tione ſi interim paciat̃ illum uti quod pro
traditione habetur. l. quōt. la. ii. d̄ ſeruitu. cē
ſcetur illud ius & proprietatē transferre ꝑ
glo. illam notabilē quā teneo lꝫ ang. ibi di-
cat ꝙ nō credit illā ueꝝ dicere.

Ru. qn̄ ſeruitus acquirat̃. C. XXI

d Ixi quomodo & qualiter ſerui-
tus acquiratur ſed quādo acqui
ratur dic ꝙ ꝑ ꝑmiſſionē tantū

non acquiratur ſeruitus niſi realiter conſti
tuatur quia talis ſola promiſſio non conſti
tuit ius in re hoc eſt in ſeruitute.ſed ius ad
rē ut.l.ſi partem in prin.ff.queādmo. ſerui.
amit.nō.in.l.& in prouinciali.C.de ſer. &
dixi.s.in illa.q.quomodo cognoſcatur an ſ
uitutes ſint rales & prediales.Et nō ex illa
.l.ſi partem in prin.quod ſeruitus aquedu-
ctus non incipit ante quam fiat riuus per
quē ducatur & idem in qualibet alia ſuitu-
te ad cuius uſum reqeiriaur quod aliquod
opus fiat in re ſeruiente puta tigni imitten
di quia requiritur ꝙ fiat foramen.& anteq̄
fiat ſeruitus non pōt dici ꝙ ſit conſtituta ꝑ
aliquem .contractum ſolum .ſed competit
actio perſonalis ut conſtituatur. que actio
de ſui natura non tollitur niſi ſpacio lōgiſ
ſimi temporis ut.l.ſicut .C.de preſcrp.xxx.
annorum .Sed poſtq̄ factum eſt opus īcep
ta eſt ſeruitus que tolli pōt ſpacio longi tē-
poris ſecundum ea que dixi in precedenti
.q.principali & ſi quis inducit me in fun-
dum ſuum animo conſtituendi mihi ſerui
tutem licet ſtatim dicatur cōſtituta ſeruit⁹
ut.l.iii.§.dare.ff.de uſufr.hoc tamen eſt ue-
rū qn̄ non eſt opus aliquid fieri ad uſum ſ
uitutis puta itineris uel uie.uel altius non
tollendi.uel hauſtus aque ubi non poteſt
opus facere.ſecus quando eſt aliquid neceſ
ſe fieri ſine quo quis uti non poſſit.quod ꝑ
petuo tenementi .Sed ſi legata eſt ſeruitus
realis & predialis.dic ꝙ dies ſeruiiutis cedit
a morte teſtatoris etiā legatario ignorante
licet pro ſe non tranſmitatur .ſed cum pre
dio tranſeat unde non eſt proprie trāſmiſ-
ſio ſed inherētia quedam caſus ē in.l.ſi ꝑtē
.§.i.queādmo.ſer.ami.& ibi hoc nō.doct.&
bal.in.l.unica.§.ī nouiſſimo de caduc.tol.
ſiue.§.libertatibus.Quod intellige ueꝝ qn̄
fuit legata expreſſe. quia ſicut tranſit domi
nium rei corporalis expreſſe legatum ipō
iure.l.a ticio .ff.de furtis .ita & iſtud quaſi
dominium iuris incorporalis .nam & in il
lo eſt reperire dominium ī proprie ut nō.
in.l.qui uſufru.in fi.in ℞.dominium ſi uſu
fr.pe.& per glo.& doct.in.l.generaliter .§.
nihil cōmune de acqui.poſ.ſed ſi fuiſſet le-
gata ſeruitus tacite .ſecus quia per legatum
tacitū nō tranſitius ſeruitutis ſicut nec etiā
ipō iure dn̄iuꝫ.l.ſuuꝫ filii.§.i.de le.i.& hēt
per glo.& doct.i.l.emptor.§.fi.de rei uen.&
per Bar.& omnes doct.in.l.i.de le.i. Ita eti
am tenet bar & doc.in.l.binas edes de ſui.
ur.prē.& flor.in.l.teſtatrix.in̄ prin.ſi ſerui.
uen.An autem rei legate uel uendite uł di
uiſe ſeruitus debeať uide plenius per Bar.ī
.l.i.de ſerui.lega.& per bar.& omnes doct.
in.l.binas edes & per Pau.đ caſt.in.l.in tra
dendis.§.interpoſitis in fi.coīa predi.& ui-
de in.l.ſi quis edes in prin.de ſer.ur.p̄. & ꝑ
tex.& glo.in uer.reſtituatur in.l.ii.§.fi.de
heredi.uel act.uen.& uide tex.nō.in.d.l.te-
ſtatrix.

Ru.Quomō qualiter & qn̄ & per quē ſer
uitus retineať. C. XXII

n Vnc dicamus quomodo & qua
liter & quādo & per quem ſer-
uitus retineatur.& dic breuiter
ꝙ ſeruitus pro parte acquiri n̄
poteſt ut.l.pro parte de ſeruituti.tamē pro
parte retineri poteſt.unde predium tuum
ſi mihi ſeruiat.ſiue ego partis predii tui do
minus eſſe cepero.ſiue tu mei.pro parte ſ-
uitus retineri pōt.l.ut pomum.§.i.de ſer.et
.l.ſi quis edes.§.ſi parte de ſerui.ur.pre.

Item licet unus ex ſociis ſeruitutem fun-
do cōi acquirere nō poſſit.l.ſi un⁹ ex ſociis
de ſeruitu.urba.predi.tamen per unuꝫ po
teſt ſeruitus retineri.l.aquam.§.ſi plurium
quemadmo.ſerui.amit. Item ſeruitus re
tinetur nobis per ſocium ut fructuariū &
bonefide poſſeſſorem tex.eſt in.l.v. que in
cipit ſeruitus quemadmo.ſerui. amit. Itē
ꝙ per fructuarium retineatur nobis ſerui
tus licet non acquirať uide tex.& ibi omni
no bar.in.l.iii.§.ut uiderem de iti. actuque
priua. Item uſu retineť ſeruitus cuꝫ ipē
cui debetur utiť qui ue in poſſeſſione eius
nomine eſt aut mercenarius.aut hoſpes.āt
amicus.aut medicus.quiue ad uiſitandū do
minum uenit.aut fructuarius.licet ſuo no-
mine denique quicunque debita uia uſus
fuerit ſiue ad fundum noſtrum facit uel ex
fundo licet malefidei poſſeſſor ſit retineť
ſeruitus tex.eſt in.l.uſu cum tribus .ll.ſe.uſ
que ad.l.fi.quemadmo.ſerui.amit.Et quod
etiam per malefidei poſſeſſorem ſeruitus
retineatur eſt etiam tex.in.l.qui fundū eo.
ti.per quem dicit ibi.bar.& doct.quod ſi ci
uitas uel caſtellū qđ habꝫ merum imperiū
occupetur a tiranno qui utitur illa iuriſdic
tione retinet ſuam quaſi poſſeſſionē impii
ſeu iuriſdictionis.quod dicit ibi flo.eſſe ue-
rū qn̄ iuriſdictio coheret territorio ſecus ſi

perſone in loco quia tūc qui nō utitur lȝ deiectus perdit.ut habetur in.l.ſequitur.§. ſi uiam de uſuca.& ar.l.ſi plures.§.deiectuȝ de ui & ui.ar. Et quando dicatur coherer̄ iuriſdictio territorio.l.fi.C.ubi & apđ quos & plene per bar.& doc.in.l.i.C.de iur.om. iudi. Item retineri poteſt etiam ſi ille q̄ utitur non utitur nomine eius cui competit.ſed ſui ut quia ſit ſocius uel ſi qui ſuo nomine utuntur ut dixi & nō.glo.in.l.fi.quēadmo.ſerui.amit. Item ꝑ naturalem aq̄ curſum naturaliter currentis ſeruitus retinetur ut ē tex.in.d.l. qui fundū quēadmo.ſer.amit. Sed nunquid aqua per ſe ipām fluens poſſit inducere preſcriptionem uel cōſuetudinem.dic ꝙ nō quia non ē res animata & per rem inanimatā nihil nobis acquiritur oportet ergo in pſcriptiōe aliquē uſū interceſſiſſe quo principiato ſufficit aquam per ſe fluere ut.d.l.qui fundum i conſuetudine etiam ſufficit ꝙ initium habuerit a m̄tis utentibus.nam poſtea pficitur ſolo curſu tpris.ff.cōia predi.l.uenditor.§.ſi cōſtat & nō.bal.in.c.i.§.ſi quis de manſo.inpenul.colum.in ti.de cōtrouer.in ueſti. Item ꝑ pter pupillum uel minorē cum quo habeo rem cōmunē retineo ſeruitutem licet ea n̄ utar.ut eſt tex.ualde nō.in.l.ſi cōemi i prin.& ibi uide oīo doct.quemadmo.ſerui.amit. Item quomodo & qualiter quaſi poſſeſſio retineatur ſeruitutum.uide per gl.i.l.ii.C.de ſeruitu.& ibi per doc.maxime per cy.in.iii.q.

Rubrica.Qualiter quis uti debeat ſeruitute. Cap. XXIII.

P [P]ono principaliter ē uidēdum qualiter quis debeat uti ſeruitu. & dic breuiter ꝙ debet uti ciuili modo. Nam ſi cui ſimplici uſu uia conceditur per fundum cuiuſpiam ſ̄ relinquatur in infinito.uidelicet per quamlibet eius parte ire agere licebit ciuili tantū modo non enim per ullam ipām nec per medias uineas ire agereqȝ poterit cū commode per illam partem ire agereqȝ poſſit & minore ſeruientis fundi detrimento tex.eſt notabilis in.l.ſi cui de ſerui.in.l.ſi mihi conceſſeris cū.l.ſe.de ſerui.ru.pre. Et hec iura allegantur ſi aliquibus hominibus armorum uel aliis concedatur tranſitus ꝑ unuȝ territoriū uel alium comitatū ꝙ debeat itelligi ſcilicet quod tranſire đbeat per partē min⁹ damnoſam concedenti.& ꝙ debeat ciuilr̄ ſe habere. Et qn̄ ſe inciuiliter habent dicuntur contra conuentionem uenire & debet elligi locus per quem poſſit ire uel agere ut eſt tex.in.d.l.cui & l.certo generi.§.i.de ſerui.ru.pre. Et poſtq̄ eſt electio facta de loco non eſt licitum mutare uoluntatem & per alium locum ire ut dicta.l.ſi cui immo cetere partes libere remanent ut eſt tex.in.d.l.certo generi.§.i.& quod dixi đ electione ꝓcedit quando conceſſio ſeruitutis fuit facta ſimpliciter ſecus ſi actum fuiſſet ꝙ tot⁹ fūdus ſeruire deberet. Nam iſta conceſſio ſimplex nō eſſet ſed generalis uel uniuerſalis tunc non cogeretur ille cui conceſſio facta eſt eligere locum.ſed poſſet tunc nūc per unum locum nunc per alium trāſire.& ſic licituȝ eſſet penitere ut ꝓbatur in.d.l.certo generi.§.i.& in.l.nam ſatis.§.i.ꝟ.ceteꝝ i.§.ceterū & ibi inꝟ.uelit quemad.ſerui.amit. Sed ille qui conceſſit ſeruitutē bene pōt uariare ſine alteri⁹ icomodo.l.ii.§.pe.de relig.& ſump.fun.ſecūdū glo.fi.l.ſi cui que ē nō.& ſequitur ibi bar.& cōiter doct. Sed eſt dubium quando electio ē facienda ad queȝ ſpectat electio an illi qui debet ſeruitutem an illi cui ſeruitus debetur & uidetur ꝙ electio ſit debitoris ſiue loquatur in ɔtractib⁹ ut.l.plerumqȝ in fi.de iure dot.ſiue in ul tis uoluntatibus per.l.ſi uia de ſerui.ur.pre.

In cōtrarium uidetur ꝙ ſit electio haber̄ debentis per.l.ſi cui in prin.de ſerui.gl.ſoluit uno modo in.d.l.ſi uia.dic tu melius ād uerba executiua ſunt prolata ad unum exēplum qn̄ ſunt prolata a dare debēte heres dato uel concedito ſeruitutem ticio in fundo meo uel ticio promitto concedere uiam Exemplum uero quādo ſunt prolata ab homine debente eſt uolo ꝙ ticius habeat ſibi ſeruitutem in fundo meo uel ꝙ tici⁹ poſſit uendicar̄ ſeruitutem & tūc ſiue loquamur i ultimis uoluntatibus electio ē illi⁹ ad quē uerba ꝓferuntur ut.l.plane la.i.§.fi.de le.i.ibi ſiue habeto ut.l.ſi ita relictuȝ.§.fi.ibi heres dato de le.ii.& hoc tenet glo.ordi.in dicta.l.lucius de le.ii.& ita debet itelligi dicta.l.ſi uia ſcilicet quod ibi ꝟba executiua erāt prolata ad heredem ſiue loquamur in contractibus.licet hoc bene expreſſum non reperiatur ſecundum cy.in.l.cum quidam.C.de ꝟ.ſig. Sed ſecundum Bar.i.d.l.lucio iſt đ probatur i.l.ſi ſic ſtipulatus fuerim & in.l

ſi ita ſtipuler de ꝟbo.ob.& probatur etiam
per argumentum ſecundũ Cy.in.l.ſi ſtipu-
latus fuero per te non fieri de uerbo.obli.ꝯ
iuũcta.l.ii.§.quedam eo.ti.in.l.cum is.§.i.de
condi.indebi.& hoc tenet dy.in regula ĩ.al-
ternatiuis in vi.& Cy.in.d.l.cum quidaꝫ &
bar.in.d.l.lucio & flo.in.d.l.ſi uia & habe-
tur per docto.in.l.qui duos &.l. legato ge-
neraliter de.le.i.& eandem cõcluſionem fa
cit Bar.ĩ penis alternatiuis in.l. quicũqꝫ.C.
de ſer.fugi.in.l.i.§.expilatores de effrac.&
expil.herdi.& in dicta.l.lucio in fi.Et ratio
huius concluſionis eſſe poteſt quia uerba đ
bent interpretrari pro eo in cuius fauorem
apponuntur ut.l.nec ſolus.§.i.quando dies
lega.ce.Sed ſi uerba executiua ad neutrum
referuntur.& tunc fit diſtinctio.aut loqui-
mur in contractibus & electio eſt dare de-
bentis ut.l.plerumqꝫ in fi.de iure do.Aut ĩ
legatis ſeu in ultimis uoluntatibus & tunc
electio eſt ipſiꝰ legatarii dicta.l.lucio.& ita
eſt tenendũ ĩ hac materia quia ē cõis doctri
na doctorum licet aliqui aliter dixerunt.

Item licitum eſt ei cui ſeruitus debetur
edificare in predio ſeruiente ita ꝙ comode
ius ſeruitutis habere poſſit ita qđ fiat ſine
dominii incomodo.Et ideo ſi iter legatum
eſt quo niſi opere facto iri non põt licet fo
diendo ſubſtruendo iter facere põt ut eſt
tex.in.l.iter de ſerui.&.l.ſeruitu.§.ſi duo de
ſeruitu.ur.pre.ubi eſt caſus nõ.ꝙ ex ſimpli
ci conſtitutione ſeruitutis eundi abſqꝫ alia
expreſſione uidetur eſſe conceſſa licentia
& facultas faciendi ſcalas & ſy.in fundo ſer
uiente ſine quibus ſeruitus haberi nõ poſ-
ſet etiam ſi ille ſcale poſſent fieri predio do
minãte quod eſt ſingulare eodem mõ qui
hẽt ius aqueducende ꝑ alium fundum licet
ei fiſtulam ſuam fictilem uel cuiuſlibet ge
neris in riuo ponere quo aquam latius ex-
primeret.& quod uult in riuo facer̄ licet dũ
modo ne domino predii aquarum deterius
non faciat ut eſt tex.in.l.quintus de ſeruitu
ruſti.predi.& ĩ.l.hec ſunt.§.is.&.l.fi.đ aqua
coti.& eſti.& hec iura allegantur.ꝙ habens
licentiam eundi uel aquam duceudi ꝑ aliuꝫ
fundum uel ſcalas uel cliuos faciendi in fun
do ſeruiente põt arbores incidere. terram
fodere..explanare foſſata .& ſic facere ut co
mode ſeruitus uti poſſit.Si ergo hoc facit
non poteſt de damno dato accuſari ſecun-
dum flo.in.d.l.iter quod nõ.quia eſt quoti-
dianũ & utile.quod ego ĩtelligo etia ſi fiat
incomodum domini predii ſeruiẽtis reſpe
ctu inciſionis uel explanationis aut foſſe.
quia illa ſine aliquo damno fieri non pñt
Sed ſi fieret in comodum domino predii ſ̄
uientis in eundo uel aquam ducendo.tunc
predicta fieri non poſſent per dictam.l.la-
beo de ſerui.ruſti.predi.& dicta.l.hoc iure
.§.is qui &.l.fi.de aqua co.& eſti.Que iura
intelligo ita.licet doc.non declarent ꝙ nõ.

Cuius autem expenſis predicta fieri de-
beant dic expenſis eius cui ſeruitꝰ debetur
ut.d.l.iter &.d.§.ſi domo.& ē tex.in.l.ſi for
te.§.etiam ſi ſerui.uen.& ita etiam ułt flor.
in.d.l.iter & uide quod dicam in ꝟ.ſꝫ cuiꝰ
expenſis. Item licitum eſt etiam locum
ſeruientem reficere.puta iter uel aqueduc-
tum & reſectionis cauſa.etiam eſt licitum
accedere ad ea loca que non ſeruuint ut eſt
tex.nota.in.l.refectionis in prin.cõia ꝑdi.
& ē tex.ſecundũ flo.pro habentibus ductũ
aquaꝶ & cluſas ad molendinũ per funduꝫ
alterius ut dominus fundi ſeruiẽtis debeat
preſtare aditum ẽt per alium ſuum fundũ
non ſeruientem.ac ẽt pati imponi lapides
& calcem & arneam & ſy.pro reparatione
dicte cluſe.& idem dicas de aliis ſimilibus
quod ē ualde notan.Itẽ ꝑdicta facer̄ põt nõ
ſolum ille cui ſeruitꝰ debet̄ ſed ẽt fabri ſui
& magiſtri ad hoc neceſſarii.ut eſt tex.nõ.
in dicta.l.refectionis & ſi r̄ſiſteres illis uide
ris domino predii dñantis reſiſtere tex.eſt
nota in.l. oſſa.§.fi.de religi.& ſump.fu.ſe-
cundum.Pa.de caſt.in.d.l.refectionis & il-
la.l.refectionis.ē ar.ſecũdũ Pau.de caſt.ibi
ꝙ ſi ex forma ſtrtuti licitũ ē alicui uindictã
ſumere de eo qui ipſum offendit.ſit ſibi li-
citum congregare amicos qui ipſum adiu-
uent ad hoc & illi ñ punientur ſicut nec il-
le principalis.& dicit de hoc eſſe glo.nota.
& ſin.ĩ.l.cum fundi de ui.& ui arma.licet
gl.ĩ.l.graccus.C.de adult.uideatur requirer̄
ꝙ congregati ſint tales quibus ille congre-
gans poſſit precipere.ut ſint filii uel ſerui
& iſtam partem ꝙ nõ puniãt̄ tenet Ia.bu.
& Pa.de caſt.in.d.l.refectionis.& alias obti
nui in ciuitate mea ueronenſi ubi ē ſtatu
tum ꝙ ſi frater uel maritus uel pater repe
rit aliqem cum ſorore uxore uel filia male
conuerſantẽ.poſſit eum impune occidere.
Nam quidam ſciens unum male cõuerſari
cũ ſua ſorore cõgregauit duos amicos & oc
cidit eum.dixi ꝙ tam frater q̃ etiã ſui ſocii
debeant abſolui per dcãm.l.refectionis cuꝫ

his que ſupra dixi.& ita per curiā iudicatū
fuit quod perpetuo tene menti. Licet ſit
dubium nunquid in his caſibus ille qui pōt
aliquem occidere poſſit alteri hoc mandarē
ita ꝙ ille mandatarius nō teneať.& bar.tȝ
idem.ſ.ꝙ mādatarius occidens non tenea-
tur in.l.graccus.C.de adul.& de hoc eſt glo.
ſin.in dicta.l.cum fundum in uer.poſt ea ī
prin.ſecundum lec.primam de ui.& ui.ar-
ma.Sed idem Bal.tenet contrarium in.c.i.§
.i.℣ſi.cu.&.hoc facit ad.q.in ti.de pace iura.
firma.in uſi.feu.per.l.ſeruum ſi heredi de
ſta.libe.ibi pater dumtaxat &c̄.& idē tenet
ang.in.d.l.graccus & ibi ſaly.inclinat ī iſtaȝ
ſententiam licet dicat ſe dubitare.Idē tenet
etiam ang.de are.in ſuo maleficio in gl.che
mai adulterata la mia donna.i vi.colum.℣.
quid ſi pater uel maritus.hanc queſtionem
non determino quia nō eſt materia noſtra
ſed eſt dubia ſatis ſed uide tex.in.l.ſi quis in
graui.§.i.& ibi per lodo.pōta.ff.ad ſil.Item
ille cui debetur ſeruitus pōt deprimere &
eleuare locum ſeruientis ut comode ſerui-
tute uti poſſit ſi ſibi neceſſariuȝ eſt niſi ali
ter actum ſit ut eſt tex.in.d.l.refectionis.ff.
cōia predi.uel niſi hoc ſit cum magno in cō
modo domini predii.ſeruientis & hoc mō
pōt intelligi.l.i.§.fi.de riuis.&.l.iii.§.pe.de
iti.actuqȝ prtua.Sed cuius expenſis tal' re-
fectio uel depreſſio aut leuatio fieri debeat
dic regulariter expenſis eius cui ſeruitus
debeatur.ſed fallit in ſeruitute oneris ferē
di ut eſt tex.in.l.& ſi ferre.ff.ſi ſerui.uen.&
ibi per bar.& doc.de quo dic ut dicam ple-
nius.j.de ſeruitute oneris ferendi Cetera
circa materiam iſtam uide que dicam.ī ſpe
ciebus ſeruitutum.

## Quando & qualiter & quomō ſeruitutes amittantur C. XXIIII.

**d**Ecimo & ultimo principaliter
dicendum eſt de amiſſione ſer
uitutis uidelicet quādo & qua
liter & qūo ſeruitutes amittan
tur.Et primo ſeruitutes omnes amittūtur
per confuſionem ſi idem utriuſqȝ predii ſ̄
uiētis & dn̄antis dominus eſſe ceperit un̄
ſi predium tuum mihi ſeruiat.& eius do-
minium inſolidum requiſitus ſim uel tu ī
ſolidum nactus ſis dn̄ium fundi mei extin
guitur uel confunditur ſeruitus tex.eſt i.l.
.i.queādmo.ſer.amit.Et ratio huius deciſio
nis colligiť ex illa regula ꝙ res propria ne
mini ſeruit.l.uti frui.ſi uſuffr.petať.&.l.in
re cōmuni de ſer.ur.pre.& in.l.proprium
&.l.quicq̄ coia pre.ſecus ſi comunicarē tibi
predium meū pro parte l' tu cōicares mihi
p̄dium tuum ꝓ parte qua tunc ſeruitutis n̄
extinguitur.l.ut pomum.§.i.de ſeruitu.
Item extinguiť ſeruitus ſi a ſocio predii
cōmunis dn̄antis cōiter emitur fundus ſer
uiens tex.eſt in.l.ſi cōi fundo de ſerui.ur.p̄.
& eſt ratō quia pars utriuſqȝ domini ī utro
qȝ fundo eſſe incipit.ut ibi dicitur & ſic no
tatur ꝙ ſicut quando fundus tuus debet ſer
uitutem fundo meo ſi dominus fundi tui
efficior & ſic uterque efficitur meus inſoli
dum quia res mea non poteſt alteri mee ſ̄-
uire ut dixi. Item ſi fundus dominans ē
cōis inter te & me pro indiuiſio poſtea fun
dus ſeruiens ſimiliter efficiť cois inter nos
extinguiť ſeruit⁹ ut dicta.l.ſi cōi fundo ꝗ
quod iuris eſt in una perſona idem in dua-
bus ar.l.que de tota de rei uen.ſec⁹ ſi ꝓprio
meo fundo & proprio tuo unus & idem fū
dus tertii ſeruiat & ipſum in cōmuni eme-
rim quia tunc ſeruitus remanebit.quoniaȝ
proprio fundo ſeruitus deberi poteſt etiā
cum per cōem ut eſt tex.in.d.l.ſi cōi fundo
de ſerui.ruſt.pre.Et circa iſtam materiam
quando unus fundus ſeruiens acquiriť uni
uel omnibus ſociis predii dominantis uel
quando acquiritur uni uel particulari.an
extinguatur ſeruitus uide glo.ordi.que ple
ne diſtinguit in dicta.l.ſi cōi fundi & ibi ꝑ
doc.& glo.in.l.unus ex ſociis.§.i.℣.placet
d' ſeruitu.ruſti.pre.& ibi per doc.& ꝑ azo.
in ſumma.C.de ſeeruitu.℣.amittuntur ſer
uitutes qui bene dicunt in omnibus excep
to eo quod in quantum faciunt differentiā
ut uoluit glo.in.d.l.unus ex ſociis inter re
demptionē & cōmunionē.Nam eſt diſtin
guēdum ſolūmodo.an dominus uel domi
ni predii dominantis efficiatur uel efficiā-
tur domi predii ſeruientis & tunc extigui
tur ſeruitus quia non ſupereſt in quo poſ-
ſit remanere.ſin ℣o pro ꝑte & tūc durat
& nō extinguitur ꝗ ſupeſt alia ꝑs ꝑ quaȝ
ſeruitus retinetur.ut.d.l.ut pomū.§.i.de ſer
uit. Item ſi heres impoſuit ſeruitutem
fundo alteri ſub conditione legato extigui
tur ſeruitus adueniente condicione ut eſt
tex.i.l.ſi cui.§.heres queādmo.ſerui.amit.
Et rō eſt quia finito iure datoris finitur ius
acceptoris ut.l.lex uectigali fundo de pig.

Et ideo ſi emphiteota uel uaſallus impoſue
rit ſeruitutem fundo emphiteotico uel feu
datario ꝙ poteſt ut.l.iii.de ſeruitu.&.c.i.§.i.
in titu.de inueſtitu.in uſibus feudorum.Et
poſtea emphiteoſis uel.feudum finiatur ex
tinguitur ſeruitutis impoſitio per dictuꝫ.§.
heres & idem dicas in ſimili ut plene dixi.
s̄.in.iii.q.principali de quo quo dic ut ibi.
Item ſeruitutes regulariter amittuntur
ꝑ p̄ſcriptionē.ſ. nō utēdo ꝑ longū tempus
hoc ē.x.annis iter pn̄tes &.xx.iter abſentes
ſi ꝯſtituta ſit ſeruitus que nō haberet tēpo-
rum interualla uel ſi iterualla dieꝝ uel noc
tium tantum uel breuioris ſpacii.ſi autem
habeat interualla annoꝝ menſium amittit̄
tempore duplicato uidelicet.xx.annis iter
pn̄tes &.xl.inter abſentes.l.fi.in prin.d̄ ſer
uitu.C.&.l.ſi ſic quemadmo.ſeruit. amit.&
hoc uidetur tenere glo.in dicta.l.ſi ſic quia
iſta eſt eius ultima opi.& hoc etiam uidet̄
tenere glo.in.l.cum notiſſimi §.fi. que inci
pit ℣bi gratia .C.de preſcrip.xxx.annorū
que dicit ꝙ iſta duplicatio habet locum in
decennali uel uicennali preſcriptione & h̄
etiam ſentit gl.antepenul.in prin.in ℣.ꝓ-
pter breuitatem tp̄ris in.c.cum eccleſia ſu-
trina de cā poſſeſſio.& proprie.que dicitꝰ ꝙ
ea que non habet cām continuam tempus
duplicatum requirunt per dictā.l. ſi ſic.Et
hanc opi.putat eſſe ueriorem Abbas ſiculꝰ
in.c.de quarta de preſcri.licet predictā glo.
non alleget. Alii dicunt ꝙ duplicat̄ tēpus
ſolūmodo.x.& non.xx.anno.& ſic i utroqꝫ
cāu preſcribitur ſpacio.xx.annorū uidelicꝫ
inter pn̄tes & inter abſentes.& iſta fuit
opi.lo.glo.per dictam.l.fi.C.de ſeruitu.quē
ſequitur glo.accur.in.d.l.fi.& bar.& bal.&
ibi cōiter doc.ſequuntur & Inno.in.d.c. de
quarta circa prin.dum iſtā opi.ultimaꝫ po
nit iuxta glo.nō.in.l.qui filium.§.ſabinus
.ff.ad treb.& per nō.per bal.i aūt.ex teſtō
.C.de coll̄.ubi dicitur ꝙ ultima opi. Inno.i
dubio eſt tenenda & hanc opi.ego etiaꝫ ſe
quor ultra tex.in.d.l.fi.Bald.etiam ibi alle-
gat rationē quia cum uigēniū ſit tempus a
lege duplicatū non debet ulterius duplica-
ri.ne fiat duplicatio duplicationis.&. pro
hoc ego adduco quod dicitur in ſimili ꝙ re
torcutio retorcutionis non admittitur ſecū
dū bar.in.l.poſt legatum in prin.i penul.
colum.in fi.℣.ſed circa predcā duo de his
qui.ut indig.Et ſic nōt ꝙ iſta duplicatio tē
poꝝ non hēt locū ultra tp̄us decimale l̄ ui
geſimale.& ſic non habet locum in preſcri-
ptione.xxx.uel.xl.annoꝝ ut eſt glo.nō.i.d.
.l.cum notiſſimi.§.fi.de preſcrip.xxx.anno
rum nec habꝫ locum in preſtatione annua
ut uult ēt eadem glo.ibi;quā ſequūtur doct.
& flo.in.d.l.ſi ſic.§.i.quemadmo.ſer. amit.
Sed nunquid iſta duplicatio temporum
habeat locum in preſcriptione decimaꝝ &
in iure eligendi uel in oblationibꝰ que fiūt
omni anno ſemel in.die dedicationis uel fe
ſtiuitatis alicuiꝰ eccleſie uel in ſeruitiis que
recipiunt̄ ab aliquo uide de iſtis omnibus
per Inno.& canoniſtas in.d.c.de quarta de
preſcrip.& per flor.in dicta.l.ſi ſic. Et ſu
per iſto articulo de duplicatione temporis
in preſcribenda ſeruitute ſic uidet̄ cōcludē
dum ꝙ aut eſt ſeruitꝰ continua ſine aliquo
tp̄ris interuallo conſtitutionis uidelicꝫ pro
mitto ꝙ tu poſſis ducere aquaꝫ uel cōtinue
quandocunqꝫ uis per funduꝫ meum & iſta
preſcribitur longo tempore uidelicet.x. an
nis inter pn̄tes &.xx.inter abſentes ut.l.ſi-
cut.C.d̄ preſcriptione ſeruitutis.Aut ſerui
tus continuam cauſam non habet ſine iter-
ualo imo diſcontinuā ex forma ꝯſtitutiōis
ſeruitutis quia habet interualla ut puta qa
nō eſt ſemper licitum ducere aquā uel ire
& tunc aut habet interualla annoꝝ uel mē
ſiū.ut puta conſtituta eſt ſeruitus ut eſtate
tantum ducatur uel uno menſe tm̄ i anno l̄
alternis annis uel alternis menſibꝰ & tunc
quia tp̄s continuum non habet duplicatuꝫ
tp̄s ut.d.l.ſi ſic.ſ.ut inter preſentes requirā-
tur.xx.anni & inter abſentes nō duplicet̄
quia ſufficiunt anni.xx.ut ſupra dixi. Item
ſi habeat interualla quinquēnii triennii uł
biēnii aut ſi tēpoꝝ ut quia omni quinquen
nio liceat una die uel pluribus buttare uel
ire ut eſt tex.nō.in.d.l.fi.in prin.C.de ſui.
ideꝫ in ſeptimana ut ſi alternis ſeptimanis
licitum eſt ire uel aquam ducere l̄ una die
in eſptimana ut eſt glo.nō.quaꝫ doc.ſequū
tur in.d.l.ſi ſic in fi.in ℣bo quotidie quēad
mo.ſerui.amit.& eam ſequitur etiā.Nic.de
mat.& Abbas ſiculus & etiā doct. canoni-
ſte in.d.c.de quarta de preſcrip.Ex quo nō.
ꝙ licet ſeruitus habens cām diſcōtinuā nō
preſcribatur longo tempore regulariter.ſꝫ
requiritur tp̄us in cuius contrariū memo-
ria non exiſtat ut habetur in.l.ſeruitutes la
grāde de ſeruitu.& dixi plene i.viii.q. pri
cipali.tn̄ perdetur per nō uſum lōgi tem
poris ſecūdū ea que s̄ dixi.Aut ſeruitus hēt

interualla dieꝝ uel horaꝝ.puta alternis die
bus aut die tota tantum aut nocte tantum
aut alternis horis uel una hora quottidie qs
ſeruitute uti pōt & tūc quia iſtud reputat̃
eſſe tempus quotidianū & una ſeruitꝰ.ſ.ha
bens cauſaꝫ cōtinuam perinde ac ſi iterualla
nō habeat nō utendo amittitur tempore ꝯ
ſtituto.ſ.longo uidelicet.x.annis iter preſē
tes &.xx.inter abſentes nec fit aliqua dupli
catio tꝑorū ut eſt tex.cum glo.in dicta.l.ſi
ſic. Sed nunquid iſta preſcriptio currat
cōtra ignorantes ſe habere ius ſeruitutis.di
cas ꝙ ſic ēt ſi ſibi non poſſit aliqua negligē
tia imputari ut eſt tex.in.l.ſi partem.§.1.ff.
quemadmo.ſerui.amit.&.l.actilicinus de
ſeruitu.ru.pre.Sed propter iſtam ignoran
tiam in integrum reſtituitur ex clauſula ſi
qua mihi iuſta cā eſſe uidebitur ut.l.1.ff.q.
ex ca.maio.ſicut quando fuiſſet impeditus
aliquo iuſto impedimento ut.d.l.actilicinꝰ
ut nōt glo.multum nō.in.d.l.ſi ſi ſic in pe-
nul.glo.in fi.& idem nō.gl.i.d.l.partem.§.i.
in ꝟ.non utendo & glo.in.dicta.l.ſi ſic loq
tur per ꝟbum forte dicens de equitate for
te ꝑ reſtitutionē ſubuenitur.& ideo dixit
forte quia dicta.l.acticilinus in qua ſe fun-
dat loquitur quando fuit impedctus tali im
pedimento aduerſus quod ſibi conſulere n̄
potuit.quia fons exaruit.Sed quando impe
ditur ꝓpter ſuam ignorātiam per dilligētē
inquiſitionem potuiſſet ſibi prouidere.iō
non uidebatur ſubeſſe tanta equitas & ꝓp-
terea glo.determinat idem ſub dubio forte
& ēſt multum nō.& ſemper allegatur.&
pro ea prouidetur.l.C.d preſcrip lon.tem.
currere ēt cōtra ignorantem quia ſuccurrit
ignoranti per reſtitutionem i integruꝫ ex
clauſula generali.& ita tenet ſingulariter
bar.in.l.1.§.ſi quis aūt de iti.actuqꝫ priua.
& Pau.de caſt.in dicta.l.ſi ſic in fine & in
dicta.l.actilicinus.& idem ſentit Specula
tor in ti.de preſcrip.ꝟſi Sed pone colonus
& canoniſte idem in.c.uigilanti de p̄ſcrip
Et hoc perpetuo tenementi pro illis cōtra
quos currit preſcriptio longi uel longiſſi-
mi temporis uel ex forma ſtatuti quia ſi
fuerint ignorantes habent beneficiuꝫ reſti
tutionis i integrum ex clauſula generali in
qua drienniuꝫ a die ſcientie iuxta.l.fi de tē-
poribus in integrum reſti.& hoc uult bar.
ſingulariter in.d.§.ſi quis aūt & i.l.ii.ad fi.
.C.ſi aduerſus uen.& pa.de caſt.in.d.l.ſi ſic
& in.d.l.actilicinus & fulgoſius in.l.iuris

ignorantia.ff.de iur.& fac.igno.in.l.ſenatus
de offi.pre.& Abbas ſiculus in dicto.c.uigi
lanti quod nota quia ſepe contingit i facto.

Et predicta ꝙ ꝑ nō uſum ꝑdatur & pre
ſcribat̃ ſeruitus procedunt in ſeruitutibus
ruſticis.ſecus in urbanis quia i iſtis nō ſuffi
cit me ſeruitute non uſum ſed requirit̃ ēt
ꝙ tu preſtes mihi impedimentum ut.l.hec
aūt iura de ſerui.ruſti.predi.ſecundum glo.
pe.in fi.in.l.ſi ſic quemadmo.ſerui.amit.&
idē tenet.Inno.Anto.de bu.& canoniſte in
dicto.c.de quarta.de preſcrip.qui dicunt ꝙ
ē differentia inter ruſticā ſeruituteꝫ & ur-
banam in hoc quia ruſtica perditur longo
tempore non utendo.ſecundum ea que ſu
pra dixi.urbana uero per longum uſuꝫ nō
perit ſed ita demum ſi uicinus uſucapit li-
bertatem ueluti ſi edes tue edibus meis ſer-
uiant ne tue altius tollantur ne luminibus
meaꝝ officiant in hoc enim cau ſi ego ꝑ ſta
tutū tempus feneſtras meas ꝑ fixas habue-
ro uel cōſtruxero ita demū ius meum amit
to ſi tu per id tempus altius ſublatas habuē
ris edes tuas.alioquin ſi nihil feceris retieo
ſeruitutem ut hec probantur in.l.hec auteꝫ
iure de ſeruitu.urba.pre.Et aduerte quia li
cet Inno.in.dic.c.de quarta dicat predicta
procedere ſecundum leges idem tamē dic
tu ſecunduꝫ canones.quia in hoc canoniſte
non reperiuntur contrarium diſpōere niſi
reſpectu eccleſie contra quā non p̄ſcribitur
niſi ſpacio.xl.annorum.unde in foro eccl'ia
ſtico & in terris eccl'ie predicta ſeruabūtur
ad unguem ſecundum abbatem ſicul'.in.d.
.c.de quarta ad fi.ſed certe nec quantum ad
eccl'iam ē differentia inter ius canonicū &
ciuile quia utroqꝫ iure idem ē quoniam in
rebus immobilibus ꝯtra eccl'iam nō currit
p̄ſcriptio niſi.xl.annoꝝ ubi de iure canoīco
.d.c.de quarta & de iure ciuili in autē.quas
actiones de ſac.ſan.Sed in uno tantum re-
gulariter eſt differentia quantum ad p̄ſcri
ptionem inter ius canonicum & ciuile qa
ius ciuile admittit p̄ſcriptionem cuꝫ mala
fide ut dicta.l.ſi quis emptionis.C.de pre-
ſcrip.xxx.annorū quod ius canonicuꝫ non
admittit ut.c.ſi.de p̄ſcrip.& in ſecunda poſ
ſeſſor.malafidei in.vi.& nō.abbas in.d.c.de
quarta i viii.colum.in prin.i hoc tamē ē ſtā
dum iuri canonico quia ē materia peccati
ut habetur in.c.nouit de iudi.& nō.i dicto
.c.fi.licet glo.ibi aliter dixerit & ſic in effec
tu iter ius canonicū & ciuile nulla uidetur

eſſe differentia regulariter in materia preſcriptionis & maxime quantũ ad ꝓpoſitũ preſcribende ſeruitutis. unde propter hoc tene omnia que ſupra dixi obſeruanda eſſe tam de iure canonico q̄ ciuili. & tam i terriſ eccleſie q̄ in terris impii. Item qui utitur ſeruitute alio tempore q̄ ſibi debeaẽ ipſã per non uſum longo tempore ꝑdit. Et ĩdo ſi is qui nocturnã habet aquã & interdum per cõſtitutum tp̄s ad amiſſionem uſus fuerit diuturna amittit nocturnam ſeruituteꝫ quia ea non eſt uſus. idem eſt in eo qui ceteris horis uſus fuerit nec illa parte earũ horarũ quaſi bis ſeruitus debebatur ut ẽ tex. in. l. ſi cõem. §. i. queadmo. ſerui. amit. Idem ſi cui uia uel actus debeatur ut uehiculi certo genere uteretur iuxta. l. modũ in prin. de ſeruitu. & alio genere uſus fuerit. s. per tp̄us conſtitutum ſeruitutem amittit tex. ẽ in. l. ſi cui uia i principio iuncta glo. in. ꝟ. ſerui queadmo. ſerui. ami. ſecus ſi quis exerceat plus iuris q̄ habeat quia non ꝑdit ius ſibi competens. quia qui facit pluſquã debeat dicitur facere id ad quod tenetur. & iõ qui amplius oneris q̄ licuerit uexerit magis & pluſquã aliud feciſſe uidetur & ſi latiore itinere quis uſus eſſet aut ſi plura iumenta egerit q̄ licuerit. aut aq̄ quis ĩmiſcuerit aliã in oĩb us iſtis caſibus ſeruitus qdeꝫ nõ amittitur ſed cõceditur plus ſuitutis habere q̄ pactus fuerit tex. ẽ i dicta. l. ſi cui uia in pri. ↄcorda. l. ſi eo loco. §. i. ſi ſerui uen. ubi dicit ꝙ ſi quis uel latiore uia uel anguſtiore uſus eſt ſeruitutem retinet ſicut ſi aque ex aqua ius habet utẽdi alia admixta uſus ẽ & etiã dixi s. in. viii. q. prin. ad fi. Et hec iura allegãtur ꝙ diuarſitas i tẽpore diuerſificat in ſubſtantia. & ſic facit reputari diuerſuꝫ. Idem ſi eſt diuerſitas i loco ut nõ. in. l. pantonius. §. rei ꝑ duellionis ad acquihere. & habetur plene per bar. in. l. denũtiaſſe. §. quid tamen de adul. ſecus ſi differret ſecundum plus & minus quia tunc non dicitur differre in ſubſtantia nec diuerſuꝫ reputari quod eſt utile ad multas q̄ſtiones.

Prima eſt ſi fiat inquiſitio uel accuſatio de crimine tanq̄ cõmiſſo certo tempore uł loco & ꝓbetur de alio tempore uel loco debꝫ ſequi abſolutio. nõ eni eſt ꝓbatum crimen intentatum ſed aliud & ideo de nouo debꝫ inquiri uel accuſari ut nõ. in. d. §. quid tamẽ

Secunda queſtio eſt ſi egi actione iniuriarũ quia percuſiſti me i facie cũ pugno & ꝓbatur de ꝑcuſſione in ſpatulis ꝙ nõn debeant obtinere ẽt ſuper probato de qua. q. uide nõ. in. d. §. quid tamen & uide plenius ꝑ flor. in. d. l. ſi cui quemadmo. ſerui. amit. & ꝑ bal. in. l. & ſi ſeuerior in. vi. q. C. de his q nõ. in fa. & per ang. in repetitione. l. ſi uacantia in. xxxiii. colum. ꝟ. ſed quero ſi inquiſitus. C. de bo. uaca. li. x. Sed iſtud fallit i tribꝰ caſibus notabilibus. Primo qñ locus uel tp̄us nõ eſſet uariabilis quia eſſet impoſſibile ꝙ ſit niſi unum. Exemplum in homicidio eiuſdem hoĩs quia tunc licet non ꝓbeẽ locus uel tp̄us in accuſatione deductꝰ ſequi debet cõdempnatio ex quo locus uel tẽpus nõ alterat ipſum factum uel penã ut notat ſingulariter ang. in. d. l. denunciaſſe. §. quid tamen de adul. Secundo fallit quando inquiſitus fuiſſet cõfeſſus delictum. ut notat idem ang. in. d. l. ſi uacantia de quo uide etiam per bal. qui uidetur aliter diceẽ in. l. qm̄ in fi. de his qui no. infamia. Tertio fallit qñ in inquiſitione eſſꝫ clauſula q̄ cõmuniẽ ꝑ bonos latrunculatores ſolet apponi uidelicet ſuper quibus omnibus & ſingulis procedere intendit ſimul & diuiſim & oĩ meliori modo quo põt &c̄. ut nõt bal. in. d. l. & ſi ſeuerior & flor. in. l. in delictis. §. ſi detracta i fi. de noxali. & ang. de are. in ſuo maleficio in glo. ſuper quibus omnibus & ſingulis in fi. & uide omnio bal. in. l. i. in princi. ultime colump. penul. carta. C. qui accuſa. quod bene nota. Tertia eſt queſtio ſi formata eſt inquiſitio uel accuſatio cum effuſione ſanguinis & probatum ſit ſimplex uulnus uel percuſſio non dedet ſequi abſolutio ſed condempnatio de ſimplici percuſſione quia tunc eſt ſecundum plus & minus & idem tu dicas in ſimili queſtione. Itẽ ſi ad plura predia non cõmunia per eundem riuuꝫ aqua ducatur dicuntur plures ſeruitutes. & ſi unus ſtatuto tempore ad fundum ſuum aquam non duxerit ſeruitutem amittit. nec per ceteros qui duxerunt ſeruitus ſua retineẽ quia ut dixi plures ſunt ſeruitutes. nec quod unus perdit alteri accreſcit. ut eſt tex. in. l. aqua in prin. queadmo. ſerui. ami. quod intellige quando utens fuiſſet uſus ſua die tantum. ſecus ſi uſus fuiſſet tam ſua die q̄ alia die qua poterat alius ducere quia tunc utens acquirit ius longo tempore ſecundũ Pau. de caſt. ibi & . bene. ſecus ſi duceretur aqua ad unum predium cõe quia unus ducendo retinet pro omnibus. ut eſt tex. i. d. l.

aquam.§.i. Item ſi is qui habet hauſtum aque ſi per tp̄us ſtatutum aquam non hauſit hauſtus ſeruitutem amiſit ac etiam iter ad fontem perdit ut ē tex.in.l.labeo ait quē admo.ſerui ami. Item ſi ſtillcidii mitēdi ius habebam in aream tuam & pmiſero tibi in ea edificare ius ſtilicidii immittēdi amito. Item ſi per tuū fundum uia mihi debebatur & permiſero tibi in eo loco per quem mihi uia debebatur quid facere.amitto ius uie ut eſt tex.in.d.l.ſi ſtilicidii i pri. eo.ti. Item ſi una eſt uia & indiuiſibilis aut tota amittitur aut tota retinetur. Sed ſi de una fiant due pōt una amitti & alia retineri ut ē caſus nō.in.l.non ſatis.§.i.cum ſeque ē eo.ti. Item ſi locus per quē mihi iter uel actus uł uia debebatur impetu flumīis occupatus eſſet per ſtatutū tempus ñ utēdo ius amittitur.ſed ceſſante impetu & fcā alluuione reſtituitur in priſtinum ſtatum ut ē tex.in.l.ſi locus in prin.queadmo.ſui. amit. Item ſi uia publica uel impetu fluminis uel ruina amiſſa eſt uicinus ꝓxim⁹ uiam preſtare debet ut eſt tex. nota in.d.l. ſi locum.§.fi.& ille tex.allegatur ꝓ notabili.ſecundum flor.ibi & bal. in apoſtillis ꝙ ſi reperiatur alicubi uia occupata.ita ꝙ per eā trāſiri non poſſit ꝙ quis pōt ire ꝑ fundū uicini & non punietur de ingreſſu & hoc tenet glo.expreſſe per illum tex.i.di.c.omnes leges in glo.fi.in fi.debet tamē ire ciuiliter per.l.ſi cui de ſeri.& uicinus debet dare uiam aliquo precio conſtituto a fiſco uel deputato.ſed non ſeruatur ſecundum glo. in.d.l.ſi locus in fi.& uerū dicit ꝙ nō ſeruatur ꝙ intellige in uia publica.ſed i priuata debet preſtari precium a priuato eam petēte per.l.ſi quis ſepulchrum đ reli.& ſump. fune.ſecūdū Pa.de caſt.in.d.§.fi. quod tenemēti ꝑpetuo quia quotidianum.

Rubrica.De ſpeciebus ſeruitutum urbanorum. C. XXV.

e Xpoſuimus hactenus de generibus ſeruitutum & de his que omnibus ſeruitutibus & ꝑſertim ruſticis & urbanis ſimul ꝯueniunt.Nunc ſupereſt ut hoc libro primo de urbanis tantum ſeruitutib⁹ & de ipſaꝝ ſpeciebus uideamus. Species ſeruitutū urbanoꝝ ſunt plures altius tollēdi & officiendi luminibus uicini.aut nō extollēdi Item ſtillicidii aduertendi in tectū uel aream uicini uel non aduertendi.Item immittendi tigna in parietem uicini.Item proiciendi & protegendi.Item etiam eſt ſeruitus ne proſpectui officiatur.Item ſeruitus luminum & cetera.his ſimilia ut eſt tex.in.l.i.ii. & iii.de ſeruitu.ur.predi.Item ſeruitus eſt ut proſpectus preſtet̄ ut.l.lumen eo.titulo & nō.azo in ſumma de ſeruitu.§.ſi autem. Item oneris frrendi ut uicin⁹ onera uicini ſuſtineat.l.eum debere columnaꝫ de ſerui. ur.pre.inſti.de ſerui.§.Item prediorūꝫ. Itē itineris ſeu aditus ut.l.ſeruitutes.§.ſi domo đ ſerui.urba.predi.&.l.iter communia predi.Item ubicunque quis concedit uel promittit aliquid pati.aut non facere in fundo ſuo urbano.uel me faciente non prohibere pro alio urbano fundo meo ubi de iure pati aut non facere tenetur uel me facientem prohibere poſſet.dicitur eſſe ſeruitus urbana quia edificiis inheret ut probatur in.l.quotiens.la.i.in fi.de ſeruitu. coniuncta.l.& ſi forte.§.& iam ſi ſerui.uen.&.l.i. cōmunia prediorum & inſti.de ſer.§.urbanorum prediorum cum ſi.ſed ubi quis nihil concedit aut permittit aliquid in ſuo regulariter non eſt ſeruitus niſi in caſibus i quibus ab ipſa lege conſtituta dicitur quando area uicini non haberꝫ aliunde uentum niſi ex illa parte ut ē cāus ſingularis in.l.fi.§.i. C.de ſer.& dixi.ſ.in.yiii.q. principali.℣.ultimo add: ſingulariter ac etiam ſicut eſt in agri natura que eſt ſemper inferiorem ſuperiori ſeruire ut ē tex.in.l.i.§.deniqꝫ ager de aqua plu.ar.& iſta eſt quaſi ſeruitus ut ē tex.in.d.l.ii.§.fi.& nō.glo.in.d.l.i.§.deniqꝫ ager.Sed qm̄ ſeruitutes urbane dicunt̄ quādo debentur a predio urbano alteri predio urbano uł a ruſtico urbano ut dixi.ſ.iiii.in diuiſione principali ſeruitutis.℣.ſed quomodo cognoſcatur & edificiis inherēt ut.ſ. proxime dixi.iō ſingulis prius dictis ſeruitutibus nominatis ꝑ ordineꝫ declaratis.poſtea ſecundum ſtatuꝫ urbani edificii domū figurando pro meliori ordine & clariōi doctrina omnes urbanas ſeruitutes declarare conſtitui.in qua quidem domo ſi quid fieri pōt aut nō poteſt declarabimus.de ſolo aut area eius primum exponendo.deinde đ pariete ſiue muro ſtillicidio ſiue tecto de hoſtio ſiue porta.de habitu ſiue itinere & introitu.de clauſtro ſeu conclaui ſeu porticu de penu.de curia.de puteo & ciſterna &

de lauello & de cloaca.de fiſtula.de fornace
& fornello.de balneo ſiū ſtufa de fumo. de
ſcalis.de ſolareo.de tigno iniuncto.de one-
re ferendo.de ponticello.de meniano.de fe
neſtra.ſiū balcōe.de camio de neceſſario ſi
ue loco cōi.de celario.de aquarolo ſiū canali
de aque proiectu.& de aqueductu.& aliaꝝ
reꝝ.de picturis.de cruſtationibus de arma
tura que machina dicitur.de ſtabulo.ḋ ſter
quilino.de materie.de lapidibus & tignis
de fouea & arboribus.& ultimo de ſepul-
chro uidebis.

De ſeruitutibus altius tollendi & officien-
di luminibus uicini. C. XXVI

d Icamus itaq; primo de ſeruitu
te altius tollendi & officiendi
luminibus uicini aut non extol
lendi.Et ſecundum ꝯam opi.
iſte ſunt due ſ͛uitutes.una eſt altius tollēdi
& officiendi luminibus uicini.i.ꝙ quis te-
neatur ad altius tollendum & officiendum
luminibus uicini.Alia eſt altius non tollē-
di.i.ꝙ non poſſit altius tollere ut eſt tex.cū
glo.in.l.i.de ſer.ur.pre.& inſti.de acti.§.e-
que in ꝯ.edes tuas tollēdi in fi.Ex quo nō.
ꝙ ſeruitutes urbane quedam ſunt affirma-
tiue quedam negatiue.ſed ruſtice omnes
ſunt affirmatiue tantum ut ire agere &c̄.ut
nō.glo.in.d.l.i.in ꝯ.officiendi in prin.quā
doct.ibi ſequuntur.Et ſi dicatur quō pōt
dici mihi deberi ſeruitus ut uicinus altius
tollat & mihi ſeu luminibus meis officiat
immo iſta uidetur eſſe libertas uicini.& ſ͛
uitus mea paſſiue.Nec uidetur poſſe dici
ꝙ mihi ſ͛uitꝰ debeat᷑ ex quo mihi & predio
meo non prodeſt imo nocet ut.l.quōr.la.i.
in prin.de ſerui. Reſpondeo ſecundum
gl.quam bar.ibi ſequitur & cōiter doc.i.d.l.
.i.in ꝯ.& officiendi ibi uel tertio dic de ſ͛.
ur.pre.ꝙ licet hoc noceat luminibus meis
& per hoc non poſſit dici mihi debita ſ͛ui-
tus actiue.tamen pōt ī aliis mihi expedirē
ut quia plures hoīes ueiebāt ad me & facie-
bāt expenſas.Ex quo nō.ꝙ aliquando īterē
noſtra non habere domum multū delecta
bilem ꝓpter amicorū cōcurſum qui ſunt
cā magni ſumptus ſicut ſepiſſime uidi eue
nire habētibus pulchras domos cuꝫ uirida
riis Sed Bar.in.d.l.i.declarat ēt aliter quo-
mō pōt noſtra ītereſſe ut uicinus altiꝰ ele
uet domū ſuā.& pone exēplum ꝓpter uē
tum.ſ.nē domus mea ſentiat uentum quia
aliquādo ē male ſanus uel ꝓpter aſpectum
quia forte tranſeuntes per uiam poſſent aſ
ſpicere ſi uia erat alta & domus mea deꝓſſa
quia ſi uicinus eſt in medio & edificet altiꝰ
euntes per uiā nō poterunt amplius in do
mo mea uidere uel mea poterit intereſſe ut
habeat᷑ lumen ex uerberatione magis q̄ ꝑ
directum.l.ſi arborem.§.interdum de ſer-
uitu.ur.pre.& nō.glo.inſti.de ſerui.§.item
prediorꝫ urbanorꝫ ī fi.in ꝯ.altius nō tollat ī
prin.Sed iſtud exemplum eſt bonū quātū
ad altius tollendi nō quātum ad officiendū
luminibus quia imo prodeſt non officeret
Item pōt poni exemplum ſecundū ang.in
.d.l.i.ut interſit noſtra ut noceat luminibꝰ
ut quia erat domus mercatoris.ſ.que tanto
lumine nō indiget.immo eis noceret ut ui
dimus in apotecis mercatorꝫ cōiter & maxi
me uenetiis apud uellutarios. Item poteſt
poni aliud exemplum cōſuetudo ē uel ſta-
tutū ut nemo poſſit edes ſuas uel turres ha
bere leuatas niſi uſq; ad certam menſuram
inuito uicino iuxta nō.per gl.que habetur
de ſtatuto florentie in.l.qui luminibus de
ſerui.ur.pre.in.l.i.C.de edifi.priua. Vicinꝰ
cōceſſit mihi ꝙ poſſim altius tollere nocer̄
luminibus ſuis.certe ſi tollerem altiꝰ & eiꝰ
luminibus nocerem & uicinus me prohi-
beret poſſem agere actione confeſſoria ut
mihi liceat edes meas uel turres altius tolle
re & ſibi nocere quia ſeruitus uicino eſt im
poſita & mihi ꝑ pactum acquiſita cōtra ſta
tutum uel cōſuetudinē.Et in hoc exemplo
ſeruitus dicit᷑ deberi actiue uolenti edifica
re ī aliis ꝯo exemplis paſſiue. Item poteſt
poni exemplum altius tollendi quia quis te
nebat᷑ tenere edificiū altiꝰ & onera domus
mee ſubſtinere iuxta.l.eum debere colum
nā de ſer.ur.pre.licet in alio noceret.ſ.lumi
nibus meis.& hoc exemplum ponit glo.in
ſti.de acti.§.eque in.ꝯ.edes ſuas tollende ī
fi.ſed huic opy.quod ius altius tollendi &
officiendi ſit ſeruitus.Ob.ſecundum Odof.
& Ang.in.d.l.i.de ſerui.ruſ.pre.quia non
reperit᷑ ſeruitus affirmatiua.per quaꝫ quis
compellat᷑ ad aliquid faciendum.l.quotiēs.
la prima de ſeruitu.cum in eis ꝯtatur aut
nō fieri aut pati ut ibi.ſ̄.dixi ſuſtinēdo iſtā
opinionē dicas ſecundū Ang.in.d.l.i.uerū
eſſe ꝙ nō principaliter ſed ī cōſequentia ſic
.l.eum debere columnā de ſer.ur.predi.&
dicit quod credit Odof.illa ſenſiſſe & bene

uel ſecundum exemplum ultimū de onerē
ferendo quod ſupra dedi ceſſaret iſtud con
tarium & per dictam.l.eum debere colū
nam &.l.& ſi forte.ff.ſi ſerui .uendi. poteſt
etiam eſſe ꝙ ius altius tollendi & officiēdi
luminibus uicini ſit libertas & non ſerui
tus uidelicet quē poſſe & non teneri altius
tollere & luminibus uicini officere ut.l.al-
tius .C.de ſeruitu.ius eſt ꝙ dicitur libertas
& non ſeruitus & ita debet intelligi glo.in
.l.i.de ſuitu.urba pre.que appellat iſtud iꝰ
libertatem Et ſic no.ꝙ iura prediorꝝ nō ſo-
lum ſunt ſeruitutes ſed libertates & ꝓpte
rea multe leges poſite in titulo de ſer.ur.
pre. loquuntur deliberatē defendenda de
qua pl'ra uidebitis in declaratione domus
.ſ.proxima figurata.ſed teneri ad altius tol
lendum & officiendi luminibus uicini iſtđ
ē ſeruitus de qua loquitur.d.l.i.& n̄ ē liber-
tas ſecundū Odo.ibi quē ſequitur Ang.&
Pa.de ca.& doc.& bene ut patet ex his que
.ſ dixi.Cetrra circa iſtā ſeruitutē & liberta
tem altiꝰ tollēdi & officiendi luminibꝰ ui-
cini.Vide que dicam in queſtione ſequēti
& plenius dicetur de pariete ſiue muro &c̄

Rubrica de ſeruitutibus altius non tollen
di C. XXVII.

e St & alia ſeruitus altius nō tol
lendi ut.l.i.de ſerui.ur.pre.& i-
ſti.de act.§.eque &.l.altius &.l.
edibus.C.de ſerui.cum ſy. intel
ligendo ꝙ de neceſſitate non poſſit altius
tolli ſed ſi de uoluntate quis non tollat poſ
ſꝫ tamen ſi uellꝫ iuxta.d.l.altius.tūc nō dice
retur ſeruitus altius nō tollendi .ſed libtas
ſicut de ſeruitute & libertate altius tollendi
dixi ſuper hac.q. Quedam ſuitutes mihi
occurrunt que utiles ſunt. Prima ē nūqd
ille qui debet ſeruitutem altius non tollēdi
poſſet ſaltim alte edifficare. uidetꝛ ꝙ ſic qa
uerbum altiꝰ eſt comparatiuum ergo alte n̄
ꝓhibetur.ſed dic contra ut ē tex.cuꝫ glo.nō
i.l.loci corpus.§.pe.i ꝟſi.altius ſi ſerui.uen.
quam tenet Albe.de roſate in dicta.l.altius
.C.de ſerui.ante fi. Secunda.q.eſt an ille
qui debet ſeruitutem altius non. tollendi
poſſit habere arborem edificium ſupra eaꝫ
latitudinem.Et dicas breuiter ꝙ ſic ut eſt
tex.apertus.in.l.edificia de ſer.urba.pre. &
probatur in.l.quod aūt eo.ti.& poterit per
cōſequens ēt uiridaria facere ultra eam lati
tudinem ut eſt tex.in.d.l. edificia dūmodo
ſeruitus nō ſit de proſpectu quia tunc non
poſſet ut ibi .Et ſic nō ꝙ plantatio arboruꝫ
nō ē contra ſeruitutē altius non tollēdi qa
aliud eſt edificare aliud arborē ponere ut ē
tex.ut ibi nō.bal.& doct.in.d.l.quod autem
ſed plantatio arborꝝ bene ē cōtra ſeruitutē
ꝓſpectus uel luminū ut.d.l.edificia &.l.in-
ter ſeruitutes ꝟ.quodcunqꝫ.igitur đ ſerui.
urba.pre.&.l.arborem in prin.e.ti.& adde
quod dicaꝫ in ſeq.q. Tertia.q.ſi debes mi
hi ſeruitutem altius non tollendi cum hac
cōditione ne luminibꝰ meis officiatur quo
mō itelligātur hec ꝟba.Dic ꝙ cum illa ad
iectio fiat ꝑ modū acceſſorii regulatꝛ a pri-
cipali ut in regula acceſſoriuꝫ in vi.& itelli
gitꝛ ne officiatur altius tollendo & ideo ad
huc poteris arbores ponere & uiridaria ha
bere licet officias luminibus quia non offi-
cis altius edificando ut eſt tex.in.d.l. ꝙ aūt
iuncta.l.precedenti.ꝟ.ueluti ſi edes de ſer.
urba.pre.Si aūt illa adiectio. apponeretur
copulatiue per copulā.& ſy.& eque princi
paliter puta promittis mihi ſeruitutē altiꝰ
nō tollendi & ne luminibus domus mee of
ficias tunc eſſent due ſeruitutes.& nō poſ-
ſes ponere arbores & uiridaria facere quia
licet per hoc nō facias cōtra primaꝫ ſeruitu
tem altius nō tollendi tamen diceris facere
cōtra ſecundā.ſ.ne luminibus officias. & iō
poſſem te ꝓhibere per tex.in.d.l. edificia ī
fi.&.l.inter ſeruitutes ꝟ.quodcūqꝫ igitꝛ de
ſer.ur.pre.& ita tenet Pau.de caſt.in.d.l. e-
dificia quod perpetuo tene mēti ut ſcias di
ctare inſtrumenta huiuſmodi ſeruitutum.

Quarta queſtio ē an requratꝛ ꝙ ſemper
ſeruitus altius nō tollēdi per uiciuū impo-
natꝛ.Et uidetur ꝙ ſic quia regulariter cuili
bꝫ licitum eſt edificare domū ſuam uel mu
rū ēt ſi officiat luminibus uicini ut ē tex.in
dicta.l.altius.C.de ſerui.& in.l.ſi edibus eo
dem ti.& in.l.cum eo.& in.l.pe. đ ſerui.ur.
pre.& habetur in.l.qui luminibus eo.ti.&
i.l.altius ſi ſeruitus uen Tu tamē dicas qđ
ī duobus caſibus reperitꝛ eſſe cōſtituta i po
iure a lege.Primus ē qn̄ area non haberet
uentum aliunde niſi per locū ī quo uicinus
edificare uellet ut ē caſus ſingularis in.l.ſi.
.§.i.de ſerui.& dixi.ſ.circa principiuꝫ ſpērꝝ
ſeruitutū &.ſ.in.viii.q. principali. Secū
dus caſus eſt qn̄ ꝑ cōſuetudinem uel ſtatu
tum eſſet itroductū ꝙ quis nō poſſit edifi
care niſi uſqꝫ ad certam altitudinem & nō

ultra in uito uicino ut habetur per glo.ī.l.i.
.C.de edifi.priua.& in.d.l.qui.luminibus &
dixi in ſeruitute precedenti.& uide que di-
cā in ſequenti.q. Quinta queſtio eſt an
ſtatutum loquēs ꝙ nullus poſſit altius ele
uare ſeu tollere edificium ſuum ſi per illud
noceat uicini luminibus an ſtatutum liget
forenſeꝫ cuius ē domus que debet altiuſ tol
li. Et dicas ꝙ ſic qm̄ iſtud ius eſt deſcendēs
ex re ideo ligatur ſtatuto loci ubi res eſt ut
probatur in.l.ſi uendito.§.ſi cōſtat cōia pre
di.& nō.in.l.an ī totū.C.de edifi.priua. & ī
.l.cunctos populos.C.de ſum.tri. Et quod di
xi de ſeruitute altius non tollendi ut ſtatu-
tum loquens de ea liget forenſem. idem di-
cas in qualibet ſeruitute urbane uel ruſtica
qm̄ ius ſeruitutis deſcēdit ex re & rei. cohe
ret ut.l.i.cōia pre.& inſti.de ſerui.§.predio
rum urbanorum per predicta & per nō.in
.d.l. conctos populos. Reliuqua circa iſtā ſ̃
uitutem altius non tollendi uide infra de
pariete ſiue muro.

## De ſeruitute ſtillicidii auertendi & ſtillici dii non auertendi. C. XXVIII.

s Vnt & alię due ſeruitutes urba
ne una ſtillicidii auertendi.i. di
riuandi in tectum uel areaꝫ ui
cini. Nam poſſe facere cadere a
quam de tecto meo ſuper tectum tuum ſer
uitus eſt.alia eſt ſeruitus non auertēdi ſtil-
licidii ut eſt tex.in.l.i.de ſerui.ur.pre. ſicut
ſūt due altius tollendi & nō tollendi ut.s̄.
proxime dictum eſt. Et intellige ſtillicidii
nō auertendi.s.mei in domo mea in tuam
.i.non īmittendi de neceſſitate quia tunc ē
mihi ſeruitus ſed intelligeretur nō auertē-
di in domo mea in tua eſſet libertas & non
ſeruitus ut dixi de ſeruitutibus altius nō tol
lēdi & iſte ſeruitutes ſūt urbane.ēt qñ con
ſtitutum eſt ut poſſim auertere ſtillicidiū
meū in areā tuā que ſit p̄dium ruſticū qa ī
ſpicitur p̄diū cui ſ̃uitus debetur que ab eo
debet denoīari quia dignius eſt ex quo eſt
dominans ut eſt tex.cū glo.in.d.l.i.§.aream
de ſer.ur.pre.de quo dixi.s̄.in.iiii.q.princi-
pali ſeruitutū.ꝯ.ſꝫ quomodo cognoſcatur.

Circa iſtam ſeruitutem ſtillicidii auer-
tendi declaremus aliquas.q.utiles quotidia
nas. Prima.q.eſt pro intelligentia quid
eſt ſtillicidium. Et dic ꝙ ē illud qđ ſtillat
& iterdū cadit directo & interdū ñ ꝓpter
uentum. Sed flumen dicitur quod directo
cadit & maxime ſuper decima de ſerui.ur.
pre.l.ſeruitutes.§. ſtillicidium ibi ideſt ꝑ
ſtillicidio flumen & eſt tex.inſti.de ſerui.
.§.prediorū urbanorū ibi ut ſtillicidiū uel
flumen recipiat & ibi hoc nō.glo. Itē ali
quādo dicit̃ ſtillicidium domus cui ſeruitꝰ
debetur ſtillicidii & ita capitur ī.d.§. ſtilli-
cidium ſecundum unā expoſitionē glo.ibi

Item dicit̃ ſtillicidium ſeruitus ip̄a ſtil
licidii & ita accipit̃ ī materia noſtra & ī.d.
.l.i.de ſeruitu.ur.pre.& nō.glo.in dicto.§.
ſtillicidium. Secunda queſtio An quis
regulariter poſſit diuertere aquam ex ſuo
ſtillicidio ſupra ſtillicidium uł areā uicini
Et dic ꝙ uidet̃ ꝙ nemo poſſit dirrigere ſtil
licidium ſuum ſupra tectum domus uicine
depreſſe uel ſuper aream uicini ſi ſeruitus
īpoſita nō ē ut ē tex.ī.d.l.i.de ſerui.ur. pre.
ibi ſtillicidium auertendi & ibi hoc nota.
doc. unde ego habēs huiuſmōi ſtillicidium
niſi ſeruitus impoſita ſit poſſum compelli
per uicinū ad faciendū aquam tecti noſtri
deriuare per illū locū. puta ponēdo que re
cipiant aquam iuxta tectum meum & eaꝫ
mittā ī ſtratam publicā per dictā.l.i. Et eſt
ratio quia domus uel area uicini regulari-
ter debet eſſe libera uſque ad celum.l.alti-
us.C.de ſeruituti.cū ſy. Tertia queſtio ē
ſi aqua ſtillicidii uicini cadit iure ſeruitu-
tis ſupra domū meā uel areā ꝑ tegulas que
cupi uulgariter nuncupantur an poſſiꝫ fa
cere ꝙ cadat per uiā unius canalis lignei uł
lapidei.uel etiā canalis exiſtētis ſuꝑ cupis.
Dic ꝙ nō quia aqua groſſior caderet ſeu caſ
ſitaret ut eſt tex.nota.cum glo.in.l. ſeruitu
tes que in ſuperficie.§.an ex tegula de ſerui
tu.ur.pre.quod nō.contra multos qui habēt
ſeruitutē ſtillicidii ꝑ tegulas.& faciūt unū
canale ad quod tota aqua ſtillicidii decurrit
quia nō poſſunt. Quarta.q.ē uicinꝰ me-
ut habet ſeruitutem ſuper aream meam uł
tectum domus mee ꝑ duos pedes. an poſ-
ſit ultra producere ſeu extendere. & dicas
ꝙ nō quia ī noſtro magis inciperet cadere.
& ī alio loco caderet ſtillicidiū q̃ in quo im
poſita ē ſeruitus. Sed retro duci pōt quia le-
uius in ſeruitute nobis debita facere poſſu
mus non acrius qm̄ certum ē meliorē con-
dicionem uicini fieri poſſe deteriorem nō
poſſe niſi aliud noīatim ī ſeruitute interpo
nenda mutatum ſit ut ē tex nota.in.l.ſerui.
que in ſuperficie.§.ſtillicidiū.ꝯ.eadem cā.

de ſer.ur.prē. Quinta eſt.q.an habens
ſeruitutem ſtillicidii acquiſitam poſſit alti
us tollere uel eleuare uel deprimere murū
uel edificium ſuper quo habet ſtillidiuʒ ca
dens ſuper domo uel area mea. Dic breui-
ter ꝙ eleuare uel altius tollere pōt depri-
mere non pōt ut eſt tex.notabilis i.d.§. ſtil-
licidium in principio qui aſſignat hāc rōeʒ
Nam leuior fit ſeruitus quādo tollitur ſtil
licidium altius cuʒ hoc ꝙ ex alto cadit leui
us cadit.& interdum nō ꝑuenit ad locum ſ̄
uientem ſed quando reprimitur fit grauior
ſeruitus.i.pro ſtillicidio flumen qď ꝺclara.
Nam ideo fit grauior ſeruitus ſtillicidii ſē-
per cum minus cadit ab alto & leuior cum
altius cadit quia aque caſſitatō depreſſa ad
pl'ra loca ui uentoꝝ diuerti nō pōt.ſed ſēp
caſſitat in eundem locū & facit ibi flumen
& deſtruit aliquando aream uicini.& ortū
ſi in eo cadit & ideo grauius damnificauit
predium ſeruiens.ſed caſſicatio aque pro-
cedens ex alto ui uētorū qn̄qʒ ad unum lo
cum qn̄qʒ ad aliū aquā ducit nec facit cōcur
ſum aqurū imo qn̄qʒ aqua non uenit ad lo
cū ſeruiētē.& ꝓpterea tunc dicitur minus
offendere ip̄m.& ideo meliorē cōditioneʒ
uicini facere poſſum deteriorē non iſta eſt
intentio.d.§.ſtillicidium quē caſum ſingu-
lariter no.& tenemēti.quia contra deciſio-
nem dicti.§.dixit mirande memorie domi
nus Thomaſius eques de aretio īterrogat⁹
a domino Paulo de aretio iuriſ utriuſqʒ doc
interrogatus in publica diſputatione quaʒ
fecit idem.do.Thomaſius padue de quo li-
cet rōem hanc ſolam allegauerit quia forti⁹
cadit ex alto q̄ depreſſo.Potuiſſet ēt alia rō
allegari quia maior comoditas uidetur eſſe
loci ſeruientis ꝙ cadat ex loco depreſſo ma
gis q̄ ex alto.ergo uidetur ꝙ poſſit depri-
mi & nō tolli per.d.§.ſtillicidium in fi. qm̄
ſi ex alto cadit ꝓpter uentum nulla qn̄qʒ
pars ſoli ſub ſtillicidio remanet tecta cum
effectu quia aqua cadit ubiqʒ & ſic non pōt
ibi in area ſua ſtillicidio qcq̄ collocari ꝙ tu
tum ſit ab aqua.Item quia nec comode pōt
ſtari uel iri per areaʒ ſub illo ſtillicidio qď
nō eſſet ſi caderet ſtillicidium directe ex lo
co magis depreſſo.Item ēt quia ex loco ma-
gis alto magis occupatur lumen aree quam
per locū depreſſū. Item potuiſſet alia rō
aſſignari ſi paries ſeu murus ſuper quo eſt
tectum ſeu ſtillicidium eſſet cōis quia quā
to cadit aqua altius ꝓpter uim uentoꝝ ma
gis indirecte cadit ut ē tex.i.d.§. ſtillicidiū
in prin.Et ideo aqua ſepe diſcurrit ꝑ pariē
tem ſiue murū & ipſum corrumpit maxiē
ſi ē paries ligneus qď non euenit & ſi aqua
ex loco depreſſo directo caderet.Vnde tol-
lendo altius uidet̄ facere deteriorē condici
onē fundi ſeruientis & deprimēdo deterio
rem ar.d.§.ſtillicidiū in fi.Vnde ex his pa-
tet ꝙ deciſio Pauli iuriſcōſulti i.d.l. ſeruitu
tes que ex ſuperficie.§.ſtillicidium de ſerui.
urba.pre.Et nō miranduʒ ſi dominus Tho
maſius uir preclariſſimi ingenii in ea erra
uit & ꝓpterea cauendū ab huiuſmodi acti
bus publicis de quolibet quia ſunt pericu-
loſi maxime quando quis uult ponere fal-
cem ī meſſem alienaʒ contra id quod ſcri-
ptum ē in.l.& habet̄.vi.q.iii.c.i.& i.c.uene
rabilem extra de elec.& in clem. paſtoralis
§.rurſus i fi.de re iudi. Sexta eſt queſtio
quis habet ſeruitutem ſtillicidii ſibi debitā
ſublatum eſt edificium ſiue corruit ex quo
ſtillicidiū cadit.an per hoc ītelligat̄ extīcta
ī totū cū effectu ſeruitutis ſtillicidii.Et dic
ꝙ non q̄a remanet ī habitu.& ideo ſi ſtilli-
cidium reponat̄ cuʒ ſtillicidio idē edificiū
eſſe cenſetur quantum ad ſeruitutes reales
puta ſtillicidii.licet nō quantum ad ꝑſona
les ut ē tex.in.l.ſeruitutes que i ſuperficie.§
ſublatum de ſerui.ur.pre.& ītellige ꝙ per
iſtaʒ reedificationem ſeruitus ſtillicidii nō
erit eadem fere que primo erat ſed reſtitui
tur ipſo iure a.l.ut eſt tex.in.d.§. ſublatum
ꝟ.pars ibi ſed nō ē ita i reali que reſtituit̄
& hoc ꝓbatur ex tex.ibi dum dicit ut idem
ītelligat̄ quod ꝟbum ītelligat̄ eſt uerbum
fictionis ut ē tex.in.l.heres quandoqʒ de ac
qui.here.& in.l.qui a ſeruo de actio.& obli.
& habet̄ per Bar.in.l.i.in prin.de no.ope.
nunci.& per Bal.in.l.qm̄ de his qui no.iſa.
& hoc ēt probatur in.l.ſi te de ſerui.ur.pre.
& iſta reſtitutio & fictio ꝙ intelligat̄ ideʒ
edificium qď uere non ē & eadem ſeruitus
procedit ꝓpter utilitatem ediuʒ ut ꝓbatur
in.d.§.ſublatum ibi utilitas exigit.& ita nō.
ibi ang.& bal.in ti.de pace ꝯſtantie i.iiii.co
lum.ad fi.Et intelligo utilitatem edium.ſ.
publicam ut ibi.Ex quo ſequit̄ ꝙ pro iſta
ſeruitute reſtituta actio directa non ꝯpetit
ſed utilis quia nō ē uere illud idem edificiū
cui ſeruitus impoſita eſt ut eſt tex.cuʒ glo.
ī ꝟ.utilis in.d.l.ſi teſtō & nō.glo.i.d.§.ſub
latum in prin.de quo dic ut plene no.i.l.in
ter ſtip.§.ſacram de uerbo.oblig.Et ex hoc

etiam ſequitur illud quod ſeruitus acquiſita ſuperficiei itellgitur acquiſita ēt ſolo quia non extinguitur deſtructa uľ extinta ſuperficie ſecundum Pau. de caſt. in. d. §. ſi ſublatū qď intellige cum effectu ut dixi & de hoc dic ut habetur i. l. iii. de ſer. ſed bene intelligitur extincta ut dictum eſt. Quod aūt dixi ſeruitutem reſtitui repoſito edificio itellige qñ reponitur i eadem ſpecie & qualitate alias ſecus quia tunc non reputaretur nec itelligeretur idē edificiū ut ē tex. i. d. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum & rō. ē qa illď qď differt i ſpē ľ qualitate nō pōt dici idē i ſubſtātia ſed diuerſuꝫ ſecus ſi hēbeat i plus uľ minus quia tunc eſt idem in ſubſtantia ex quo eadem ſubſtantia manet ut plene dixi. s. in .x. & ultima queſtione principali. ꝟ. & hec iura allegantur & ꝓpterea non attenditur mutatio partium ſicut in noſtro corpore dicimus ut. l. ꝓponebatur đ iudi. & d. §. ſi ſublatum inducitur ad queſtoinē ſecundū doc. ꝙ licet deſtruatur monaſteriū nō tam eius priuilegia deſtruūtur quando deſtruitur de facto ſecus ſi de iure ut per Inno. in. c. ex iniūcto extra de no. ope. nunc. dic ut ibi ꝑ eum & canoniſtas & per eundē Inno. in. c. abbate in ultima columna de ꝟbo. ſigni. & per Bal. in. d. titulo de pace conſtan. in. iiii. colum. ubi etiam allegat dictum. §. ſi ſublatum. & per Flor. in. l. uſufru. quibus mo. uſufruc. amitta. que omnia notanda ſūt. Septima queſtio eſt Vicinꝰ meus habet ſeruitutem ſtillicidii aduertendi in aream meam quod ſtillicidium ꝓtenditur ſuper aream meā per duos pedes an ego poſſum edificare in area ubi caſſitare cepit ſtillicidium & in hoc tex. uidentur eſſe contrarii. Naꝫ tex. in dicta. l. ſeruitutem que in ſuperficie. §. ſeruitus dicit expreſſe ꝙ non. & textus in eadem. l. finali in fine uidetur dicere contrarium ſecūdū gl. in. d. §. ſeruitus ſoluit dicēs ꝙ edificare non poſſum ſi uolo recipe ſtillicidium & ita loquitur ille. §. ſeruitus Sed ſi ſtillicidiū recipe uolo tunc edificare poſſū & ita loquitur. d. § fi. in fi. Et ex hoc concluditur ꝙ dominus predii debentis ſeruitutē ſtillicidii pōt ibi edificare dummodo ſtillicidium uel ſeruitutem ſtillicidii debitam nō impediat imo eam ꝛcipiat. & ita cōiter doc. tranſire uidentur cū illa gl. Ego aūt aliter itelligo illa iura. nā tex. in. d. §. ſeruitus edi dicit ꝙ ſi edi impoſita eſt ſeruitus ſtillicidii non licet domino aree ſeruientis ibi edificare ubi caſſitare cepiſſet ſtillicidium. Iteꝫ in §. fi. eiuſdem. l. qui incipit i area i prin. idem dicit uidelicet qď ille qui uult edificare in area in qua ſtillicidium cadit poteſt edificium ꝓducere uſqꝫ ad eū locū unde ſtillicidium cadit & ſic i hoc ꝯcordāt. & itelligo iſtos duos tex. ꝙ qui debet ſeruitutem ſtillicidii nullo mō poſſit edificare in area ubi caſſitare incipit ſtillicidium ſeu ubi ſtillicidiū cadit. ēt ſi edificando uellem ſtillicidiū recipe quia qualitas mutaẜ & loci qualitas ſeruitutem debentis inſpiciẜ facit ad hoc qď dixi i .q. precedenti & hoc aperte ꝓbatur ꝑ tex. in. d. §. fi. propter dictionem. ſed & ſi. ibi poſitam que diuerſificat i facto & i iure ut i. l. & ſi lege in prin. ff. de peti. heredi. & nō. i. l. qui uſumfruc. de uerbo. ob. & in. c. ſollicitudinem in fi. de appel. Et ideo cū i fi. ibi dicat ꝙ poſſit edificari dum tamen ſtillicidium recte recipiaẜ ꝑſupponiẜ ꝙ ſecus ſit i caſu precedēti alias dictio ſed & ſi ibi poſita nō diuerſificaret principiū a fine qď dicenduꝫ non ē. Et aduertendum ē ꝙ dicunt illa iura niſi caſſitare cepit. ſeu niſi ſtillicidiuꝫ cadit quia per hoc apparet ꝙ nō debet iſpici per tectus tignorū ſtillicidii ſed locus i quo cadit aqua ſiue ſit ultra ſiue citra ut ēt probaẜ i. l. fi. §. fi. ibi ſtillicidii rigore de ſeruitu. ur. pre. in. §. aūt i fi. l. l. ſeruitutes in fi. q. ꝑ ꝯtrario allegaẜ ponitur alius caſus diuerſus uidelicet ꝙ ſi in meo edificio cadat ſtillicidiū uicini ſupra mihi edificare cōcediẜ dūmō ſtillicidium recte recipiatur nam ibi iā erat edificatum & facilis extollitur id quod eſt edificatum ar. eiꝰ quod diciẜ i ſimili ꝙ i habentibus ſimꝫ bolū facilius ē tranſitꝰ ut nō. in. l. ſi nō ſortem. §. ſi centū de ꝯdi. inde. facit ēt ꝙ habetur in. l. ſi unus. §. pactus ne peteret ꝟ. in ſpē de pac. & ꝙ ille. §. fi. ita debeat intelligi patet manifeſte ex dictione ſꝫ & ſi ibi poſita ut ſupra dixi ꝙ bene nota quia licet doc. uideātur aliter itelligere & nō aliter declarare. tamē puto hunc eſſe uerū intellectum illorū iuriū & adde quod dicam in. q. ſequēti. Octauo. q. eſt quid ſi ſtillicidium cui debetur ſeruitus auertēdi i aream uicini ꝓtendit ultra parietē ſupra areaꝫ uicini per medium pedē & caſſitat in areā uicini ēt per mediuꝫ pedem uel circa. an uicinus poſſit edificare i illa area uſqꝫ ad illum locū ubi caſſitat. & ſic uſqꝫ ad mediū pedeꝫ prope mutuū domini predii dñantis & uideẜ ꝙ ſic ꝑ tex. in. d. l. ſeruitutes. §. ſeruitus

edi &.§.fi.i prin.de ſerui ur.pre.ubi uidet᷑
eſſe tex.i.l.fi.fini.regun.que uidetur eſſe lex
greca que incipit ſi quis ſepem.que dicit ſi
quis uult edificare murum prope fundum
uicini ſepem derelinquat de cuius intellec-
tu dicam īfra de pariete ſiue muro.Ego pu-
to ꝙ dictus.§.ſeruitus edi.& ad.§.fi.debeat
intelligi & limitari ſecundum.l.fi.prealle-
gatam.& econtra.d.l.fi.debeat intelligi ſecū
dum.d.§.uidelicet ꝙ ſi ſtillicidium preten-
dit ſe niſi per medium pedem non poſſit
edificari per uicinum uſq; ad illum mediū
pedē ēt ſi aqua ultra nō caſſitaret quia eſ-
ſet cōtra.d.l.fi.fini.reg.non enim eſſet equū
ꝙ dn̄s fundi debentis ſtillicidiū ſuſtinere
eſſet melioris cōditionis q̄ ille qui nullā de
bet ſuitutē ī fundo ſuo.Et ideo ſi ille q hēt
fundum ſuum liberū nō pōt edificare mu
rum niſi diſtet a regione uicini per pedem
uel ſi uult edificare domum p duos pedes
ut.d.l.fi.multo magis deberet diſtare ille cu
ius predium debet ſeruitutē ſtillicidii reci
piendi debebit ergo hoc caſu diſtare edifi-
cans murū per pedem uel domum p duos
non a regione uicini.i.non a termino fūdi
uicini ſed a ſolo quatenus ꝓtendit ſtillici-
dium & caſſitat unde ſi ſtillicidiū ꝓtēdert
ꝟſus aream uel ortum edificantis & caſſita
ret puta per tres pedes edificans murum d᷑
beret ultra dictos tres pedes q relinquunt᷑
ꝓpter.d.l.ſeruitutes.§.ſeruitus edi.&.e.fi.in
prin.de ſerui.ur.pre.ēt relinquere unum
alium pedem & ſic quatuor pedes in totū
a fundo cōuicini.uel ſi uult edificare domū
deb; relinquere duos pedes & ſic hoc caſu
qnq; ī totū & idē dicas in ſi.Et ita alias obti
nui in quadam cā uerone cōtra quedā epiſ
copum de nicaſola & ita fuit iudicatum ex
cōſilio triū doctiſſimorū iuriſcōſultoꝝ qđ
nota quia fuit cōſideratio mea.& credo ꝙ
ſit ueriſſima maxime intelligendo ꝙ qua-
tenus rigor ſtillicidii pretendit ſup fūdo ui
ni eatenus terrenū ſeu ſolū inferius ſit dn̄i
predii dominantis ut uidetur eſſe caſus i.l.
olimpico.§.fi.de ſer.ur.pre.de quo dicam ī
ſequenti.q.Nam hoc caſu non haberet du-
bium.d.l.fi.fini reg.Sed ut dixi etiā ſi illud
terrenum eſſet domini fundi ſeruiētis pu-
to eſſe idem dicendum per ea que.ſ.dixi &
qa ita fuit qđ ſingulariter tenemēti. No
na.q.cōuenienter ſequitur ſi uicinus meus
hēt ſtillicidium domus ſue cadēs ī fūdo uł
orto meo uel ī area extra muꝝ domus ſue
uerbi gratia per duos pedes an fundus uel
area eatenus quatenus ſe ꝓtendit rigor ſtil-
licidii ſit uicini uł mei.& uidetur ꝙ ſit uici
ni cuius ē ſtillicidiū ſupiꝰ p.l.fi.§.fi. de ſer.
ur.pre.ꝑ ques tex.dixit ibi flo.ꝙ ſtillicidia
que ſupra domū de iure demonſtrāt quan
tum ſit proprietas loci inferioris & idē di-
xit ibi Bar.uidelicet qđ ſtillicidia que ſunt
ſuperius uidentur quodāmodo ſignificare
ꝓprietatem loci inferioris.& idem uidtur
uelle bal.in conſilio ſuo.xxii.quod icipit ſta
tuto caue᷑ ꝙ tenens arma in domo.Sed ſi
iſtud ē uerū debet limitari niſi ꝯſtaret uici
num meū habere ſeruitutem ſtillicidii qa
tunc apparet ꝙ iſtud ſtillicidiū haberet nō
ꝓpter dn̄ium ſoli quod eſſet inferius ſed ꝓ
pter ſeruitutem appoſitā que ſeruitus non
extenderet᷑ ad dominū ſoli inferioris & hꝰ
ꝓbatur in.l.ſeruitutes de ſer.ur.pre.§.ſtil-
licidium ꝟ.eadem cā ibi quia in noſtro ma
gis incipit cadere &.§.ſeruitus edi ibi domi
no ſeruientis aree de ſerui.urba.predi.Item
eſſet limitandū niſi ſtillicidiū fiat ſupra uia
publica uel loco publico quia locus īferior
ſub ſtillicidio non efficit᷑ domini ſtillicidii
Poſſet tamen aliqd poni uſq; ad ſtillicidiū
ut.d.l.&.§ 1.de ſerui.ur.pre.quā quidem in
telligunt ī hoc tamē cōiter ſeruāda eſſet cō
ſuetudo loci per.l.an in totū.C.de edifi.pri
ua.Et adde ꝙ dicam infra de clauſtro uel cō
claui.& porticu. Sed nunquid in dubio
habēs antiquū ſtillicidium ſupra areā uel
domū meam preſumatur habere iure ſerui
tutis uel iure dominii ex eo ꝙ ſolū inferius
pro rigore ſtillicidii dicat᷑ ſuum credo eſſe
ꝯſiderandum quis poſſideat locū qui ē ſub
ſtillicidio.Nam ſi ego dominus aree poſſi-
deo illum locum inferiorem puta ſi ē ortus
ipſum ibi colo & arbores habeo uel ꝯtineo
res meas ſub ſtillicidio & preſumam tunc
uicinū habere ſtillicidium iure ſeruitutis
tantū & locum inferiorem eſſe meū. Ad
uerte tamē quia memini licet edificare ſub
tus grundaria quatenus rigor ſtillicidii &
tignorū ex certa uia deſcendit ſi ſtillicidii
caſſitatio impediri poſſit ut.d.l.fi.& ibi hoc
nō.Ang.& doc.de ſer.ur.pre. Si uero uici-
nus qui habet ſtillicidium poſſideret locū
inferiorem ſub ſtillicidio tunc preſumam
nō iure ſeruitutis quia ſtillicidiū ad hoc n̄
tendit.ſed quia ſolum quod eſt ſub ſtillici
dio ſuum eſt niſi illa poſſeſſio eſſet iure fa
miliaritatis.ut.ff.de acqui.poſ.l.iure familia

ritatis. Et ideo ĩ hoc põt eſſe cautus domin⁹
aree ut ſtet in poſſeſſione etiam illius par-
tis aree uel orti que ẽ ſub ſtillicidio ũicini
& ita al's ↄſului cuidã amico meo. ſed ſi neu
ter poſſideat quia locus ẽ ſterilis uel aquo
ſus ul' aliter ĩutilis. & tunc diſtingue. aut tẽ
pore quo fuit factum iſtud ſtillicidium do
mus uel area mea & domus uicini erant di
uerſarum perſonarũ uel iurium aut eiuſdẽ
perſone ul' iuris. Primo caſu quando erat di
uerſarum perſonaꝝ & tunc illo tẽpore erat
tota area domus mea uel auctoꝝ meoꝝ &
non licebat uicino ĩmittere ſtillicidium ut
nõ. in. l. altius de ſer. & iõ ſi miſit uidetur ĩ-
miſiſſe potius iure ſeruitutis q̃ domini niſi
aliter probetur. Nec eſt aliter credendũ ꝙ
ego l' auctor meus uoluerim faciendo ĩmit-
ti ſtillicidium ẽt ſibi concedere ſolũ ar. l. ſi
mihi eo tempore de ſer. ur. pre. qa act⁹ agẽ
tiũ nõ debent oꝑari ultra ĩtentionem eorũ
. l. non oĩs ĩ pri. ff. ſi cer. pe. Secundo caſu qñ
erat unius perſone tantũ ſicut ſepe contin-
git qñ unus hẽt amplam domũ facit ſtillici
dia unius partis domus cadere ſuper alia p
te. & poſt ea legat ul' uendit unã ꝑtẽ de il-
la domo ul' ſi ſunt plures fratres habentes
domũ Et poſtea eã diuidũt inter ſe & uni
euenit una ꝑs domus que hẽt ſtillicidium
& alteri alia ꝑs que aream ſub ſtillicidio &
tunc dic idem ꝙ uidetur eſſe impoſita ſerui
tus uendẽdo legando ul' diuidendo ut ſuſti
neat onera ꝑmanentia. quia tũc tempore di
uiſionis ul' legati uel uenditionis ſubſtine-
bat ut ĩ. l. ↄclaue de dam. ĩfec. & nõ. ba. in. l. i.
circa finẽ de ſerui. lega. & habetur per doc.
ĩ. l. ꝙ ↄclaue. Et ex hoc ↄcludi poteſt ad m'-
tas. q. nunquid ſit licitum facere ponticellu3
ul' caſſellam neceſſarii uel tubam ſiue cap-
pam camini in dicto muro quatenus ſe ex
tendit rigor ſtillicidii ul' facere feneſtram l'
foueam ul' ferratam in area mea quia ſi ſo-
lum quod eſt ſub ſtillicidio eſſ3 domini ſtil
licidi tunc poſſet fieri tanq̃ in ſuo. l. altius
. C. de ſer. alias nõ. De hiis tamẽ plenius di
cam in ſpẽ iſta ſuper domo per me figura-
ta. Decima & ultima. q. eſt ſi domus tua
debet domui mee duas ſeruitutes una ne. al
tius tollentur alia ut ſtillicidium edificiorũ
meoꝝ recipere deberet & tibi conceſſero
ius eſſe ĩuito me altius tollerẽ edificia tua &
ſic remiſſerã tibi ſeruitutẽ altius nõ tollẽdi
an per hoc uideatur tibi cõceſſiſſe ut poſſis
tollere q̃tũcunq3 ius ita ꝙ ẽt nõ tenearis re
cipere ſtillicidia mea & dicas ꝙ non qa illa
cõceſſio ſeu ĩmiſſio ĩtelligit' dummodo reci
pias illam ſeruitutẽ ſtillicidioꝝ meoꝝ ut ẽ
caſus in. l. ſi domus de ſer. ur. pre. & eſt rõ
quia ille ſeruitutes ſunt diuerſe & ſeperate
unde renuntiãdo uni alteri renuntiaſſe nõ
uideat' & ideo ui ſeruitutis retente habeo
adhuc ius ꝓhibẽdi & ad hoc ſemper allega
tur. d. l. ſi dom⁹ ꝙ ĩtellige quãdo una remiſ
ſa altera neceſſario nõ ĩtelligit' eſſe remiſſa
quia ẽ penitus diuerſa ut ẽ ĩ caſu ꝓpoſito. ſe
cus ſi una remiſſa neceſſario intelligeret' re
miſſa alia. Exemplum in caſu ecõuerſo ſi ẽ
remiſſa ſeruitus ſtillicidii nõ recipiendi nã
licet hoc caſu uideatur eſſe remiſſa ſeruitus
altius non tollendi ut nõ. glo ĩ. d. l. ſi domus
quam doc. ibi ſequuntur & ꝓ hoc. l. ſi mihi
in eo tempore de ſerui. ur. pre. & eſt tex. in
. l. ſed interdum de aqua plu. ar. & facit. l. ii.
de iuriſdi. om. iudi. cum ſy. & d. l. ſi dom⁹ al-
legatur ꝙ quãdo ſunt iura diuerſa & ĩuice3
nõ depẽdentia licet tollat' unũ tamẽ alteꝝ
nõ tollit' pro hoc. d. l. ſed interdum ſed ſi de
penderent adinuicem ſecus ut uult gl. ĩ. d. l.
ſi domus que eſt nota. & pro hoc. l. nec is. §.
. i. de acqui. heredi. ubi repudiata hereditate
ab iteſtato ex teſtamento repudiata uidet'
ſine qua repudiatione prima ſtare nõ poſ-
ſet ut ibi & . l. illud eo. ti. Item allegatur ad
alias. q. quas ibi uide per Bal. & Ang. & doc
to. Sed contra ꝑdicta uidetur eſſe tex. in
. l. ſi ſtilicidii quemadmo. ſerui. amit. ubi di
citur ꝙ ſi ſtillicidii ius habeam ĩ areã tuam
& ꝑmiſſerim tibi ius ſtillicidii ĩmittendi a
mitto. Sed ſolue quod in. d. l. ſi domus de
ſer. ur. ꝑ. erant due ſeruitutes iõ una r̃miſſa
altera ñ tollit' qa põt oꝑari ĩ illa reĩſſa ut. ſ̃
declaraui. Sed ĩ illa. l. ſi ſtillicidii erat una ſ̃
uitus tñ & ideo ad hoc ut ꝓmiſſio l' ↄceſſio
edificandi ĩ area poſtea facta aliq̄d oꝑetur
illa ſeruitus ſtillicidii que ſola erat ĩtelligit'
eſſe remiſſa. & ꝑdictis adde que dicam ĩfra
de ſtillicidio ſiue tecto.

## Rubrica de ſeruitutib⁹ ſtillicidii nõ aduer tendi. C. XXIX.

p Oſtquam de ſeruitute affirma-
tiua ſtillicidii aduertendi dixi
mus cõſequens ẽ ut de alia ſer-
uitute negatiua ſtillicidii non a
uertendi aliqua breuiter uideamus. Et im
primis ſciendum eſt ꝙ iſta ſeruitus nõ ad

uertendi intelligitur ꝙ ille qui habet ſtil-licidium ſuum ſuper domum meā nō poſ-ſit auertere ipſum ad domū ſuā ita ꝙ nō ca dat in mea & ſic eſt ſeruitus paſſiua ex pte ſtillicidii hñtis ſi de neceſſitate diuerteret ipſum non pōt in domum ſuam & dicitur eſſe ſeruitus actiua ex pte eius in cuius do-mū cadit. Sed contra hoc opponitur qa immo uidetur ꝙ iſta non ſit ſeruitus paſ-ſiua ex parte habentis ſtilicidium. nec actia ex parte alterius imo totum econtra. Nam ꝙ totum ſtillicidium tuū cadat i domū meā regulariter eſt tibi utile & mihi damnoſuꝫ ut dixi in precedenti ſeruitute. Et ego i cuiꝰ domo ſtillicidium cadit ſeruitutem pati di-co. Item non uidetur poſſe dici ꝙ ſit ſerui tus mihi debita ex quo non intereſt mea im mo eſt mihi damnoſuꝫ ut dixi. l. quotiens in prin. de ſerui. Sed reſponde ꝙ hoc debet intelligi quando eſſꝫ mihi utile ꝙ aqua ſtil licidii tui cadat in domo uł curia mea. puta ꝓpter ciſternā mea que repleri debet ex a-qua tui tecti. & hoc modo intelligit iſtaꝫ ſe-ruitutem glo. in. l. i. in uerſiculo. & officiēdi in. fi de ſer. ur. pre. quā doc. ibi ſequunt̃ Itē poſſet poni exemplum ſi haberem ortum magnum cuꝫ domo ꝯiunctum uel prata ſi tientia & intereſt mea ꝙ aqua ſtillidii uici-ni cadat in domum meam cū eā ducendi ad ortum pel pratum irrigandum & idē i ſi. dicas & facit ad hoc ꝙ dixi. ſ. de ſeruitute. altius tollendi poſt prin. Et ex his nō. ꝙ ut quis ſit obligatus tenere ſtillicidium ſuū ut cadat in domum quia mihi expedit pp aq̄ ciſterne mee uel propter ortum ł prata mea irriganda dicitur eſſe ſeruitus ſtillici-dii non auertendi ut ēt. ſ. in prin. declaraui

Circa iſtam ſeruitutem dubitari poſſet ſi ſtillicidiū eſſet fractum i aliqua parte pu ta eius canale per qđ aqua ducitur ł tegule rupte quis teneatur reficere & cuiꝰ expen ſis dic ꝙ ille cuius eſt ſtillicidiū q debꝫ ꝓut probarur i. l. & ſi forte. §. ēt ſi ſerui. uen. & i . l. eum debere columnaꝫ de ſer. ur. pre. Sed nunqđ ſtillicidii dominus poterit cogi per eum i cuiꝰ domū caſſitat ad ipm reficiendū dicas ꝙ ſic ad eū modū quo erat tp̄e ſeruitu tis ipoſite per tex. in. d. §. ēt ubi eſt caſus nō. Item nūqđ ſi totū ſtillicidiū corruit an poſ ſit ille qui ē dominus ſtillicidii cogi ad re-ponēdum ſeu iterū faciendum dictuꝫ ſtilli cidium ad eū modū quo erat tp̄e ſeruitutis impoſite ita ꝙ aqua ex eo poſſit in domum meā caſſitare ſicut prius expenſis ſuis dicas ꝙ ſic tex. ē nō. in. l. eū debere columnā in fi. de ſer. ur. pre. Hec de ſeruitute ſtillicidii nō auertendi dixiſſe ſufficiat.

## Rubrica de ſeruitute tigni immittendi. Cap. XXX.

q Vinta ē ſeruitus tigni imitten-di in parietem uicini ꝓ cuiꝰ de claratione. primo ſciendū eſt ꝙ appellatione tigni i. l. xii. ta. om ne materie genus ſignificabatur ex qua edi ficia fiunt ut eſt tex. in. l. tigni de ꝟ. ſigni. & . l. adeo. §. cum in ſuo ad fi. de acqui. re. do. & inſti. de re. diui. §. cuꝫ i ſuo ſolo. & ita omneſ tigni materia continetur ut eſt tex. in. l. ti-gni. in prin. ad exhiben. & tegulas & lapi-des & cementa & calcem & areā & c̄. ſi qua ſunt edificii ſubtilia appellatione tigni de tigno iniuncto facit. l. ferri. §. fabros de ꝟ. ſi gni. Sed & in uineis tigni appellatione oīa uineis neceſſaria cōtinet̃ puta ptice & pe damēta ut ē tex. i. d. l. i. i fi. & pali etiam uent unt qui in numero materie redigende ſunt ſicut ptice. l. pali de le. iii. Tigna auteꝫ ad te gendū dicta ſunt ut dicit tex. in. d. §. tigni.

Secundo uidendum ē an ſit licitum imit tere tignum in fundo uicini. Et regulariter dicatur ꝙ non niſi ſit impoſita ſeruitꝰ ut. l. quemadmo. §. per tectum ad. l. acqui. & ibi per omnes doc. & . l. ſi uicem. §. ſi ad ianuam & ibi Bar. ꝙ ui aut clam & . l. ſed ſi inter me in prin. de ſer. ur. pre. Nam non debet quis regulariter in alieō aliquid facere ut. l. quoſ dam in. C. de metal. & met. li. xi. & nō. glo. in. d. §. ſi protectum. Tertio queritur qđ ſi per aliquem immittitur tignum in fundo meo & ſic alieno an poſſum illud propria auctoritate tollere uel icidere & itelligo in fundo. i. tāgendo ipſum. l. i. §. in flumine de flumi. l. is qui. §. i. iuncta. l. ii. §. i. de religi. ubi probatur ꝙ dictio in requirit actum. Et ui-det̃ ꝙ nō quia regulariter nemo debet ſibi ius dicere propria auctoritate nec facer̃. l. i. . C. ne quis in ſua cau. & . l. extat ꝙ me. cau.

Item quia ē in quibuſdam caſibus ſpeāle ut liceat ꝓpria auctoritate uindicare. l. i. & . ii. C. quando li. uni. ſine iud. uin. ergo i aliis uidet̃ eſſe cōtra ius cōmune. l. ius ſingulare & . l. quod ꝟo de leg. Sed dicas contrariū ut eſt caſus in terminis. & nō. in. l. quemad-mo. §. ſi ꝓtectum i fi. ad. l. acquil. & ibi hoc

notant doct.& in.l.ſi uitēm.§.qui ad ianuā
& ibi hoc tenet Bar.ꝙ ui.aut clam & idem.
Bar.in.l.1.§.interdictum uti poſ. quibus ad
de omnino que dicam plenius infra in vi.
.q. Quarto queritur an tigna qs poſſit
immittere muro ſeu pariete cōi & uidetur
ꝙ non quia in re cōmuni potior ē cōditio
ꝓhibētis.l.ſabinus cōi diui.l.an unus ſi ſer.
uen.In cōtrarium uidetur tex.ī.l.in re cōi
ibi neque prohibemus de ſer.urba.pre.& ī
.l.ꝙ dictum eo.ti.Tu dic aut loquimur de
antiquis tignis que primo inerant & nō ē
dubium ꝙ poni poſſunt ſecundū Ang.in.l.
quidam yberus in fi.iii.colum.℣.ſimiliter
reſtat uidere de ſer.ur. pre.quia nihil ino-
uatur nec fit contra ius ſocietatis.Et iō qn̄
alia tigna eiuſdem cōionis in locum aliorū
tignoꝝ ſupponerent quia ſubrogatū ſapit
naturam eius ī cuius locuꝫ ſubrogatur.l.eū
.§.q iniuriarū ſi quis cauti.& hec ēt ꝓbātur
in.l.ſeruitutes que in ſuperficie in prin. de
ſer.ur.pre.iuncta.l.eum debere colū.i fi.eo.
ti.Circa quod adde que dicam in ſequenti
.q.in ſimili Aut loquimur de nouis tignis
mittendis & intelligo ēt in aliis ꝑtib⁹ mu-
ri q̄ in illis ī quibus erant tigna antiqua &
tūc ꝑtes cōmunis eſt cōiter queſitus ut ſub
ſtineat onera utriuſq; & pōt imitteere un⁹
ſocius altero īuito ut eſt tex.in.l.ſi edes cuꝫ
gl.cōi diui.& no.glo.magna.circa prin.ibi.
Item fallit quando ob hoc ipm in.l. ſabinus
e.ti.q̄ uult ꝙ ſocius pōt uti re cōi ad uſuꝫ dē
ſtinatum ēt īuito altero ſocio quādo ob hoc
ipm ut tale op⁹ fiat ē in cōi queſita.Idem ſi
ita q̄ſit⁹ dūmō ſit deſtinatus paries ad ſub-
ſtētādum onera utriuſq; & ꝑmiſſionē tali
uꝫ tignorū non noceat parieti neq; uicino
eo ꝙ aptus ē ad onera ſupportanda al' ſec⁹
.d.l.ſi edes &.l.cuꝫ duobus.§.mella pro ſo.
& melius probatur i.l.cuius edificiū de ſer
uitu.ur.pre.& ī.l.in ꝑiete.cū ſe.de damp.in
fec.& nō.per dy.in regulis in re cōi in.vi.
& per Ang.in.d.l.quidam yberus.Et ꝙ di-
xi qn̄ paries ē actus ad onera ſupportanda
ut poſſit unus ſocius tigna imitere. intelli-
ge nō iura ſeruitutis ſed iure cōionis ut ha
betur in dictis iurib⁹ & ī.l.p ꝑietē de ſ.ur.
pre.& nō.glo.ī.d.l.ſi edes & ī.d.l.ſi ſabinus
& ang.in.d.l.quidam yberus aut cōis ꝑies
non ē actus dictis oneribus ferrēdis nec ad
ea ferrenda queſtiōe ſed forte delectatione
ſocioꝝ quia unuſquiſq; ex parte ſua habet
clauſuꝫ pro ſeculari capella ut quottidie ui
demus ī capellis magnioꝝ uiroꝝ.& tūc non
ē licituꝫ noua tigna mittere per que pictu
re deſtrui poſſent aut delectatio ſocii dn̄ii
dicta.l.ſabinus cū gl.cōi diui.nō tamen hec
ītelligas in eo qui ex pariete ſuo parietem
fregiſſet ut uellet in ea parte mittere tigna
quia negari nō pōt ex quo paries ad onera
ferenda deputatus ut.d.l. quidam yberus
.§.qui parientem & ita Ang.nō. ibi ī prin.
d.l.in penul. colū.i.fi.qd' nō. Quinto
quero quis dabet muꝝ ſeu parietē ꝓprius
iuxta edes ſeu domū ſui uicini et paſſus ē
ꝙ uicinus poſuerit ī eo muro aliqua tigna
tacite nichil dicēdo ul' dicēdo cōcedo tibi ꝙ
hec ligna mittere poſſis in muro meo an il-
le uicinus poterit me domino inuito remit
tere alia noua tigna.dic ꝙ non eſt caſus nō.
in.l.ſi cum meus in prin.ſi ſerui uen.& idē
dico ſi paſſus ſum facere feneſtram eo mō
quo ē quia aliā uel alias īuito me dn̄o facere
non pōt eadem rōne īmo ī eo etiam poterit
detrahendo tigna primo ꝯceſſa alia ſuppo
nere quia ſufficit ſi cui uel in paucis &c̄. ut
.C.de neg.geſ.l.tutori ſecundum glo.ualde
no.ī.d.l.ſi cū meus ī prin.ī ℣.noua.& idem
de feneſtra quod ē ualde nō.ſec⁹ ſi domin⁹
dixiſſet concedo tibi ſeruiturē tigni imittē
di uel feneſtram faciendi non addendo nu
merū qa tunc poſſꝫ quecunq; tigna & fene
ſtras quot uoluerit facere uel dicit glo.nō.ī
.l.ſi cum meus in prin.ī ℣.cum huās ꝑalle
ga. Sed do.Pau.de caſt.ibi uidetur tenere
cōtrarium/uidelicet ꝙ ubi non uult augere
numerū ſed uult ī loco ueterū tignorū alia
ſubſtituere ꝙ pōt quia alia reputant̄ ut.l.
filie de condi.& demo.ī.§.a ticia & ī.l.ſi do-
natio.§.ſi ſponſus de dona.inter uiruꝫ.Ego
aūt iſta materia puto plenius ſic eſſe diſtin
guendum.Aut ego permiſſi nil ꝑmittēdo
uel cōcedendo aut ꝑmiſſi uel conceſſi ut tu
poſſis mittere tignuꝫ in muro meo.Primo
cāu principali aut ꝑmiſſio eſt facta d̄ certo
& ſpāli tigno.aut generaliter de omnib⁹ ti
gnis aut ſpāliter.Primo cāu qn̄ ꝑmiſſio eſt
facta de certo & ſpāli tigno Et tunc iterum
ſubdiſtingue.Aut permiſſi ſeu conceſſi ꝙ
tu non poſſis mittere niſi unum tignū tale
& ꝙ non poſſis imponere aliud.l' eius loco
ſupponere ſeu ſubrogare.tunc nō habet du
bium ꝙ ſeruitus eſt limitata ad illud tm̄ ti-
gnum & ſic nec ī alio loco nec ēt ī illo eodē
impōi poterit quia limitata diſpoſitio limi
tatum ꝑit ſiue producit effectū ut.l.ī agriſ.

de acquiren.re.do.aut promiſſi ſeu conceſſi
ꝙ tu poſſis imponere tale tignum tantum
in muro meo ſine ꝓhibitione alteriꝰ expreſ
ſa cã.& tunc iterũ ſubdiſtingue aut ẽ expſ-
ſa cauſa ꝓpter quam illud tignum imponi
poſſit.aut non.ſi eſt expreſſa cã.exemplum
promitto uel ꝯcedo tibi ꝙ poſſis imponer̄
tale tignum in domo mea cã.domus tue ſu
ſtentande & tecti & tũc teneo ꝙ uideatur
inpoſita ſeruitus illius tigni tm̃ in eodem
loco ꝑ dictã.l.ſi cum meus ĩprinci.ſi ſerui
uẽ.Sed ꝙ poſſit aliud ſupponere ſeu obliga
re in eodem loco donec durat domus uel te
ctum & non ultra nec ob aliam cauſam.qa
finita cauſa cõceſſionis uel priuilegii.finit̃
ĩpa conceſſio uel priuilegium.ut.l.ticia.§.
uſuras & uide qoud ibi non.bar.de.le.ii.&.
ideo ſi tibi ꝯceſſi ut poſſis imponere tignuꝫ
uel tigna domo mea uel muro cã edificandi
domũ tuam puta pro armatura que machi
na dicitur.& tunc edificata domo tua non
poteris unq̃ amplius dicta tigna uel alia ĩ-
ponere.Et idem ſi conceſſi ꝙ poſſis ĩponer̄
tignum in muro meo cã ſuſtinendi uites
tuas.nam uite cõſumpta ſeruitus extingui-
tur.& idem dicas in ſy.ſed ſi ꝓpter tectuꝫ
ſuſtinendum licet tectum corruatur tamẽ
poterit tectũ reficere quia debebitur ĩ eodẽ
loco tm̃ eadem ſeruitus tigni.quia reputat̃
eſſe idem tectum.ut eſt tex.i.l.ſeruitus que
in ſuperficie.§.ſi ſublatum de ſer.ur.pre.de
quo dic ut plene dixi de ſerui.ſtillicidii aꝟ
tendi in vi.q. Et idem dicendum eſt in
domo quia deſtructo tecto & pariete pote
rit iterum reficere.& debebitur eadem ſer
tus.quia reputabitur eadem domus ex qua
remanſit primum ſolum quod eſt maxima
ꝑs domus.ut ẽ tex.cũ glo.i.d.§.ſi ſublatum.
Sed ſi cã ꝓpter quam cõcedit̃ tigni ĩ miſſio
nõ eſt expreſſa.ſed ego concedens ſciebam
ex qua cã uolens tignum mittere.& tunc di
cendum eſt idem ut ĩ cãu precedẽti.uidelicꝫ
ꝙ cã tacita ẽ cõſideranda ſi durat uel nõ.qa
tacitum & expreſſũ ĩ hoc equiꝑantur.l.cuꝫ
quid ſi cer.pe.ſi aũt nõ apparet ꝙ ego ſciue
rim ob quã cãꝫ uolebas tigna ĩmittere.& tũc
ſi poſtq̃ edificaſti & tignuꝫ inpoſuiſti.puta
cã domus tue ſuſtinende & tacui nec ꝯtradi
xi & tunc conceſſiſſe uideor quod ĩpoſueris
tignum ob illã cam ar.d.l.ſi cũ meus in pri
.ff.ſi ſerui.uen. coniuncta glo.& nõ in.l.
quedam mulier de rei uen.ſed ſi neſciui ob
quam cãꝫ tignum ĩponere uolebas in muro

meo & poſtq̃ ſciui contra dixi puta qa ego
promiſi tibi ut tigna ĩponeres ĩ muro meo
credens ꝙ tu uelles imponere ꝓ armatura
cã edificandi domũ tuã & nõ ut ſtent per
petuo & tunc quid ĩ dubio dico ꝙ inſpiciẽ
dum ẽ quod ꝟiſimilius eſt.aut qđ ĩ huius
mõi caſibus plerunqꝫ fieri ſolet ut ẽ tex. in
.l.in obſcuris de regul.iuris poſt mediũ ti.
Et iõ ſi illa cõceſſio eſſet facta dato aliquo
precio ex illa quantitate poterit iudicari an
intellexerit ꝙ tignum ꝑpetuo remãeat uel
ad tempus ar.gl.nõ.in.d.l.in obſcuris & in
.l.i.§.qui ſuperficiem in uer.agendi in fi.de
ſuꝑfici.& in.l.ſemper in ſtipulationibus đ
reg.iuris & ubi nõ.ſed ibi non apparet qđ
ſit ꝟiſimilius uel quod plerunqꝫ fieri debꝫ
& tunc in dubio iterpetratio fieri debet cõ
tra ꝓferentẽ.hoc ẽ cõtra euꝫ pro quo & ad
cuius utilitatẽ proferunt̃.l.ueteribus & ibi
nõ.ff.de pac.& nõ.bar.in.l.ſepe de ꝟ.ſigni.
Secundo caſu quãdo eſt facta ꝓmiſſio ge
neraliter de omnibus tignis.& nõ habet du
biuꝫ quia uerba generalia generaliter ĩtel-
ligi debent de omnibus & ꝑpetuo.l.i.§.&
generaliter de legatis preſtan.& in.l.ĩ frau-
deꝫ in fi.de teſta.mili.& .xviii.di.ſi roma-
norũ & habet̃ in.c.qñ nemini de cõiugio
leproſorũ. Tertio caſu qñ cõceſſio facta
ẽ ſimpliciter aut ẽ facta de tignis mittendiſ
ſine numero & tunc teneas indiſtincte qđ
poterit quecũqꝫ tigna ĩponore & ſuſtiner̄
ut.s.dixi per glo.in.d.l.cuꝫ meus in princi.
in ꝟ.humanas ſi ſerui uen.Aut eſt facta đ
numero uel de uno ſimpliciter exemplum
concedo ꝙ tu poſſis imponere unũ ul̕ duo
tigna.& tunc numerũ augere nõ põt.caſus
ẽ in.d.l.ſi cum meus in prin.ſed ſi non uult
augere numerũ ſed ſupponere aut ſurroga
re aliud uel alia eiuſdem conditionis & gl.
ibi tenet ꝙ nõ ꝑ id quod dicit̃ ſufficit ꝙ in
paucis.&c̃.per.l. tutori.C. de neg.geſ.Pau.
de caſt.in.d.l.ſi cum meus dixit contrariuꝫ
quia ſurrogatũ.&c̃.ut.s.dixi ego puto ꝙ in
hoc ſit dicendum per oĩa ſicut.s.dictũ eſt ĩ
primo caſu uidelicet ut cõſideret̃ cã expreſ
ſa ſiue tacita aut quod ẽ ueriſimile.ãt quod
plerũqꝫ fieri ſolet & in dubio ſit iudicandũ
pro illo qui ſeruitutẽ promiſit. Secundo
caſu principali qñ nullã ꝓmiſſionẽ ſeu con
ceſſionem feci ſed uicinus meus impoſuit
tunc unum uel duo tigna in muro meo &
ego tacui & tunc dicas ꝙ alia imponere nõ
põt in alio loco eiuſdem muri uel alterius

tigni tex.eſt in.d.l.ſi cum meus ſi ſerui. uẽ.
Sed nunquid aliud tignum ſupponere
uel ſurrogare poſſit & tunc idem dicas ꝙ ꝓ
xime dixi in tertio caſu precedente in fi. Et
ideo ex predictis tu qui uis complacere ui-
cino tuo quia forte frater uel amicus ẽ ut ali
qua tigna imponere poſſit in muro tuo ꝓ-
prio.ſis caut⁹ ut fieri facias inſtrumentum
& in eo dicas concedo ꝙ poſſis talia tantuꝫ
tigna imponere in muro meo.& non alia ł
ꝙ unã feneſtrã tantum uel duas.& nõ alias
uel aliter uolueris ſecundum ea que.ſ.dic-
ta ſunt. Nam ſi inſtrumẽtuꝫ non fieret &
aliqua tigna apparerẽt uerterentur dubiat
tiones de quibus ſupra dubitaretur ẽt ſi pp
illa tigna murus eſſꝫ communis.de quo uid
quod dicam infra de pariete ſiue muro. ubi
hoc examinabo.uidelicet an tigna imiſſa fa
ciant preſumi muruꝫ cõmunem.an ꝯo im
miſa ſint tantum iure ſeruitutis ubi omni-
no uide. Sexto quero quia dictum eſt an
uicinus poſſit immittere tigna in muro al-
terius uicini.& ſic tangendo ipm̃ murum
ł an poſſit imponere non tangendo murũ
alienum. Sed protendendo ſupra locũ alie-
num uel cõem uel publicum.& breuiter d
alio dicas ꝙ non ut ẽ caſus i.l. queãdmoduꝫ
.§.ſi protectum ad.l.aquil.&.l.i.de ſerui.ur.
pre.in ꝯ.protegendi & ibi ang. De cõi ideꝫ
.l.ſi duo.§.labeo uti poſ.& ibi hoc nõ. bar.
ubi ꝙ non licet facere profelum uel ponti-
cellum ſuper plateolã cõmuneꝫ inter plurs
conſortes de publico loco. Idem quia mlto
minus licet ut eſt tex.in.l.fi.in prin.ibi ꝓte
gendi de ſer.titulo generali.de quibus om-
nibus dicas ut plene examinabo infra de ſ
uitu.protegendi & infra de ponticello &
ponte. Septimo queritur .an ſit licitum
propria auctoritate euellere uel deſtruere
tigna imiſſa in muro meo proprio uel cõi
uel i publico.uł ẽt protendentia in meo uł
cõi uel publico & de iſta.q. uide tex. & ibi
docto.in.l.queãdmo.§.ſi protectum ad.l. ac
quil.& per tex.& bar.i.l.ſi uitẽ.§.qui ad ia-
nuaꝫ ꝙ ui aut clam.& in.l.i.§. iterdum i.ii.
colũ.ff.uti poſ & in.l.i.§.i.de ai bo.cedẽ. &
in.l.i.& ibi per.gl.& doc.C.de interdic.& p
flo.in.l.i.§.i.de ſer ur.pre.& per lodo.põta.
in quodam ſuo ſingulari quod icipit. nũqd
ueniam puniendus & per Inno.nõ.& p ca
noniſtas in.c.i.de imunita.eccłie.& uide q̃
dixi circa.iii q. Diſtingue plenius & cla
ri⁹ ultra alios doc. Et primo duos caſus ꝓci
paleſ.aut loquimur de tignis imiſſis ita qđ
rem alienã tangant.aut de protendentibus
ſuper alieno ita ꝙ nõ tangant alienum. Pri
mo caſu principaliter diſtingue aut mittũ
ť i loco alieno i totũ puta i meo ꝓprio aut
in cõi aut in re ſeruitutem debenti uel ali-
quod ius aut i publico. Primo caſu qñ mit-
tiť uel edificať in alieno qđ ẽ alteri⁹ ꝓpri
um & tunc aut ille qui ẽ dñs non poſſidet
illud in quo tigna miſſa ſunt & nõ põt pro
pria auctoritate deſtruere & nõ.bar.in.l.i.
§.nunciatio circa pri.de no.oper.nũ.& flo.
in.d.l.queãdmo.§.ſi protectum ad.l.acquil.
aut dominus poſſidet & tunc aut poſſidet
iſolidum aut pro parte. Si poſſidet iſoliduꝫ
poſſet ꝓpria auctoritate incidere uel dſtru
ere & reſiſtere cõtra impedientẽ nec requi
ritur pretoris ſeu iudicis aditio aliquo mõ.
ut ẽ caſus quia ita debet intelligi in.d.§.ꝓte
ctum & i.l.ſed ſi iter me i prin. ſecundum
unã lectu.glo.ſingularis de ſer.ur. pre.& i
.l.ſi duo.§.Item uideam⁹ &.§.labeo uti poſ.
& ibi hoc nõ.bar.& in.d.l.i.§. nunciatio cir
ca prin. Et hoc opatur comodũ poſſeſſioniſ
quia attribuit facultatem domino poſſiden
ti poſſe reſiſtere ꝓpria auctoritate quod ñ
eſſet ſi non poſſideret ſecundum flor.in.d.
.§.ſi protectum facit ad hoc inſti.de inter-
dic. Et ideo ſi aliquis fabricaret murum uel
erigeret ſepem uel aliquid faceret in fundo
meo proprio ipſum tangendo poſſet pro-
pria auctoritate deſtruere ac ẽt penit⁹ euel
lere. Et rõ ẽ qa illud ꝙ ẽ edificatũ in meo p
me poſſeſſo ſolo meo cedit uel.l. adeo.§. ex
aduerſo.de acqui.re.do.& inſti.d reꝝ diui.
.§.ex diuerſo cum ſi.& nõt.Inno.in c.i.ad fi.
de imunita eccleſie & ſic uideor deſtruere
id quod meum eſt & non alterius & eſt rõ
fundamentalis quã etiam ponit flo.i.l.i.§.i.
ante fi.de ſer.ur.pre.nec per hoc poſſꝫ accu
ſari de uiolentia uel perturbatiõe quod nõ.
eſt quia quotidie de facto continngit. Et
predicta itellige qñ nõ ſolũ dñs inſolidum
poſſidet edificãs non ſolũ tꝫ neqꝫ poſſidet
ſed ẽt qñ edificãs erat detentor & dominus
põt quia idem erit.uidelicet quod dominus
poterit propria auctoritate deſtruere ut ꝓ
batur in.l.ſi ſeruus.C.ꝙ cũ eo.& ibi hoc nõ
doc.& hoc idem tenet bar.in.d.l.i.§.nuntia
tio de no.op.nũ.idem ẽt ſi edificãs poſſide-
ret naturaliter & dñs ciuiliter quia domi-
nus poterit auctoritate propria ſimiliter d
ſtruere ſi idebite edificatum eſt ut.l.uſufru

ctuarius nouum tectum d̄ uſufr.ē̄ius quod
nō.in.l.ii.C.de iure emphi.Idem ſi ſuꝫ do-
minus & poſſideo naturaliter tm̄ & alius q̄
edificat tantum ciuiliter poſſideat ſecundū
bar.in.d.§.nuntiatio.Item predicta itellige
ꝯ̄a.ēt.ſi edificans in re cōi imitteret ī alium
locum proprium ſocii quia ſocius cuius eſt
locus in quo edificatum uel imiſſuꝫ eſt ꝓ-
pria auctoritate deſtruere poſſꝫ.ut ē caſus
ſingularis in.l.ſed ſi iter me & te ī prin. ibi
aut rem ꝑdere ſm̄ unā lec.glo.de ſer.ur.p̄.
Item predcā itellige non ſolū in dn̄io direc
to ſed etiā in dominio utili.ſicut ē ēphiteo-
ta uel feudatarius aut ſupꝰficiarius qm̄ pōt
deſtruere propria auctoritate ꝓpter iꝰ ſuū
utilis dominii ar.l.in prouintiali.§.fi.d' no.
op.nun.& tenet bar.in.d.§.nūtiatio.Et pre
dicta omia dum dixi ꝙ quis poſſit deſtrue
re uel euellere imiſſum in locm ſuū.ꝓpriū
limita ut locum habeant in rebus ꝓfanis ſe
cus in religioſis.& ideo nō habet locū in ſe
pulcro puta ſi quis ſepeliret corpus ī ſepul-
cro meo fauore religionis ut eſt tex.in.l.oſ-
ſa in prin.de religi.& ibi nō.per bar.in.d.§.
nūtiatio.Iteꝫ predicta oia limitātur ut locū
habeant in imiſſis manu ſeu opere artificia
li.ſecus ſi nō eſſent miſſa tempore artificia-
li ſed nature ſicut ſunt radices que ex natu-
ra creſcentes que imituntur in tuo quia nō
licet propria aucttoritate icidere ut hētur ī
.l.i.C.de interdic.& nō.flo.in.d.§.ſi ꝓtectū
de quo tn̄ dic ut plenius dicā de arboribus.

Si uero dn̄s inſolidum non poſſidet.&
tūc cōcludas ut dicā in cāu proxie ſequen.

Secundo caſu quando imituntur tigna ꝉ
edificatur in cōmuni. & cōiter per aliquos
poſſeſſo.& tunc aut extraneus ē ille qui im
mittit uel edificat & tunc uni ex dominis li
citum ē propria auctoritate deſtruere.ut ē
caſus ſingularis ſecundum unaꝫ lec.ī d.l.ſi ī
ter me & te ī prin.& ſer.ur.pre.ibi aut reꝫ
perder̄ ſecundum lodo.de roma ī dicto ſuo
ſingulari & habes per bar. ī.d.§.nūtiatio q̄
ſe remittit aut eſt unus ex ſociis qui habent
rem cōem qui ex propriis ſuis edibus im
mittit tigna uel edificat ī comunes edes ſu
as & meas & tunc licitum ē mihi ꝓpria au
ctoritate deſtruere quia mihi ſoli actio con
petit ꝯtra ſocium.ꝓ hoc ē tex.ualde nota.ī.
.d.l.ſed ſi me & te ī fi.prin.& ibi ita uidetur
tenere Bar & etiā flo.quod ego ēt puto ue
rum per tex.dum dicit idem fiat & ſic uult
ꝙ ſit idem quod ī cāu precedenti.licet bar.
aliter dixerit in.d.§.nuntiacio ubi uult ꝙ ſi
ego & edificans cōiter poſſidemus nō poſ-
ſuꝫ auctoritate mea deſtruere per illū tex-
tum ī.d.l.ſed ſi inter me & te quia tex.ibi di
cit tunc mihi tecum eſt actio facit.l.ſabinꝰ
cōi diui.Sed ego nō intelligo ſic illum tex.
uidelicet ꝙ ſolū ſit mihi actio & ſic nō poſ
ſum propria auctoritate deſtruere.ſꝫ itelli
go ꝙ ille tex.uelit dicere cōtinuādo ad pre-
cedentia uidelicet quando ſocius imittit ex
edibus cōibus inter me & ipꝫ in edes meas
proprias poſſum ꝓpria auctoritate deſtru
ere ut dicitur ī prin.ſecūdū unā lec. poſtea
ſubditur idem qn̄ ex edibus ſuis ꝓpriis edi
ficat ī cōmunes noſtras quia poſſum ita de
ſtruere mea auctoritate propria ſicut ī cāu
precedenti & hoc ſignificāt illa uerba ideꝫ
fiat & poſtea ſubdit rō huius quia mihi ſo-
li ſecum eſt actio.q.d.mea ſolum intereſt.
& non alterius ſocii.& ideo mihi ſoli actio
competit ſi uellem eam intemptare ſicut ſi
edificaretur ex edibꝰ cōibus ī meas ꝓprias
ſed ſi uolo poſſum ita deſtruere ſicut ī caſu
precedenti & ita intelligo illuꝫ tex. Ter
tio caſu qn̄ edificatur in fundo ſeu in re mi
hi debente ſeruitutē aut aliquod ius.an poſ
ſim propria auctoritate deſtruere & tunc
diſtingue aut tertius edificat ſeu tigna im-
mittit & poſſum deſtruer̄ procuratorio no
mine domini ſi naturaliter poſſideam ar.l.
.i.§.fi.de no.op.nun.& nō.bar.in.d.§.nunti
atio.aut uolo deſtruere nomine proprio ꝓ
ſeruitute aut aliquo iure mihi competente
Exemplum ſi fiat murus uel ſepes per ex-
traneum in fundo domini in quo ego non
habeo ſeruitutem & propter hoc ego īpe-
diar illa uti ſeruitute an poſſim illum muꝶ
rumpere & deponere uel ſepem propria
auctoritate deſtruere & Inno.format iſtam
.q.in.c.i.in fi.de immuni eccle.& primo dic̄
quod non quia hoc ſolum licet domino fun
di & non uſufructuario quia non eſt dn̄s.l.
ſi cuius.§.uſufructuarius &.§.ſequen. de
uſufr.poſtea in fi.dicit ꝙ alii dicunt cōtra ſꝫ
primā ꝑtem uidetur ſequi flor.in.d.§.i.l.i.
ad fi.de ſer.ur.pre.quam puto ꝯ̄aꝫ ex quo
nō ſunt domini uel quaſi.ſed bene poſſent
nedum dn̄s ſed ēt uſufructuarius & quilibꝫ
habens ius in re impediētes uti iure ſuo ex
pellere ac etiaꝫ agere poſſent ut murus uel
tigna uel ſy.imiſſa tollantur.l.ſi ego loco &
.l.egi.ſi ſerui.uen.ſecunduꝫ flor.in.d.l.i.§.i.
& in dicta.l.quemadmo.§.ſi protectum ad

.l. acquil. Et ea que.ſ.dicta ſunt in uſu fruc
tuario ēt habēt locum in beneficialib⁹ & iu
ribus eccleſiaſticis.pone exemplum ſi per
ſona eccleſiaſtica uel ēt ſecularis ſi pro reco
gnitione beneficiorum collatorum alicui ec
cleſie reſeruauerit ſibi certum ānum cēſū
uel hoſpitium quod de iure debetur.xviii.
q.ii.eleuteri⁹ &in.c.quanto de cēſi. & ipſo
ueniente non recipit̄ nō licet domum igre
di propria actoritate & rumpere hoſtia ul̄
feneſtras domus cā intrandi.rō ē quia facer̄
diceretur uim & ius ſibi dicere nō licet re-
gulariter ſed ſi uult īgredi & inuenit aliquē
ſibi opponentē tunc pōt p uiolentiā illum
expellere.Et ē rō quia eicit pſonam ſibi cō
tradicētē uti poſſeſſione.& dicitur hoc mō
poſſeſſionem defendere ſuam.& uim ui re-
pellere quod eſt licitū ut.l.ſcientiam.§. qui
cum aliter ad.l.acquil.&.l.i.C unde ui.& h
nō.per Inno.ſingulariter ī.c i.de imuni. ec-
cle.& ibi per canoniſtas.& per flor.in.l.i.§.
.i.de ſerui.ur.pre. que bñ nō.ipractica quia
quotidie ueniunt de facto & omnia que di
xi .ſ.in primo ſecundo & tertio caſu ꝙ qs
non pōt propria auctoritate deſtruere uel
euellere intellige uera qñ pōt haberi copi
a iudicis ſed ſi iudicis copia haberi non
poſſit tunc ꝓpria auctoritate deſtruer̄ poſ
ſet ut.l.nullus.C.de iudeis.unde in iſtis ciui
tatibus que ſupiorē nō recognoſcunt. ſicut
eſt ciuitas uenetiarū & florentie ſi una ci-
uitas occupauit bona alterius pōt illā per
uim recuperare quia iudicis non ē copia ita
ſingulariter dicit bar.in.l.alti⁹.§.belliſſime
per tex.cū glo.ibi ex magna cā in prin. ꝙ
ui aut clam. Item debet limitari niſi gra-
uatus pateret̄ enorme damnū.qđ de facili
ſequeretur exemplum ſi quis per uim erri-
pet aīalia tua que facilius peunt uel uineas
que ſi inculte remanerent de facili deſtrurē
tur qđ faciliter pmittitur quia tua auctori-
tate recuperas q̄uis in aliis rebus nō pmit-
teretur q̄ d facili ſic non peūt.ut nō.ēt bar.
ſingularit̄ i.d.§. belliſſime p gl.ibi in v̄.ex
magna cā ibi uel ſi enorme damnū ꝙ ui āt
clam quod tene menti. Quarto caſu qñ
edificat̄ in pubiico uel in eo tigna uel alia ī
mittunt̄ an ſit licitum ꝓpria auctoritate đ
ſtruere & in hoc dic aut ē edificatū & tunc
nō ē licitū priuato deſtruere ſed agere cui-
libet de populo pmiſſum eſt.l.i.de locis &
itine.pub.&.l.ii.ne qd i lo.pu.in prin.& ſi
edificatū publico uſui noceat pōt is qui pu-
blicis uſibus deputatus eſt ſicut ē i ciuitate
uerōe miles & iudex procuratorꝝ ciuitatis
uerone deponere tex.eſt in.l.ii.§.ſi quis ne
mini ne quid in loco publico.Et ita obſer-
uatur quia ibi officiales publici deputati ſu
per locis publicis r̄periūt aliqd i loco publi
co edificatū deſtruūt uel deſtrui faciunt.
Sed ſi edificatum i publico non noceat uſui
publico tunc deſtrui non debet.Sed aliqua
penſio imponi debet edificāti ne urbes de
formēt̄ ruinis.l.ii.§.ſi quis nemini & ibi h°
nō.bar.ne quid in loco publico &.l.fi.eo.ti.
Et intellige predicta ſiue edificetur in loco
publico ſiue in uia publica.ſiue in alio loco
priuato puta in meo & edificatū noceat lo-
co publico.l.ii.§.ſi qđ i ſuo ne qd i loco pub.
uel reſpectu itineris uel uie uel uſus loci pu
blici uel reſpectu fetoris aut mali odoris ul̄
putredinis ut eſt tex.cum glo.in.l.pe.quod
ui aut clam. Itē intellige ſiue tangat pu
blicum ſiue non ſicut ſi fierēt pōtes aut pō
ticelli ſupra uiā publicā quod non lꝫ ut eſt
tex.& ibi bar.i.d.l.ii.§.tractatur & ibi ēt gl.
ne quid in loco publico de quo per ba.in.l.
quominus de flu.in.xiii.q & habetur in.l.fi.
de ſerui.in prin.ti.generali & per bal. in.l.
lapilli.in.v.colū.ff.de rerū diui.& dicā infra
đ pōticello & pōte.Et circa iſtā matiā adde
qđ nō.bar.in.d.l.quominus đ flu.in.xiii.q.
& per bal.in.l.lapilli in.v.colum.ff.de rerū
diui.& habetur.i.l.fi.in prin.de ſer.ti.gene-
rali.Et dicam infra de ponticello & ponte.
Et circa iſtā materiaꝫ adde ꝙ nō. bar.in.d.l.
quominus de flumi. Secundo caſu prin-
cipali quando edificatum uel aliquid aliud
nō eſt īmiſſum ſed ē ſuper alieno ꝓtenſum
ſicut eſt profilum ſiue ponticellum an ſit li
citum ꝓpria auctoritate deſtruere & i hoc
diſtingue aut eſt arbor que ꝓtendit ramoſ
& frondes ſup alieno & non licet īterciđer̄
ſed habet locū interdictū de arbo.cedendis
ut.l.i.& ibi per bar de arbo.ceden.& hētur
in.l.i.C.de iterdic.& dicā infra de arborib⁹
aut nō ē arbor ſed monumentum. & tunc
credo ꝙ nō liceat ꝓpria auctoritate đſtru-
ere ar.l.oſſa.de reli.& ſump.fu.Et idem cre
do per illū tex.in quolibet alio edificio ſpe
ctante ad cultūdiuinum & tangente locū
uicini ſicut ſi eſſet locus ſacriſtie uel altaris
aut ſi eadem ratione aut non eſt arbor nec
monumentum uel locus ad cultum diuinū
deputatū puta ē ponticellum uel aliđ pro
tectum.& tunc aut eſt ſupra locuꝫ publicū

& priuato ēt uicino nō licēt propria aucto
ritate deſtruere.ſed officiali publico ſuper
opibus publicis deputato ſicut .s̄.dixi Aut
eſt ſuꝑ priuatum locum & tunc non licet
etiam uicino propria auctoritate deſtruer̄
ut eſt tex.i.l.queādmodū.§.ꝓtectū.ad l. ac-
quil. & ibi per omnes doc.Et ꝑ hoc hēs ple
niſſime.an & quando ſit licitū ꝓpria aucto
ritate deſtruere edificatum uel immiſſum
aut ꝓtectū in alienu uel in publicū. Oc.
tauo & ultimo quero quis edificat uel imit
tit l'.ꝓtendit tignum i alienū ul' publicum
qua actione poterit cōueniri.Dic breuitēr
ſi i priuatum ꝓprium alterius poterit con-
ueniri.ꝙ ui aut clam in ēdicto.l.ſi uicem.§.
qui ad ianuam ꝙ ui aut clam.Aut in priua
tum cōe & tunc actione ꝓ ſocio uel cōi di-
uidūdo ut habeť in.l.ſi edes & in.l.ſabinus
cōi diui.aut in publico & tūc iēdicto ne qd
in loco publico.& de iſta materia uide que
dicā infra de pariete ſiue muro .& de tecto
& ſtillicidio & de ponticello & pōte.

De ſeruitute ꝓiciēdi. C.XXXI

Eruitus proiciendi eſt urbana.
s non ruſtica.ut eſt tex.i.l.i.ad fi.
ibi neqꝫ proiciendi de ſer.ur.p̄.
qm̄ cōpetit qn̄ quis habet ius
proiciendi ex fundo ſuo urbano in domuꝫ
meam uel aream uicini .uel etiam in alteri
us fundū ruſticū. Denom inatur enim ſ̄
uitus a p̄dio denoīente ut ē tex.i.d.l.i.& gl.
i ℣.ul' areaꝫ.Et dixi.s̄.in quarta diuiſione ſ̄
uitutum .℣.ſed quomō cognoſcať & ex h̄
nō ꝙ habens domū iuxta ortum uel aream
uel clauſtrum uel pratum ſui uicini nō pōt
ex ilia domo quicq̄ proicere i ſolum dicti
uicini .circa debitā ſeruitutem. ut ē caſus in
.d.l.i.℣.ꝓiciendi.& ibi hoc nō.ang.de.ſer.
ur.pre.quod no. Quero igitur primo ꝓ
declaratione huius ſeruitutis.nunquid poſ-
ſim ꝓicere aquam de domo tua in curtem
meā uel econtra ſine aliqua debita ſeruitu-
te & dicas ꝙ non per p̄dicta.& opatur i.l.ſi
cuti.§.ariſto.ſi ſerui.uen.rō quia licet.regu-
lariter in ſuo quis poſſit facere ſicut uult nō
tamen pōt imittete in alieno ut.ē tex.i.d.§.
ariſto.& dixi plene i ſeruiiute precedenti.
Et imitti dicitur nō ſolum quādo de ſupio
re i inferiorē.ſed ecōtra quādo de inferiore
ad ſupiorem.ſicut in fumo cōtingit ut eſt
tex.in.d.§.ariſto.℣.fumi aūt de quo fumo
dicam in.q.ſequēn. Quero ſecūdo aliqs
habet ſolarium ſupius.& alius habet locuꝫ
inferiorē ſicut uenetiis habens ſolarium ſu
perius ſpargit aquaꝫ per ſolariū uel cā ipm
tergendi uel ꝓpter calores cā frigiditatis i
ducende ſicut eſtiuo tempore plerumqꝫ fi
eri ſolet ex hoc accidit ꝙ aqua illa quādoqꝫ
ad loca inferiora deſcendit queritur nūqd
dominus loci inferioris ꝯqueri poſſit & ꝓ
hibere ne hoc fiat.Et uideť ꝙ ſic ꝑ ea que
dicta ſunt i.q.precedenti & ꝑ textū in.d.§.
ariſto.ubi ſic dicit in ſuo enim alii hactenꝰ
licet quatenus nil in alienum imitat.& iſtā
ꝑtem tenet glo.ibi in ℣.iuris in fine que fa
cit differentiā inť aquam & fumum dicens
ꝙ fumus pōt imitti in loca ſuperiora qa na
turaliter aſcendit nō ſic i aqua que recte ꝓ
iciť & iō deſcenderet naturaliter niſi ꝓice
reť. In cōtrariuꝫ uideť eſſe tex.in.d.l.ſic
.§.fi.ſi ſer.uen.iūcto.§.ariſto.℣.fumi.Nam
ille.℣.fumi equiparat fumū aque quantuꝫ
ad imiſſionem in locum alteriꝰ & i dicto.§
fi.diciť ꝙ quis pōt ex loco inferiori imitter̄
fumum in locū ſupiorem.idem ergo dicen
dum uideť in aqua.Item pro hoc.l.i.§.deni
qꝫ de aqua plu.ar.ubi diciť quod agri natu
ra eſt ſemper inferiorem ſuperiori ſeruir̄.

Circa hoc breuiter ſic concludas & iſta
ē ℣itas circa aque proiectionē aut dn̄s ꝑtis
ſupioris nō pōt habitare comode niſi i fū-
dat aquaꝫ & tunc ipam in fundere pōt licet
aliqn̄ inferius deſcēdat ut.l.pe.& ibi hoc nō
Ang.ff.de iniuriis aut poteſt habitare etiā
ſi aquā nō aſpergeret & tunc āt ifūdit aquā
per ſuum ſolarium iuxta morem ſuum &
tunc non.teneť ſi aliquid ad loca inferiora
deſcenderet per.l.ſicuti.§.ariſt. ꝯiuncto ℣.
fumi.niſi faceret animo iniurandi ut ē tex.
in.d.l.pe.de iniuriis & ita nō.bar.& flor.in
dicto.§.ariſto.& ideo puto ꝙ ſi ſuperiō hēt
ſolarium lauādo iuxta ſolituꝫ & cōem mo-
dum aliquando caderet aqua que deſcende-
ret ad locū iferiorē nō teneť neqꝫ ꝓhiberi
poſſit qđ no.Aut effundit aquā ultra ſoli-
tum & cōmunem modum.uel in ſolario fe
cit balneū uult proicere aquā ꝑ ſolarium cā
ipm caleficiendi uel alia đ cā.& tūc nō pōt
ſi ꝑ hoc aqua deſcenderet ad loca inferiora
ut ꝓbatur in.d.§.ariſto.in prin.& in ℣.al-
terius ibi tabernā ceſaream ſi ſerui.uen. Et
eadem diſtinctio facienda ē de fumo.Aut
ſit ignis ſolitus.aut inſolitus ut ibi nō.per
Bar.& Flor.& Pau.de caſt.de quo uide que

dicam plenius infra de fumo. Et prędicta i
tellige niſi aliter eſſet impoſita ſeruitus aq̃
uel fumi dimittendi uel diuertendi. ut eſt
textus. cũ gloſa. in. d. §. ariſto. Nec ob. gloſa
.ii. ad fi. in. dicto. §. que facit differentiã iter
aquam & fumũ. quia non eſt facienda. Naʒ
ſicut facto ſupioris picientis aquam. aqua
deſcendit i inferiorem naturaliter ita & fac
to inferioris igneʒ facientis fumus aſcendit
naturaliter ad ſupiorem. item non ob. l. i. §.
deniqʒ. de aqua plu. ar. que uult inferiorem
ſuperiori ſeruire. quia loquitur in agris in
quibus ſunt aque diſcurrentes que de. neceſ
ſitate ad loca inferiora deſcendere debent
& ſubditur ibi una ratio quia ſicut ois pin
guedo terre ad inferiorem locum decurrit
ita etiam ad eũ aque icomodum fluere dbʒ
que ratio non põt pcedere in aqua piecta i
aliena. Quero tertio lapidicina cedit la
pides in domo uel area ſua & fragmenta ca
dunt in uicini fundum. Queritur nũquid
poſſit hoc facere. an ꝯo phiberi poſſit. &
uidetur ꝙ hoc facere nõ poſſit & ꝙ phibe
ri ualeat per regulã que ẽ i. dicta. l. ſicuti. §.
ariſto. uidelicet ꝙ i ſuo eatenus facere licet
quatenus in alienũ nõ mittat. & hoc ſentit
glo. ibi in ꝯ. alienũ i in ꝯ. agri que dicit ul'
actione in contrariũ uidetur ꝙ quis poſſit
ſtare in domo ſua & in ea uti arte ſua nec r̃
gulariter phiberi põt ut probatur i. d. l. q°
tiens la prima i prin. ibi ne per fundũ tuũ
eas aut ibi conſiſtas de ſuitu. ti. generali cõ
iũcta. l. uenditor cõia predi. niſi ſeruitus cõ
ſtituta eſſet. & iõ ſi uendo tibi domũ cũ pa
cto ut non poſſis ibi exercere talem artem
iſta conuentio ualet & tu & tui heredes ob
ligaris nõ aũt ſeruitus cũ nõ ſit pdiũ dñans
ut dicit bar. per illum. tex. i. d. l. uenditor &
Pau. de ca. in dicta. l. quotiens qui dicit hoc
eſſe uerũ ſi ex hoc pacto cõſequor utilitatẽ
quia in domo mihi remanente exercebã eã
dem artem. alias ſecus. & hoc per illuʒ tex.
i. d. l. quotiens ibi aliter atqʒ & iſtam partẽ
ſentit pfacta gl. in. d. §. ariſto. in. §. agri. i pri.
dum dicit per pactũ. Ego autẽ teneo priaʒ
ptem eſſe ꝯiorem quia uerũ ẽ ꝙ i ſuo quis
põt exercere artem dummõ nõ imittat in
alienũ. de hoc ẽ caſus intermis in. d. §. ariſto.
ꝯ. quem ſic puto eſſe intelligendum. & ita
fuit etiã de mẽte glo. ibi i ꝯ. agri. i fi. nec cre
do eſſe diſtinguẽdũ ſicut dixi i. q. precedẽ
ti de fumo & aqua. uidelicet an faciat iuxta
ſolitum uel non quia ibi loquitur de his q̃

ptieant ad domũ p uſu hominis queſtio
uero noſtra loquit' de arte que fieri debet i
loco ſuo ita ꝙ alienum non imittat' p pre
dicta & h° itelligo niſi lapidicinã habuiſſet
prius in domo ſua apothecam lapidicię. &
poſtea murus uicini ul' domus ceciderit &
area tantum remanſit ita ꝙ fragmẽta lapi
dum que prius non poterant in ea cadere.
tunc cadere incipiãt quia locus ẽ pueniẽtiõi.
. l. ſi pluribus de le. i. & ar. eius ꝙ de fabro et
ſcolari dicitur per bar. & doc. in. l. i. ſo. ma.

Quero quarto qs habet ſeruituteʒ pici
endi in fundum uicini iuxta ea que dixi in
prin. an poterit. ſtercus uel urinam fetidaʒ
uel alia ſimilia proicere & teneo ꝙ nõ per
tex. cum gl. nõ. in. l. pe. §. pe. ꝙ ui aut claʒ &
per tex. cum glo. in. l. pe. §. idem ait ſi i odor̃
ne quid in loco pu. facit. l. i. §. ii. de cloacis &
q. p dixi in ſeruitute pcedẽti in. vi. q. ꝯ. iiii
caſu quod nota qa quottidianũ. Quero
qnto & ultimo dñs ſuperior picit aquam i
fundum uicini inferiorem ubi de iure non
põt uel ſtercus aut urinam ubi haberet ſer
uitutem uel dñs inferior imittit uel diuer
tit fumũ ad locũ domini ſuperioris ubi nõ
põt an poterit pueniri actione iiuriaꝝ dic
ſi inferior dominus ediuʒ ſuperioris uicini
fumigãdi cã fumũ faceret aut ſuperior uici
nus inferiores edes quid aut proiceret aut
infuderit cã iiurię faciende & tenet' actiõẽ
iniuriaꝝ caſus ẽ i. l. pe. & ibi hoc tenet ang.
. ff. de iiuriis ſecus ſi hoc ñ faceret cã iniuri
andi ut ibi quod nõ. Et ad materiam huius
ſeruitutis adde que dicam infra de aque p
iectu.

## De ſeruitute ptegendi. C. XXXII.

h Ec ſeruitus protegendi licet re
gulariter ſit urbana ut. l. i. in fi.
ibi protegendiqʒ de ſeruitu. ur.
pre. quia protectum conſueuit
fieri magis in fundo urbano q̃ ruſtico tamẽ
poteſt eſſe ſeruit⁹ ruſtica quando fieret cã
ruſtici fundi ut ſi forte feci protectum in
agro uicini ut ibi recipiantur coloni mei. ut
ẽ tex. i. l. ii. in prin. in ꝯ. ptectuʒ & ibi gl. d̃
ſer. ur. pre. Circa hanc ſeruitutem quero
primo quid ſit ptegere ſeu ptectum & in
quo differat ab imiſſo ptectum eſt id ꝙ ita
prouehit' ut nuſquã requieſcat qualia ſunt
męnania & ſubgrũda. Idem etiã ptectum
dicit' & differt ab imiſſo. quia miſſum eſt

quod ita fieret ut aliquo loco requieſcetur ueluti tigna trabeſq; immitterentur ut eſt tex.i.l.malus.§.tignum de.ꝟ.ſig.& ibi hoc declaratur per glo.dic ut ibi & uide glo.in.l.ſi uero.§.pretor ait ne quis i.ꝟ.ſub grũda.ff.de his qui deie.uel effu.& uide etiaꝫ in.l.ſi duo.§.uideamus.&.§.labeo & quod ibi nota.uti poſ.& de iſtis protectis ponitur etiam in ſecunda parte Rubri.ff.de dam.in fec.ibi dum dicit de ſubgrundis & protectiſ

Secundo quero an habens domũ ſupra ſolum uicini poſſit ſupra ipm ſolũ quicq̃ edificare licet in ſolo an requieſcat.exemplũ ſi uult facere profilum & ſtillicidium amplum reſidens totaliter in edificio protegẽtis & dicas ꝗ non niſi ſeruitus ipoſita ſit tex.in.l.i.i fi.i ꝟ.protegendi & ibi hoc nõ.ang.de ſer.ur.pre.& eſt rõ quia ſolũ debet eſſe liberum uſque ad celum ut eſt tex.in.l.ſi.in prin.de ſer.ti.generali.& habetur in.l.altiꝰ C.de ſer.circa quod uide etiam quod dicam infra de ſtillicidio ſiue tecto & de põticello & uide que dixi.s̃.in ſeruitute ſtillicidii & maxime in yiiii.q.in fi.& i ſeruitute tigni imittendi i.yi.q.ꝟ.quarto caſu in fi. Tertio quero an liceat ꝓtectum facere ſupra ſoluꝫ cõmune.Et dicas breuiter ꝗ nõ.l.ſi duo.§.labeo.ff.uti poſ.ubi hoc nõ.bar.q dicit ꝗ non licet facere ꝓfilum ſeu ponticellum.s̃.plateam cõem inter plures conſortes & dixi ſupra in ſeruitute precedenti in.yi.q. Et adde nõ.per bal.in.l.lapilli.ff.de rerũ diui.

Quarto quero cuius ſit ꝓtectum quod ẽ ſupra solum meũ & uidetur ꝗ ſit i meo ꝑ dictam.l.ſi.in fi.prin.de ſer.ti.generali quia oĩa a ſolo meo uſq; ad celum debent eſſe mea libera ut ibi & nõ.in.d.l.altius ꝑal le. In contrariũ uidetur ꝗ ſit illius i cuiꝰ muro uel loco ſit fixum.l.queadmo.§.i.i pri.ad.l.aquil.Tu dicas breuiter aut protectuꝫ eſt ſuper meo & requieſcit in alieno iure ſ̃uitus mihi debite.& tunc non eſt meum ſed eius in cuius loco requieſcit.& ita loquitur.d.§.i.i prin.Aut eſt ſuper meo & i alieno requieſcit.puta in edibus alienis iure ſeruitutis mihi debite & tunc eſt meum ut eſt caſus nota in.l.ꝗ conclaue & ibi hoc nõ.Bar.& ang.& doc.de dam.infec.Poſſet tam̃ clarius hoc dici aut protectum eſt edificatum ꝑme cuius eſt ſolum aut per alium ſi ẽ edifica tum per me & tunc procedant predicta.Si per alium puta quis edificat ſubgrondam in ſuo muro protendentem.s̃ ſolum meum & tunc ſi hoc fecit debita ſibi ſeruitute & illud protectum dicitur eſſe ſuum edificantis & non poterit per me neq; per iudicem remoueri ar.l.quemadmo.§.ſi protectum prealle.ibi nullo iure a contrario ſenſu.Aut hoc fecit circa debitam ſeruitutem & tunc teneo ꝗ protectuꝫ ſit edificãtis & nõ meum.caſus eſt in.d.§.ſi protectũ ibi protectum meum coniuncto ibi nullo iure & non poſſum propria auctoritate deſtruer̃.ſed iudicis auctoritate ſic ut eſt tex.in dicto.§.ſi protectum in princi.& adde que dixi ſupra de ſeruitute tigni immittendi in.vii.qõe ꝟ.ſecundo caſu principali & que dicam.j.de caluſtro ſiue conclaui.

Quinto & ultimo an aliquis poſſit tenere protectum puta põticellum ſupra eum locum quo uulgo iter fiet uel in quo conſiſteret.& dic ꝗ ſi id protectum de facili poteſt cadere & nocere & tunc non licet ut ẽ textus in.l.ſi uero.§.pretor ait lo.primo & ibi glo.in ꝟſi.poſſunt de his qui deie.uel effu.&.§.pretor ait.el.ii.in uerſi.nocere imo poterit puniri ut ibi dicitur.ſed ſi de facili poteſt nocere & tunc ſecus.Et ideo ſi eſt orticellus uel aliquid aliud ſupra uiam publicam ſic fremiter poſitum quod non de facili uerisimiliter ſit aptum nocere ut contingit habentibus uiridaria murata ad ſuas̨ feneſtras uel etiam cum lignis ita firmiter affixa quod non ſit uerisimile nec de facili cad̃re poſſe tunc non tenetur quia cõtra ſic habentes non datur actio in factum d̃ illo edicto de his qui deie.uel effu.& ita nõt flor.in.d.§.pretor ait.l.ſi uero de his qui deie.ul̃ effu.Circa hoc tamen communiter ꝓuiſum eſt ꝑ ſtatuta locorum quibus ſtanduꝫ eſt.l.omnes populi de iuſti.& iure alias iuri ut ſupra dixi & de hoc uide ꝗ dicam.j.de orto & orticello.

Rubrica Ne proſpectui officiatur.
Cap. XXXIII

t Res ſunt ſeruitutes que licet in multis conueniãt & edem eſſe uideantur tamen inter ſe differunt ut eſt ſeruitus ne pro proſpectui officiatur ſeruitus luminis.i.ne luminibus officiatur & ſeruitus ut proſpectꝰ preſtetur ut habet̃ i.l.inter ſeruitutes cum.l.ſe.de ſerui.ur.pre.de ſingulis uideamus Et primo de ſeruitute ne ꝓſpectui officia-

tur duobus modis capit᷑ hec ſeruitus Vno ĩ genere alio in ſpecie. ſi quis debet mihi ſeruitutem ne proſectui domus officiatur nõ habito reſpectu ad certum locum non ſolũ tenetur preſtare proſpectum ex parte ſuperiori. puta celi ut celum uideri poſſit ſed etiam ex parte inferiori. puta terre non impediendo proſpectum ad inferiora uel de longinquo. nec quicq̃ facere põt per quod officiat ad gratiorem proſpectum & liberũ ut probatur in. l. inter ſeruitutes in prin. cũ . l. ſequen. que incipit lumen de ſerui. urba. pre. & ibi doct. & ideo ipe tenetur ſemper cõſpectum in eadem ſpecie gratitudinis & liberum preſtare que erat tempore impoſitionis ſeruitutis. unde ſi per proſpectuʒ uiridaria uidebantur aut aliena multum amena aut etiam ſol refulgens nec ſolis nec dictarum amenitatũ aſpectus ſeu uiſio minui põt ut dicta. l. inter ſeruitutes in prin. & hec ſeruitus proſpectua in genere plus cõtinet q̃ ſeruitus ne luminibus officiatur quia nedum continet proſpectum ex loco ſuperiori ut celum uideri poſſit ut dixi ſed etiã ex loco inferiori. puta per feneſtras ut probat᷑ in. d. l. lumen ibi etiam ex inferioribus locis que dictio etiam implicat. q̃ non ſolũ ex ſuperioribus que icipit cẽli ut. l. etiam. C. ſi tutor uel curator interuene. & quia etiam continet aſpectum gratiorem & liberum ſicut erat tempore ſeruitutis impoſite ut. l. inter ſeruitutem in prin.. ſed ſeruitus luminũ aut ne luminibus officiatur ſolum continet ut aſpectus ſit uniformiter gratus puta ut uiridaria uł alia loca uirideri poſſint ut ꝓbatur in dicta. l. inter ſeruitutes & in dicta . l. lumen & hoc eſt quod uoluit dicere tex. in. d. l. inter ſeruitutes in prin. ibi quoniam in proſpectibus quis plus habeat quia debʒ intelligi ſecundum glo. & docto. ibi de proſpectu in genere non autem in ſpecie. Si autem ſeruitus ne proſpectui officiat᷑ alio mõ debetur in ſpecie tantum. puta ſi quis mihi promiſit ſeruitutem nẽ officiatur ꝓſpectui certe feneſtre domus mee. & tũc aut illa feneſtra tempore ſeruitutis impoſite habebat aſpectum ex parte ſuperiori & etiaʒ ex latere quia ex ea celum uideri poterat & etiam alia loca proſpiciebantur. & tunc idẽ eſt ſicut quando eſſet in genere hec ſeruitꝰ conſtituta ut ſupra dixi cum ſit eadem ratõ quoniam ſeruitus proſpectus etiam continet ut. celum uideatur ſi uideri põt ut. d. l.

lumen ibi etiam ex inferioribus. Aut illa feneſtra non habebat conſpectum celi ex ſuperiori quoniam ex ea celum uideri nõ poterat. nec etiam ex inferioribus alia loca amena uel de longinquo uidebantur ſiue de ſup ſiũ ex latere reſpiceret puta quia erat feneſtra penoris . ſiue canape ſubterranee uł ſy. & tunc huiuſmodi ſ͛uitus continet ut celum uideri poſſit nec ut liberum aut gratiorem cõſpectum habeat ſed ſolum ut ex illa feneſtra aſpectum extra habeat uel ſupra uel infra eo modo quo erat tempore ſ͛uitutis ut probatur in dicta. l. inter ſeruitutes in prin. & i. d. l. lumẽ & ibi hoc nõ. glo. . ii. in fi. Et hoc caſu plus continet ſeruitus ne luminibus officiatur quia ex ea celuʒ uideri debet ut. d. l. lumen Et intelligo celum uideri poſſe quando locus cui ſeruitus debetur ne luminibus officiatur nõ preuenit oculos in uidendo celum ſiue deſuper. ſiue ex latere. & ideo ſi per feneſtras uel quẽcũque alium modum proſpicias celum nõ diceris habere lumen licet omnis diei claritaſ ex ſole & per hoc ex celo prouẽiat poteſt tamen dici habere proſpectus ut nõ. glo. ii. in dicta. l. lumen. Et adde hic omnio que dicaʒ infra de ſeruitute ne luminibus officiatur ĩ prin. Aut illa feneſtra non habet aſpectuʒ ita ꝙ ex ea celum uideri non poteſt ſed alia loca uideri poterant & tunc ſeruitus ne luminibus officiatur in aliquo plus continet in aliquo minus continet et inde plus eo quia propter ipaʒ celum uideri debet ꝙ in ſeruitute proſpectus in ſpecie predicta non contingit ut dicta. l. lumen. continet ẽt minus quia ſufficit ꝙ ille cui ſeruitus debetur luminum celum uidere poſſit licet ſibi proſpectus de longinquo tollatur quia gratitudinem luminis non continet dicta. l. inter ſeruitutes. in prin. & ideo poſſet impediri ingreſſus ſolis ex quo gratitudo reſultat quia gratior ſibi eſſet ut eſt tex. in. l. ſi arborem in prin. de ſerui. ur. pre. & eſt tex. in . d. l. inter ſeruitutes in prin. & ex his appa ret ꝙ ſeruitus ne proſpectui officiatur & ſ͛uitus ne luminibus officiatur ſe habent tãq̃ excellentia & exceſſa ut uoluit glo. ii. in fi. ĩ dicta. l. lumen quam ſic intelligo ut. ſ. declaraui facit glo. ſing. in. l. certi conditio in pri. ſi cer. pe. que dicit ꝙ conditio generalis & ſpecialis ſe habent tãq̃ excedẽtia. Cetera q̃ faciunt ad hanc materiã uide ĩ tribus ſequẽtibus ſeruitutibus.

## De ſeruitute proſpectus.C. XXXIIII

Si quis mihi debet proſpectum non debet ut celum uideam ut feneſtra ul' aliquo ſimili coopata claritas diei ad me pueniat ut ꝓbatur in.l.inter ſeruitutes in prin.cū.l. ſequen.de ſer.ur.pre.& nō.azo. in ſumma. C.de ſerui.§.ſunt autem uerſi.ſi autez quis Sed qui debet lumen oportet ut celum uidēri poſſit ut.l.lumen eo.ti.& dixi in ſeruitute precedenti ergo quicunq; habet lumen habet proſpectum ſed non econtra & quia ille cui proſpectus debetur minorem habz comoditatem in fruendo q̄ ille cui debetur lumen maiorem habet poteſtatem in prohibendo q̄ ille qui debet ſeruitutez luminū quia debens ſeruitutem luminū ſufficit ꝙ faciat ut celum uideri poſſit. Qui uero dz ſeruitutem proſpectus nō pōt quicq̄ facere ꝙ noceat ad gratiorem proſpectum & liberum ut dictis iuribus & eſt ratio quia cum quis minus habeat minus offendi debet & hac rōne plus habet pauper q̄ diues ut nō. glo.ii.in.l inter ſeruitutes de ſer.ur.pre. & Azo.in ſumma ď ſer.§.ſunt aūt facit ad hoc tex.cum.gl.i.in.l.illicitas.§.ne tenuis ibi lumē unico l' breui ſupplectulli de offō.preſi. que glo.loquitur in procello qui dicit' eſſe oculus ruſtici facit ad hoc tex.in clem.i.§.fi. ibi unico lumine de ſen.excōi.& facit etiaz ad.q.de illo qui ad ſuam collationem habet unum beneficium ꝙ illud ñ cadit i generali impetratione expectantiū de qua.q.uide per archi.& doc.in.c.ſi ꝓ clericis de prebē. in vi.& per glo.& doct.in cle.i.de conceſſi. preben.Et predicta intellige qñ quis haberet ſeruitutem proſpectus certi loci tantuz in quo celum uideri non poterat & ita intelligit glo.ii.in fi.in.d.l.inter ſeruitutes ſz ſi generaliter deberetur ſeruitus ꝓſpectus .s.domus tunc etiam celum uideri debet ſicut in ſeruitute luminum ut ꝓbatur i.l.lumen de ſer.ur.pre.& hoc uult dicta glo.ii. in fi.quam doc.cōiter ſequūtur.Et idez etiā ego teneo quādo deberet ſeruitus ꝓſpect⁹ certi loci ex quo celum uideri poterat tpre ſeruitutis impoſite per dictā.l.lumen ibi ēt ex inferioribus & his caſibus ſe haberēt tan q̄ excedentia & exceſſa quod declara ut dixi in ſeruitute precedenti .Sed circa hanc ſeruitutem.uidendum eſt an differat iſta ſeruitus a precedenti. & licet doc.hoc non tangant imo promiſcue loquātur de ſeruitute proſpectus & ne proſpectui officiatur ac ſi eſſet unica tantum tamen teneo ꝙ ſint due differetie ut ſentit ēt Azo in ſumma.C.ď ſeruitute.§.ſunt aūt & puto ꝙ iſta ſit differentia qm̄ ſeruit⁹ proſpectus eſt quando ego non haberem feneſtram ul' foram ex quo ꝓſpectum habere poſſiz nec de iure illam habere ualeā uicino nolente. Nam ſi uicinus permittit mihi ꝙ ego poſſim habere proſpectum in domo mea i genere uel in tali camera i ſpecie potero feneſtram facere nec uicinus aliquid poterit facere quominus proſpectū habeaz ex feneſtra illa ſecūdū ea que.s.dicta ſunt in ſeruitute precedenti uel ſi quando haberē feneſtrā & uicinus haberet edificiū ſuū ipediēs proſpectum meum ex dcā feneſtra quo cāu ſi uicin⁹ ꝑmittit mihi ꝓſpectū ex illa feneſtra illud edificiū deponere cogitur ad hoc ut ex illa feneſtra uel loco poſſit ſecundum predicta proſpectus haberi & hoc ſonant uerba illa ut proſpect⁹ preſtetur que ſunt futuri temporis & preſupponunt ꝙ añ cōſtitutam ſeruitutē proſpectus nō erat quia regulariter mihi dari aut cōcedi nō pōt qď habeo ar.inſt.de act.§.eque uer.ei uero qui poſidet cū ſi.Sed ſeruitus ne ꝓſpectus officiat' ē qñ habeo feneſtrā uel habere poſſuz in muro meo & tu qui edificare poſſes i tuo & mihi impedire proſpectuz iuxta.l.luminibus cū ibi nota.de ſeruitu.urba.pre. promittis non edificare meo ꝓſpectui hoc cāu eſt ſeruitus ne proſpectui officiat' & iſto mō intellige.l.ii.&.l.iter ſuitutes in prin. cū.l.ſeq.eo.ti.iſta eni uerba ne proſpectui officiat' ſunt futuri tēporis que actū ꝓhibēdi reſpiciūt ſeu proſpectū ipediendi de futuro & p conſequens p̄ſupponunt ꝓſpectū me habere ante conſtitutionē ſeruitutis qa priuatio preſupponit habitum.l.manumiſſiones de iuſt.& iure cum ſy.illa uero ꝟba ut proſpectus preſtetur ſunt ſimiliter ď futuro ſed reſpiciunt conceſſionez proſpect⁹ ď futuro & ſic ante conſtitutionē ſeruitutis ipſum non habebant & hec differētia ſatis ꝓbari uidetur in.l.luminum de ſerui.urba. predi.& per id quod ibi nō.per bar.& flor. & p id ꝙ dicam in ſeq.ſerui.in ꝟ.quidā tñ ut refert bar.poſſz etiam forte dici ꝙ ſit alia differentia ſicut ē in ſimili inter ſeruitutes luminū & ſeruitutem ne luminib⁹ officiat'

de qua habeť i.d.l.luminũ & ſtati dicam in
ſequenti ſuitute.Et ad declaratione͂ huius
ſuitutis uide q̃ dicta ſunt in p̃cedẽti ſuitu-
te quia huic plurimum conueniunt.

## De ſeruitute luminũ.C. XXXV.

s

Eruitus luminum eſt diuerſa a
ſeruitute ne luminibus officia-
tur ut eſt tex. in.l. luminum de
ſer.ur.pre.quia ſeruitus lumi-
num minus continet q̃ ſeruitus ne lumini-
nibus officiatur ut ibi nõ.in glo.& ꝑ doct.
& dr̃ia eſt iſta.Nam ille qui debet ſeruitu-
tem luminum mihi põt altius edificare dũ
modo ſeruet tantum lumen ꝙ mihi ſuffici
at.& ideo ſi habeo plures feneſtras in parie
tibus meis & per unam ſolam habeo tan-
tum lumen q̃tum mihi ſufficit ille qui debꝫ
mihi ſeruitutem luminum edificare potuit
& auferre lumina aliaꝶ & unam tantũ ob
ſeruare que mihi ſufficiat.Sed ille qui debꝫ
ſeruitutem ne luminibus officiatur nõ po
terit aliquid faeere per quod de lumine ꝙ
habeo aliquid diminuatur poſito ꝙ habeã
ultra q̃ expediat & ideo ſi habeo plures fe
neſtras in pariete meo nulli earum poterit
edificando nocere uľ aliter & ſi una tantuꝫ
feneſtra mihi ſufficeret ad lumen ut proba
tur in.l.luminũ de ſer ur.pre.ſicut ſi ꝓmiſ
ſiſſet mihi altius non tollere uel edificare
Et hoc uult etiam Pau.de ca. in.d.l. luminũ
quod eſt nõ. & iſtum puto propriũ intelle
ctum illius.l.& ratio poteſt conſiderari qa
negatio totum negat ſed affirmatio non to
tum affirmat & ideo dicitur plus negat ne
gatio q̃ affirmet affirmatio ut colligiť i glo.
fi.in.l.hoc genus de condi.& demo.& glo. ĩ
.c.cum dilectus in ↄ.ſuſpenſis q̃ eſt gľ. ma
gna extra de conſue.& nõ.Anto. de bu.ĩ c.
p̃ſentium in.ii.colũ.de teſti.& Alber.de ro
ſate in.l.qui teſtõ.§. mulier de teſtamentis
Et hac ratione uidetur dici poſſe eande͂ eſ-
ſe diferentiam inter ſeruituteꝫ ut ꝓſpectꝰ
p̃ſteť & ſuitute͂ ut ꝓſpectui officiať ut di
xi i ſuitute p̃cedẽti i fi. Item eſt alia diffe
rentia ſimilis inter ſeruitutem luminum &
ſeruitutem ne luminibus officiatur quia ſ
uitus ne luminibus officiatur plus habet in
ſe.nam ille qui debꝫ mihi ſeruitute͂ ne lumi
nibus officiať nullo modo põt edificare ãt
altius tollere per quod officiatur luminibꝰ
meis habeat ut patet ex natura uerborũ ne
gatiuorum que ut dixi in totum negant &
de hoc eſt tex.in.d.l.luminum ſed ſeruitus
luminũ hẽt in ſe minus nã ille qui dꝫ ſerui
tutem luminũ edificare põt & altius tolleř
dummodo lumen meum recipiat ut ad me
uenire poſſit ẽt per foramina quomõcũqꝫ
ut eſt tex.cum glo.in.d.l.luminum in prin.
& iſta opi.glo. cõiter ſeruať ſecundũ bar.
& flor.ibi.Quidam tamen ut refert bar.&
flo.ibidem dicunt totũ econtra uidelicet ꝙ
plus ſit ꝓmittere ſeruituteꝫ luminũ nã qui
hoc promittit non ſolũ nõ põt altiꝰ eleuař
ſꝫ oportet ẽt ut illud quod eſt factũ deſtru
at ad hoc ut mihi lumen fiat ſed in ſeruitu-
te ne luminibus officiať ſufficit ꝙ altius ñ
tollať & pro iſta opinione facit ꝙ dixi i ſer
uitute precedenti dixit tamen bar.in.d.l.lu
minum ꝙ opi.precedens gl.cõiter obſerua
tur & iſta ſecunda opi.nõ uidetur ↄa quia
de natura ſeruitutis nõ eſt ut aliquid faciat
quis ut eſt tex.in.l.quõt.la.i.§.i. de ſeruitu.
ti.generali ubi etiã loquitur đ proſpectu ſꝫ
tame͂ põt dici dictã opinione͂ ſuſtentando.
Nã illud quod dicitur de natura ſeruitutis
nõ eſt ꝙ ille qui debet aliquid faciat.p̃cedit
niſi hoc ſit actuꝫ in ipoſitione ſeruitutis ex
preſſe .ut eſt tex.cum glo.in.l.ii.§. apud la-
beonem aut apud alfenũ ubi hoc.nõ.glo.&
bar.de aqua plu.ar.uel ẽt qñ tacite actũ eſſꝫ
ar.l.cum quid cum ibi nõ.ſi.cer.pe.Naꝫ qñ
quis ſeruitutem luminum mihi promittit
& tunc ſi non habeo lumen tacite ſub itelli
giť ꝙ deponať edificiũ & lume͂ habeã qa
qui promittit conſequens tacite uideť pro
mittere antecedens ſine quo illud conſeq̃nſ
ſtare non poſſet.l.ad rem mobilem &.l. ad
legatum de procura.&.l.ii. cum ibi.nõ. de
iur.om.iudi.Et hec faciunt.pro his que dixi
in ſeruitute precedenti. Et propterea ego
ſic dicere͂ in hac materia aut ille cui ſeruitꝰ
luminum promittitur uel ne luminibꝰ offi
ciať habet lumen uel lumina añ ipoſitione͂
ſeruitutis puta quia habet plures feneſtras
ex quibus lumen uideri poteſt.i. celuꝫ ut.l.
lumen de ſeruitu.ur.pre.& tunc plus conti
net ſeruitus ne luminibus officiatur q̃ ſerui
tus luminum.& ſic dicte due differentie đ
quibus dictum eſt.ſ.procedant & ſic etiam
procedat opi.glo.in.d.l.luminum que com
muniter ſecunduꝫ bar.ſeruatur aut ille cui
promittitur ſeruitus huius nõ hẽt aliquod
lumen propter quod celuꝫ uideri poſſit pu
ta propter edificiuꝫ uicini obſtantis & tũc

procedat alia opi.uidelȝ ut ſeruit⁹ luminū
plus contineat quia non poſſem habere ſer
uitutem niſi edificium tuum deponas pro-
mitendo ergo lumen ut celum uidere poſ-
ſim uideris tacite promittere edificiū tuuȝ
propterquod lumen hēre non poſſim & ſ
uitus ne luminibus officiatur tunc cōtinet
minus quia non promitto tibi aliquid face-
re neqȝ ut aliquid habeas ſed promitto tan-
tum nō facere uidelicet non nocere lumi-
nibus tuis de futuro & ideo ſufficit ꝙ non
noceam poſt impoſitam ſeruitutem per ali
quem actum meum ſequentem puta edifi-
cando uel aliter & hoc uidetur uelle tex. in
.d.l.luminum ibi inuitis nobis altius edifi-
care de ſer.ur.pre. Sed contra opi.gl. cō
munem quam ſequitur Bar.in.d.l. luminū
poteſt opponi quia ſecundu eam in effec-
tu nulla uidetur eſſe differentia inter ſerui
tutem luminum & ſeruitutem ne lumini-
bus offitiatur.Nam ſecundum glo. predic-
tam qui debet ſeruitutem luminum poteſt
edificare & altius tollere .ſed ille qui debet
ſeruitutem ne luminibus officiatur altius e
dificare non poteſt dicta.l.luminum.ſed ſi
conſideramus idem uidetur eſſe in utroqȝ
caſu quia quando debetur ſeruitus luminū
ſcilicet uult edificare & non tollere lumen
.i.quia celum uideri poſſit & tunc poteſt ut
.d.l.luminum coniuncta.l.lumen eo.titu. ſi
uult edificare & lumen tollere ita ꝙ celuȝ
uideri non poſſit & tunc non poterit per
dictaȝ.l.lumen eodem modo uidetur eſſe in
ſeruitute ne luminibus officiatur quia ſi
uult edificare & tollere lumen ne celum ui
deri poſſit & non poteſt.caſus eſt in dicta
.l.lumen in fi.Aut uult edificare & lumen
n̄ tollere ideſt ꝙ celuȝ uideri poterit ꝙ poſ
ſit dicta.l.luminū ibi itaqȝ iminuere lumi
na noſtrorū edificioꝝ ſed poteſt reſpōdere
huic oppoſitioni & ſaluare glo.& cōmuneȝ
opinionē ſic quia qui dȝ ſeruitutē luminū
pōt edificare & obſcurare locuȝ cui ſeruit⁹
debeť dūmodo lumē.i.celū uideri poſſit &
ita loqť dicta.l.luminum in princi.coniūc
ta.l.lumen in prin.de ſerui.urba.predi.

Sed qui debet ſeruitutē ne luminib⁹ offi
ciatur nedum non poteſt edificando tollerē
.i.ut celum uideri non poſſit ut ibi ſȝ etiā n̄
poteſt uel altius tollendo minuere lumina
noſtroruȝ edificiorum per tex.in.d.l. lumi
num in fi.& intellige minuere lumina nō
ſolum ſi auſertur lumen ut celum uideri n̄
poſſit ut.d.l.lumen ſed etiaȝ ne lumīa obſcu
riora fiant de ſerui.ur.pre.puta quando tol
leretur ingreſſus ſolis qui eſſȝ multuȝ neceſ
ſarius ut eſt caſus in.l.ſi arborē i prin.eo.ti.
& dicam ēt i ſeq.ſeruitute in.iiii.q.Itē iſta ſ
uitus luminū minus cōtinet q̄ illa ne ꝓſpe
ctui officiať & adde q̄ dixi.ſ.de ſer.altius n̄
tollendi.ii.q.& uide oīo que dicam in ſe.ſer
uitute.

## De ſeruitute ne luminibus officiatur. Cap. XXXVI.

i

Sta ſeruitus ne luminibus offi-
ciatur in multis dclarata eſt in
tribus precedentibus ſeruituti
bus ſȝ quia ſeruitus ē & ab aliis
diuerſa neceſſe ē ut de ea et aliquid ſpeciali
ter dicamus.Et pro eius declaratione.

Primo q̄ro quid ſignificat lumen dic lu-
men.i.ut celū uideri poſſit ut eſt tex. in.l.
lumen in prin.de ſer.ur.pre.& dixi in ꝑce-
denti.q.Sed dubiū ē qūo intelligatur ut ce-
lū uideri poſſit dic ſecundum quoſdam qn̄
diei claritatem reſpiceř poteſt celū per di-
rectū reſpiciendo nota.ubi ꝑ tranſuerſum
puta ꝑ feneſtram uľ foramen ut dicit ang.
in.l.inter ſeruitutes in prin.ff.de ſer.ur.p̄.
& allegat glo.ibi uel teneas ſecundum eum
ꝙ dūmō ex loco celū uideať tn̄ diciť hēri
lumē ſȝ ubi celum nō uidetur ſȝ ꝑ feneſtrā
aut foramē exiſtens in pariete intra domū
forſitan diei claritas habereť tunc diciť in
de proſpectus haberi non autē lumē ut.d.
.l.inter ſeruitutes. Ego autē intelligo ꝙ
tunc quis dicatur habere lumē quando exi
ſtens in domo uel in camera poteſt uidere
celū non auteȝ quando proſpiceret mitten
do caput extra feneſtram quia tunc raro ꝯ
tingeret ꝙ celū uideri n̄ poſſit.& ita ſentit
glo.in.d.l.ii.ibi edificia que ſunt celo inſe
riora que non preueniunt oculis uidendo
celum &c̄.& dixi.ſ.de ſeruitute ne proſpe
ctui officiatur.ꝟ.& intellige celum uideri
poſſe & adde que dixi in ſeq.q. Sed tunc
ſecundo queritur quis promiſit mihi ſerui
tutem ne luminibus meiſ officiatur ante i
poſitionem ſeruitutis exiſtens i fine came-
re mee celum uidere poteraȝ ipſe uult edi
ficare altius ita quod celum uidere non po
tero niſi exiſtens i medio camere mee uel
prope feneſtram an poſſit & uidetur ꝙ ſic
quia ſatis uidetur quod celum uidere poſſiȝ

ut dicta.l.lumen in prĩ.Contrariũ ego tẽ-
neo quia licet celum uidere poſſim tamen
minus uideo quia per hoc minuunt̃ lumia
edificiorũ meorũ.i.ubi primo uidebã celuꝫ
exiſtens in extrema parte camere tunc nõ
poſſum & h̃ ꝙ uult tex.i.d.l.luminũ i fi.ibi
atq; iminuer̃ luia &c̃.q tex. põt ſic itelligi
& eſt nota.intellectus quẽ ego do ad illum
tex.& pro hoc facit.l. inter ſerui.i prin.℟.
in luminibus & ℟.quodcunq; igitur de ſ.
ur.pre.Et quod dixi .ſ.de ſeruitu.altius nõ
tollendi.ii.q.Sed ſi eſſet ſeruitus luminum
cõſtituta tunc tenerem contrarium.i.ꝙ lu-
men uideri poſſit quõcunq; per .d.l. lumi-
num in prin.cõiuncto fine a cõtrario ſenſu
& per ea que dixi in ſeruitute precedenti
quod ꝑpetuo tenementi & eſt quotidianũ
& notandum & doc.hoc non tangunt & ꝓ
hac deciſione adde que dicam infra i.iiii.q.

Tertio quero an ſit differentia inter hãc
ſeruitutem altius non tollendi cum hac cõ
ditione ne luminibus meis officiatur &
illam altius non tollendi & non officiendi
luminibus & dicas ꝙ ſic quia prima intelli
gitur ne officiatur luminibus edificãdo qa
una eſt tantum ſeruitus qualificata.& ideo
poterit tunc obſcurare plantando arboreꝫ
quia tunc non dicitur altius tollere ut eſt
caſus in.l.edificia de ſer.ur.pre Sed ſecunda
non eſt unica imo fere ſunt due uidelicꝫ ne
altius tollat & iſta cõtinet ſolum de non edi
ficando non aũt de non habendo arborem
ut ibi &.l.hoc aũt iura ℟.ueluti ſi edes &.l.
quod.aũt de ſer.ur.pre.& nõ. glo. in.l.ſi ar
borem in prin.eo.ti.alia eſt ne luminibus
officiatur & iſta continet ne poſſis etiam
arborem plantare per tex.in.d.l. edificia i
fi.&.l.inter ſeruitutes.℟.quodcunq;. & l.ſi
arborẽ i prin.de ſ.urb.pre.& ita etiam uult
Pau.de ca.in.d.l.edificia & ego dixi.ſ.de ſer
uitu.altius non tollendi in.ii.q.& dicam in
ſeq.q. Quarto quero quis promiſit ſerui
tuteꝫ ne luminibus meis officiatur an poſ
ſit plãtare uel hẽre arborem ante feneſtras
meas & in hoc ſic breuiter cõcludas Aut
illa arbor officit luminibus meis ita ꝙ celũ
uidere non poſſuꝫ & non eſt dubiuꝫ ꝙ nõ
poteſt quia facit contra debitaꝫ ſeruituteꝫ
ut eſt tex.in.l.ſi arboreꝫ in princi.đ ſer.ur.
&.l.lumen in princi.eo.ti.ex quo nõ.ſecun
duꝫ Ang.in.d.l.ſi arboreꝫ ꝙ licet arbor &
eius frondes impedire non poſſit uiſionem
celi in totum quia tamen impediunt ſalteꝫ
propter impedire dicitur luminibꝰ arbor.
& ſic qui ꝑmittit alicui non officere itelligi
tur ꝑmittere nec i totũ officere nec i pteꝫ
qđ facit ꝓ his q̃ dixi.ſ.eo.i.ii.colũ.Secꝰ ſi ꝓ
miſiſſet alteri nõ tollereq̃a plãtãdo arboreꝫ
non diceretur facere cõtra debitã ſuitutẽ ut
dixi in.q.precedenti.aut illa arbor nõ tollit
mihi lumen.i.ꝓſpectũ celi ſed ſaltem mihi
auffert & umbrã facit. puta propter ramos
& frondes & tunc non dicit̃ faere ꝯ debitã
ſeruitutem niſi ſol eſſꝫ neceſſarius uel mul
tum expediens ut eſt tex.in.d.l.ſi arborem
in prin.ſecundo reſponſo & ibi hoc nõ.oẽs
doc.Et ex hoc nota tria primũ ꝙ ille qui te
netur nõ officere luminibus nihilominus
poteſt edificar̃ aliquid propter quod ſol au
feratur predio dominanti dummodo lumẽ
aliter nõ obſcuret̃ ſeu fiat obſcuruꝫ ut.l.int̃
ſeruitutem in prin.de ſerui.ur.pre.Secũdũ
eſt notandũ ꝙ ille qui debꝫ ſeruitẽ ne lumi
nibus officiatur non cogitur ſeruare lumia
in eadeꝫ gratitudine niſi ad gratitudinem
locus eſſet deputatus ſecus in ſeruituteꝫ ne
proſpectui officiatur quia debet ſeruare ꝓ
ſpectum in eadẽ gratitudine ut eſt tex.in.
d.l.inter ſeruitutes in prin.& dixi.ſ.de ſer-
uitute ne proſpectui officiatur circa prin.

Tertiũ eſt notandũ ꝙ qui debet ſeruitu
tẽ ne luminibus officiatur non põt plantã
do ſeu edificando aut aliter ſoleꝫ auferre ꝑ-
dio dñanti quando ſol eſſet predio dominã
ti neceſſarius uel multũ expediens per dic
ta.l.ſi arborẽ.ii.reſponſo.& ideo ſi tolleret̃
ſol diceret̃ fieri contra debitã ſeruitutẽ ne
luminibus officiatur ſi ſine ſole locus habi-
tari non poterat uel ſi lumen fuit conceſſũ
gratia alicuius artificii ꝙ in eo fiebat & fie
ri non poterat ſine copia ſolis & pone exẽ-
plum in pennariis & baliſtariis qui eorum
artificio ponunt ad ſolem in domo ſue ha-
bitationis uel pone exemplꝰ ſi erat locus
in quo paterfamilias morabat̃ ad ſolem ut
dicit glo.in dicta.l.ſi arboreꝫ in ℟.elio ca-
mino ſicut ꝯtigit i põticello ſeu ſcolariis. &
in hoc põt ẽt poni exemplũ ſecunduꝫ flor.
in.d.l.ſi arborẽ in pri.i pſona diogenis phi
loſophi ad queꝫ cum ad ſolẽ ſedentẽ Alexã
der acceſſiſſꝫ ortareturq; ut ſi qua preſtaret
uellet ſibi indicaret iquit uellẽ a ſole mihi
non obſtes ut refert Valerius maximus li.
.iiii.c.de abſtinentia & continentia i penul
timo exemplo & uide que dicã in ſequenti
.q. Quinto quero nunquid debẽs ſerui

tutem ne luminibus officiatur poſſit depo nere edificium uel arboris ramos quo facto locus quondã opacus ſole incipiet eſſe ple n⁹.& dicas ꝙ ſic quia non facit contra ſerui tutẽ hanc enim debuit ne luminibus officiat ſed plus equo lumine facit ut ẽ tex.nota.in. d.l.ſi arborẽ.§.per contrarium.Ex quo nõ. ꝙ quis non dicitur ꝯfacere qui facit pluſꝗ debeat quod procedit niſi tollendo in totũ edificium uel ramos aut deprimẽdo lumi nibus officeretur ſi forte impreſſura que- dam in edes meas lumen deuoluat puta ex reuerberatione unde illud refulſit ſol i cli- peos aureos & ſplendiderunt mõtes ab eis ut eſt tex.cum glo.in.§. interdum in.d.l.ſi arborem & põt poni caſus ſecundum ang. ibi que rflexio ſolis erat in loco cui non de bebat officeř & per inordinatã reflexionẽ ſubſtantiam uiſus in loco ipediebatur .Vel ſecundo põt poni caſus & iſte intellectus ẽ planior & nobilior.s.ꝙ ille qui debebat ſer uitutem nõ officiẽdi luminibus habebat e- dificium ſuum in quo ſol cõtinue percutie bat uel certis horis diei & ex hoc obiecto ille cui ſeruitus debebatur ſimile edificiuꝫ ſuum ꝙ eiſdem modis illminabatur ex re- flexione ſolis percucientis edificium ſerui ens.Vnde ſi illud edificium ſeruiens depo nitur reflexio ſolis ceſſat & per cõſequens lumen tollitur ideo tale ediſficium deponi non poteſt cum lumina obſcurentur per depoſitionem & ſic eſt uerus intellectus dicti.§.interdum cum glo.& ſic notat ꝙ in ſeruitutibus conſideratur intereſſe & ius ĩterpretatur fieri cõtra debitam ſeruituteꝫ ubicũqꝫ aliquid fiat quod ledat ſiue iſtud fi at per modum exceſſus ſiue per modum ꝺ preſſionis ſiue deceſſus ſecũduꝫ bal.& flor. ibi ꝙ dicũt eſſe nõ.Item nõ poſſet tolli uel deprimi edificium quãdo eſſet ſeruitus im poſita altius tollendi ut dixi.ṡ.de ſeruitute altius tollẽdi.Sexto quero an ſeruitus ne lu minibus officiatur itelligatur tam de pſen- tibus quam de futuris dicas ꝙ ſic ſi hoc fuit actum expreſſe uel ſi ſimpliciter cõſtituta fuit ſecus ſi cuꝫ expreſſione uerbi preſentis temporis ut eſt tex.in.l. qui edificium &.l. ſequen.de ſer.ur.predi.quod declara ut ibi nõ.& habeť per gl.magnã in.l.eũ debere co lumnam de ſer.ur.pre.& per doc.i.l.nõ mo dus.C.de.fuitu.ubi ẽt poniť ꝓ ſali.ſi mutãť poſtea lumina an poſſit illis nouis mutatis officere. Septimo quero ſi aliquis laborat edificando ſuper re cõmuni ĩpius laboran tis & eius cuius luminib⁹ officit an hoc poſ ſit puta obſcurando lumina alterius dom⁹ que eſt propria dicti ſui cõſocii credo ꝙ ſit locus.l.cum luminibus de ſerui.ur.pre.s. ꝙ edificando teneatur ſeruare formã antiquã ſecundum quam erat edificatum & ſi nun quam fuit edificatum ſuper ipo pariete tũc melior eſt conditio prohibentis.l.ſabinus cõmuni diuidundo & quod ibi nõ. de reg. iuris.c.in re cõmuni in vi. per Dy.& Io.an. ita dicit Albe. de roſa.in.l.altius.C.de ſerui tuti.qui dicit ꝙ hoc habuit de facto & ẽ ual de nõ. Octauo & ultimo quero an in pa riete cõmuni liceat uni ſocio faceř feneſtrã pro acquirendo lumine dicas ꝙ non niſi ſi bi fuerit conceſſum.l.eos de ſer.ur.pre.& ibi nõ.per doc.de quo dic ut dicam infra de feneſtra ſeu balcone.

## De ſeruitute oneris ferendi.

## Cap. XXXVII.

o Neris feredi ſeruitus urbana ẽ .l.eum debere colũnam de ſuit. urba.pre.Et de hac ſeruitute ut Flo.ait in.l.& ſi forte.§.etiam ſi ſerui.uen.non uidetur fieri mentio niſi in predio urbano dicta.l.eum debere colũnaꝫ & dicto.§.etiam &.l.ſicuti in prin.&.§.i.& .§.ii.ſi ſerui.uen. Sed credo ꝙ etiam poſ ſit eſſe ruſtica ſeruitus puta ſi quis haberet ſtabulum inferius non domui coniunctuꝫ & ſic eſſet predium ruſticum.l.eo iure.ff.q. ca.pign⁹.ta.contraha.& dixi.ṡ.in quarta di uiſione in prin.ꝟ.quid de ſtabulo, & alius haberet ſolarium ſupra parietẽ ſtabuli tunc ſi ſeruitus imponeretur ut inferior deberet ſuſtinere ſolarium & onera ſua iferiora .pu ta pro feno locando.Nam non uideo quare illa ſeruitus oneris ferendi nõ debeat dici ruſtica ex quo debetur a predio ruſtico alte ri ꝑdio ruſtico p.l.i.cõia ꝑdi.nec eſt incon- ueniens ꝙ una ſeruitus in genere poſſit eſ ſe i ſpẽ ruſtica & urbana ſicut ẽ ſeruitus al tius tollendi & officiendi predio uicini uel protegendi que ſunt urbana de ſer.ur.pre. & dixi.ṡ.de ſerui.protegendi in prin.impo nitur autem hec ſeruitus qñ quis uẽdit unã domuꝫ in qua erat una colũna que ſuſtine bat onus alterius dom⁹ ſue hoc acto ꝙ ꝑpe tuo ſuſtinere debeat hoc uult.dcã.l.eum de

bere columnam in prin.uel quando actum
fuit ſine uenditione ut poſſim onus impo-
nere & tu perpetuo ſuſtinere debeas/& ita
loquitur.℣.queãdmodum in eadem.l.qui ĩ
hoc differt a prin.ſecundum cy.ibi.Item im-
ponitur non ſolum per columnam que fit
in loco debente ſeruitutem & ſolarium uici-
ni ſuſtineat ſicut ſepe contingit,quãdo ſo-
lariũ eſt ita latum ꝙ per trabes in parieti-
bus infixas ſuſtineri non poſſit/ſed etiam
qñ columna ł trabs parietibꝰ ĩfixa ďbẽtibus
ſeruitutem ſuſtinere onus uiciarũ ediuȝ ut
probatur in.d.l.eũ debere columnã.ibi onꝰ
uiciarum edium ibi paries oneris ferendi/
de ſerui.urb.predio.Forma uero huiuſmõĩ
ſerui.ĩponende ita eſſe põt ſi in lege edium
ita ſcriptũ eſſet paries oneris ferendi uti nõ
eſt,ita ſic uerba ſignificãt parieteȝ ꝑpetuũ
eſſe debere/nõ tamẽ hoc his uerbis dici po-
teſt ut in perpetuum idem paries eternus
eſſet cum hoc fieri nõ poſſet/ſed uti iiſdem
modis paries nõ ĩ perpetuum eſſet/ꝙ onus
ſuſtineret ut eſt tex.ĩ.d.l.euȝ debere colum-
nam differẽtia eſt iter eternũ ſempiternuȝ
& perpetunm.Eternũ enim nõ habet prici-
pium neqȝ finẽ ut deus ſempiternũ habuit
pricipium ſed nõ habebit finem ut anima
& angelꝰ ut nõ.gl.pe.in ℣.eternus ĩ.d l.euȝ
debere columnã.Perpetuum uero põt dici
ĩ propoſito id quod habuit pricipium & ha
bebit finem ſicut eſt ſeruitꝰ impoſita & ac
tiones que dicũtur perpetue ut iſti.ď ꝑpe.
& tp̃ali.acti.hoc dicit glo.pe.in fi.& no.be
ne ꝙ huiuſmodi ſeruitꝰ ĩcipit & nõ deſinit
quia impoſſibile ẽ aliquid eſſe ſub ſole ſiñ
fine.unde nota ibi ꝙ nihil eſt ſub ſole per-
petuum & ideo mundus ſecundum rectaȝ
& ueram fidem noſtram habuit pricipiuȝ
& habebit finem licet quidam philoſophi
naturali ratione moti contrarium dixerit
Sed dubium eſt quando intelligatur in ca-
ſu noſtro iure ſeruitutis perpetuum dicit
Ang.in.d.l.eum debere columnaȝ quicqd
durat centum annis dicitur apud nos ꝑpe-
tuum qa lapſu tanti tp̃ris extinguitur.l.fi.
de ſac.ſan.eccl.&.l.an uſufru.de uſufru.&.l.
proponebatur.ff.de iudiciis & ꝙ curſus tã
ti tp̃ris perpetuitatem ſignificet nõt.glo.in
.l.ii.§.hoc aũt edictum ꝑpetuum nequid ĩ
loco publico.unde forſitan ſecundum ang.
in.d.l.eum debere columnã obligatio ď qᵃ
loquitur illa lex non durat ulteriori tẽpo-
ris ſubdit tamen ꝙ hoc non ponit pro con

ſtanti.ego autem non teneo ꝙ perpetuum
dicatur uſqȝ ad.c.annos tantum ſed etiã ul-
tra & ꝙ duret donec durare põt puta ſi eſt
columna que requieſcat in domo debentis
ſeruitutem donec durat edificium ſuperiꝰ
debebit durare ſeruitus ferendi per co
lumnam uel ſi eſſet paries qui onus ſuſtine
re q̃diu paries eſſet uel onus durare poſſet
tam diu ſeruitus diceref & hoc uidef pro-
bari in.d.l.eum debere columnã ibi,ſȝ ut eiſ
dem mõis paries in eternum eſſȝ ꝙ onus ſu-
ſtineret niſi eſſet preſcripta ſeruitꝰ iuxta ea
que dixi.s̃.in.viii.q.principali/nõ tamẽ põt
tolli ius ſeruitutis oneris ferendi donec ille
cui ſeruitus debetur ẽ in poſſeſſione uł qua-
ſi.puta quia onera ſua a uicini parietibus ſu-
ſtinẽtur.Nõ uideo unde etiam ſi per mille
annos ſolariũ ſuſtineretur per columnã ui-
cini ſeruitus non perderetur neqȝ finiret fa
cit ꝙ nõ.in.l.qui luminibus de ſer.ur.pre.&
quod nõ.per glo.ſingularem.xvi.q.iii.c.per
ſingulos in ℣.dubitare ad fineȝ.ibi unde ẽt
nõ preſcribit ad mille annos.Huius aũt ſer-
uitutis oneris ferẽdi natura eſt ut qui debet ſer-
uitutem facere teneatur ut eſt tex.in.l.eum
debere columnã in prin.&.l.& ſi forte.§.ẽt
ſi ſeruitus uen.&.l.ſicuti.§.ariſto.eo.ti.ſed ĩ
aliis ſeruitutibus regulariter eſt ſecus ut.s̃
debens ſeruitutem non facere teneatur ſed
tãtum pati ut eſt tex.in.l.quotiens la.i.§.i.ď
ſerui.ti.generali & in dicto.§.etiam &.l.i.in
fi.& ĩ.l.ii.§.preterẽa/de aqua plu.ar.& dixi.s̃.
in.q.i.principali de natura ſerui.ĩ pri.& eſt
ratio/quia ſpeciale eſt ĩ ſeruitute oneris fe-
rẽdi ut dicit glo.in fi.in.d.l.eum debere co-
lumnam in.d.l.quotiẽs/& ĩ.d.§.etiam uel ſe-
cundum Ang.ĩ.d.l.eum debere columnã/qa
uenit ĩ cõſequentiam/nam ĩ ſeruitute oneris
ferẽdi in perpetuum uenit ut quis teneaf
reficere edificium collapſum ut poſſit one-
ra ſupportare ut ibi gᵒ ĩconſequẽtiam qui de-
bet facere,nõ debet pati ſi reficere tenetur
circa quod uide que proxime dicã.Sed nun-
quid ille qui debet ſeruitutem oneris feren-
di uel aliã debeat reficere ſuis expẽſis ut pu-
ta columnam uel parietem ſuſtinẽtem one-
ra uicini,& uidef ꝙ ſic ut eſt tex.ĩ.l.eum de
bere columnã ĩ pri.de ſ.ur.p̃. In cõtrariũ
uidef .l.i.§.fi.&.l.ii.§.preterea ď aqua plu.
ar.Tu dic breuiter ꝙ aut fuit actum in con-
ſtitutione ſeruitutis quis debeat reficere &
cuius expenſis & pacto ſtandum eſt & il-
lud ſeruare.d.§.preterea ſecundum unum ĩ

tellectum aut non fuit actum expreſſe ad
queꝫ refectio ſpectaret & tunc ſi ille qui de
bet ſeruitutem conſueuit reficere a tempo-
re cuius non extat memoria incōtrariuꝫ | &
idē ut ip̄e teneatur ut.d.l.i.§.ſi de aqua plu.
ar.qm̄ pactum & uetuſtas a pari ꝓcedunt
.l.ii.in prin.de aqua plu.ar.Si uero de iſta
conſuetudine nō apparet/& tunc in ſerui-
tutem oneris ferendi ille reficit ſuis expen
ſis qui ſeruitutem debet ut.d.l.eum đ here.
&.d.l.& ſi forte etiam & rationem dixi.s̄.
uel quia eſt ſpeciale in ea uel quia in conſe
quentiam uenit In alus aūt ſeruitutibus
diſtingue aut ex refectione pōt ſequi aliqᵃ
utilitas ut quia ex purgatiōe riui trahit ad
ſe pinguedinem ibi collectā\& tunc eſt in
domini poteſtate predii ſeruientis uel pur-
gare uel pati ꝙ per alium purgetur.Et iō
ille cui debetur ſeruitus debet alternatiue
agere ut reus reficiat aut refici paciatur ut ē
tex.in.l.ii.§.apud labeoneꝫ\de aqua plu.ar.
Aut ex refectione nlła ſequitur utilitas|ſed
ſolum expenſa & tunc indiſtincte debens
ſeruitutem debet tantum pati & non refice-
re.d.l.quotiēs.§.i.de ſerui.& dicta.l.& ſi for-
te.§.etiam ſi ſerui.uen.& dicta.l.i.§.ſi.đ aqᵃ
plu.ar.fallit in ſeruitute oneris ferendi &
ita tenet bar.in.l.ii.§.apud labeonē/de aqua
plu.ar.& dicto.§.etiam & ita tenet ang. in
dicto.§.p̄terea & Flo.in dicto.§.etiam & ui-
de que dixi.s̄.in yiiii.q. principali. Dic-
tum eſt de refectione rei que onus ſuſtinet
ſed quid ſi perit i totum|puta quia colūna
cōbuſta eſt uel paries depoſitus|an debens
ſeruitutem oneris ferēdi teneatur aliā ſup-
ponere uel parietem reedificare\dic ꝙ ſic
ut eſt tex.in.d.l.eum debere columnam i ſi.
de quo dic ut ibi per glo.in.ꝟ. pariete. Sed
qd ſi cōceſſi tibi arcam ut ibi edifices domū
in qua debeas me recipere cum ſociis meis
tranſeuntibus/an domo deſtructa quocūqꝫ
caſu nouam rebedificare tenearis|& uidetᷣ
ꝙ ſic quia dixi i ſuitute oneris ferendi ut p-
petuuꝫ eſſe debeat/ita uidetur eſſe dicendū
in iſta obligatione ſeu onere recipiēdi me
& ſocios meos ut debeat eſſe ꝑpetua\& hoc
tenet la.de are.per dictā.l.eū deber̄ colum-
nam in prin.&.l.ſi finita de dam infec.Alii
habent in.l.qui bona eo.ti.ſed Ang.in.d.
.l.eum debere tenet cōtrarium/quia in hac
queſtione ille qui promiſit nō tenetur reci-
pere niſi i domo edificādo primo|per.l.bo-
ues.§.hoc ſermone de ꝟ.ſig.illa enim que

ſecundo edificatᷣ nō eſt eadem domus ut.l.
ſeruitutes q̄ in ſuperficie.§. ſi ſublatum,de
ſerui.ur.pre.facit.l.marit⁹ cū ibi nō.ff.loca.
nō obſtat ſecundum eū.d.l.eum debere, qa
ibi ſemper fuit facta promiſio oneris feren-
di/unde ſui natura hec obligatō ē perpetua
cum cauſam ſucceſſiuā habeat/& nunquam
plene ſatiſfactum itelligi poſſit.l.iii. in pri.
de condi.ob.cām &.l.iii.in prin.&.§.dare đ
uſufru.Quando autem paries uł columna
debens ſeruitutem reficitᷣ ad quem interiꝫ
ſpectabit fulctura edificiorum ne corruat/
dic ad dn̄m cui ſeruitus đbetᷣ ut eſt tex.nō.
in.l.ſicuti in prin.ff.ſi ſerui.uen.& ibi iuriſ-
conſultus dat conſilium domino ſuperiori
ſi nō uult fulcire ut edificia deponat|& refi-
ciat cum paries fuerit reſtitutus|& ē conſili-
um ironicum ſecundum gl.ibi ꝙ iſtud erit
ſibi deterius q̄ fulcire|& allegatᷣ ille tex. ad
illud uulgare,ꝙ conſultius eſt maluꝫ ſubſti-
nere q̄ malum pati & peius. Sed quero
quis debet mihi ſeruitutem ut in pietibus
ſuis habeam trabem ſeu tigna per que ſola-
rium meum ſubſtineatᷣ,an iſta erit ſeruituſ
tigni iniuncti uel oneris ferendi,uidetur eſ-
ſe tigni iiūcti/quia tigna babeo i parietib⁹
ſuis per.l.ſicuti.§.competit ſi ſerui.uē.In cō-
trarium uidetur/quod ſit oneris ferēdi p.l.
eum debere/de ſer.ur.pre.Ego credo qđ in
hoc ſint conſideranda uerba ipoſitionis ſer-
uitutis.Aut enim dicit,ꝙ quis poſſit imit-
tere tigna in parietibus ſuis & ſupra ſolari-
um edificare & erit ſuitus tigni iniuncti|lꝫ
in conſequentiam onera ſuſtineat p.d.§.cō-
petit ubi caſus/Aut dicitur ꝙ quis teneatur
ſuſtinere onera mea uel ſolarium meum &
tunc erit ſeruitus oneris ferendi|& ita loqui-
tur.d.l.eum debere ibi paries oneri ferēdo
&c̄ .licet in conſeq̄ntiam habeat tignorum
imiſſionem|quia inſpicere debemus quod
principaliter fit non quod in cōſequentiaꝫ
ut.l.ſi quis nec cām|& ibi nō.ſi cer.pe. Aut
uerba ſunt ambigua & conſtat de eis puta
quia preſcripum eſt/& tunc puto in cāu p̄-
dicto ꝙ ſit potis tigni iiuncti q̄ oneris ferē-
di ut probatur in.d.l.ſicuti.§.competit & h̄
ſentit gl.nō.i.§.diſtat in.ꝟ.actiones ibi naꝫ
licet ubique ſubſtineat onus tamen quia in
prima ſpecialiter de onere ferendo dicitur
non in ſecunda &c̄.ſed ſi eſſet ſeruitus colū-
ne ſubſtinentis ſolarium uicini que non re-
quieſceret in parietibus ſed in ſolo debene-
te ſeruitutem|& tunc non eſt dubium,ꝙ eſ-

ſet ſeruitus onēris ferendi non tigni īiūcti
.d.l.eū debere in prin. Ex his habes quo
modo cognoſcatur ſert⁹ tigni iniūcti a ſerui
tute oneris ferendi. Item que ſit differentia
inter unam & aliam colligitur ex predic-
tis & in uerbo huius aūt ſeruitutis & in ꝟ-
bo nunquid aūt ille. & uide tex. cum glo. in
dicto §. ſi diſtat. Vltimo queritur ſi lega-
tur uel uenditur domus/an uideatur impo-
ſita ſeruitus ut ſuſtineat onera pertinentia
que ipō actu ſubſtinebat. Et dic ꝙ ſic maxie
ſi contrahentes hoc ſciebant. l. quod concla-
ue de dam. infec. coniūcta. l. i. in prin. de ac.
ēp. quia loquitur in ſeruitute que non habe-
bat cām continuā/& ita tenet bar. in. l. i. cir-
prin. de ſer. lega. & uide que dicam in ſeq. ſ-
ui. in uerbo ſed re ad ſummendo iſtam ſer-
uitutē/alia plura circa iſtam materiam uid'
que dicam infra de onere ferendo que etiā
hic conuenire poſſent.

## Rubrica de ſeruitute itineris ſeu actus. Cap. XXXVIII.

h Ec eſt ultima ſeruitus urbana
quam in ſpecie hoc libro decla-
rare conſtitui/Cetere ſi que ſūt
in domo per me figurata de qͣ
proximē dicetur intelligi poterunt. ſeruit⁹
iſta itieris ſeu act⁹ non ſolum eſt ruſtica ut
.l. i. in prin. de ſerui ur. pre & inſti. in prin.
de ſerui. puta quando debetur a predio ru-
ſtico alteri predio ruſtico ut ibi etiam pōt
eſſe urbana quando a fundo urbano alterī
urbano debetur ut probatur in. l. iter cōia p̄-
di. & in. l. ſeruitutes que in ſuperficie. §. ſi
domo/de ſer. ur. pre. & per hoc uide que di-
xi in ſeruitute precedenti in prin. ſi habes
ſeruitutem eundi ad domum tuam per ca-
ſtellum meum uel domum uel curiam uel
ſcalas meas/an ego poſſim claudere đ nocte
ianuam. Et dic ꝙ ſic/quia intelligitur actus
ut poſſis ire de die non de nocte dicta. l. iter.
& ita ibi per doctores. Et eſt ratio quia de
nocte non licet ire per ciuitatem uľ domos
alienas ut ibi probať iuncta glo. ſecundu3
Pa. de ca. & dixi. s̄. in octaua. q. principali in
ultima carta ꝟ. item ſi ſeruitus itineris/qđ
bene nō. & pro illis qui habent plures do-
mos ad quas ingreditur per unā curiā que
ſit unius tantu3/& omnes ſtant ſub una cla-
ui. l. quid ſit fugitiuus. §. apud celſu3 de edil.
edic. ſicut eſt uenetiis & in multis locis. unū
ex his nō. lic3 quis pretendat ius eundi per
domū uel fortillitium aut ſcolas alterius ēt
iure ſeruitutis conſtitute itineris ſeu actus
tamen debet ire congruis horis/unde itelli-
giť quod tantum de die ire poſſit/& ita flo.
in. d. l. iter. unde facit ſecundum eū ad colle-
giatum ſeu confederatū qui ſe obligauit ut
liceat alteri confederato tranſire p caſtella
& loca ſua ut licet nō apperiat portā đ noc-
te non tamē dicať uenire contra conuenta
& ſimiliter excuſantur cuſtodes fortillitio-
rum ſi de nocte alicui nō aperiāt portā cu3
hoc non teneāť facere ꝓpter imminēs pi-
culum facit ad hoc. l. furem & quod ibi nō.
ff. de ſica. hec tamē non puto ita amare & ī
ciuili modo itelligi ut nullo modo liceat de
nocte ire ſiue trāſire. Nam ſi pōt eſſe ſine
piculo & id quando fieri conſueuit ſicut ī
domibus contingit de bieme/quo tempore
plerunq3 de nocte itur/uel ꝓpter aliquam
neceſſitatem/tunc teneo ꝙ etiam de nocte
poſſit ire & tranſire ar. ad. l. furē cum ibi nō.
& quia ꝟba ſunt ciuili modo ītelligenda
.l. ſicuti/de ſeruituti. nec amaṝ ſunt intelligē-
da ut eſt tex. in. l. ſi quid uenditor in prin. đ
edil. edic. &. l. ſi id quod. §. ſi quas de dona. ī-
ter uirum & no. glo. antepe. in. c. relatum/de
teſta. el. ii. Scriptum ē. n. q nimiū emungit
elicit ſanguinē ut dicit tex. in. c. niſi cum. §.
propter militiam/de renunc. & habeť ori-
ginaliter prouerbioꝝ. c. xxx. & per glo. in
.l. ſciendum. §. aliud in uerbo artificiu3 de
edil. edic. Et adde his que dicā ifra i ſecūdo li-
bro đ ſer. itineris/& đ ſuitute uie. Nō. unū
alium caſum pulcrum & quotidianū/ꝙ ſi iť
plures ē facta diuiſio domus uel alteri⁹ fun-
di non uideť actum ꝙ unus habeat additū
per partē alterius/ſicut prius habebat niſi
hoc inter eos ſpecialiter ſit conuentum ut
ē caſus nō. in. l. uia conſtitui. §. quecunq3 i ſi.
& ibi hoc nō. bal. flor. & cōiter doc. de ſ. ur.
pre. Et iō lic3 quilib3 eorū ante diuiſionem
poſſ3 tranſire p totum fundum/quia in qua-
lib3 parte habebat partē pro indiuiſio non
tamē poſt diuiſionē nullus poterit. facit. l. ī
uēdēdo đ contra hē. emp. & hoc ē utile ma-
xime inter fratres diuidētes domū per par-
tes ad quas non poſſit haberi additus niſi p
alias partes Pone exēplum tres erāt fratres
& domu3 cōem habebant tria ſolaria habē-
tē uenerunt ad eius diuiſionē & cuilib3 fra-
trum aſſignatū ē unum ſolariu3, poſtea fra-
tres qui habebant ſolaria ſupiora uolebant

ire p ſolarium inferius alio fratre inuito, q̄ritur an poſſint & an per ſolarium inferi⁹ habeant iter ſeu aditum & uidetur quod ſic per.l.binas edes alias incipit gayus de ſer. ur.pre. Dicas contrarium ut eſt caſus no. in d.§.quecunq; ſecundum ubertu3 d cremōa & bal.& doct.ibi & hoc probatur etiam ratione. Nam diuiſio ſimil' eſt emptioni.l.i.C. cōia utriuſque iudic.ſed in uenditione uia uel iter non uenit niſi expreſſe ſit dictum .d.l.in uendendo.& ratio huius eſt/quia in dubio res libera uendi uidetur/& non cum aliqua ſeruitute.l.in tradendis.§. interpoſitis in fi.cōia predi. Et propterea ſi uendi tibi predium meum ad quod iri non poterat/ niſi per aliud meum predium non uidet' actum ut illud debeat tibi ſeruitute,niſi expreſſe dcm̄ fuerit.d.§.interpoſitis in fi.cum glo ſecus eſt in legato/quia in dubio uidet' res legata ut heres poſſit tranſire ſicut teſtator tranſibat ut.l.teſtatrix in prin. ſi ſerui.uen.& ibi hoc tenent doc.& bar.& doc. i .d.l.binas edes/& bar.in.l.i.de ſeruitute legata/& eſt ratio quia in ultimis uoluntatibus interpretatio fit latior & fauorabilior quā in contractibus.l.in teſtamentis/de reg. iuris.c.cum dilecti/in fi.de dona. Et ideo ſint cauti fratres in diuidendo ut reſeruent ſibi aditum expreſſe. Eodem modo debent eſſe cauti emptores/hinc eſt ꝙ coiter notarii apponunt in inſtrumentis emptionum & ſy. unā clauſulā uidelic3 cū acceſſib⁹ & egreſſibus,itroitibus & exitibus ſuis uſq; in uias publicas/& dicit bar.& doc.i.d.l.binas edes/ que clauſula hoc importat quia l3 non debeatur ſeruitus ſibi ab alia re mea/tamē ſi conſueueram ire per illam ad rem uēditam ul' fratres ſimiliter ire conſueuerant alicuius emptor l' frater ire poterit/quia iſte poteſt dici acceſſus illius rei uendite l' diuiſe. Cautius tamē eſſet exprimere in ſpecie qđ iter ſeu actus debet' p talem locum quod nō. in practica/& uide que dicam infra de curia ſed reaſſumendo iſtam.q.latius in gener̄ & ut omnia complecti poſſint/uidelicet an it' ſeu actus debeatur de qua uide plene per bar.in.l.i.de ſerui.leg.per Ia.bu.Bar.& Bal. & doc.in.d.l.binas edes & per Pa.de caſt.in .l.in tradendis.§.interpoſitis/cōia pre.& p Bar.& doc.in.l.ꝙ conclaue.de damp. infec. in qua ſic concludas. Quod aut ille a q° peto ſeruitutem mecum non contraxit nec quaſi aut mecum uere contraxit uel quaſi ɔtraxit. Primo caſu quando nō cōtraxit nec quaſi mecum & tunc non habeo ius petendi ab eo iſtum aditum.l.eum & ſer.ur.pre. Et ratio eſſe pōt quia regulariter res cuilibet libera eſt/niſi ſeruitus conſtituta probetur.l.qui luminidus & ibi nō.eo.ti.&.l. altius &.l.edibus .C.de ſerui. Secundo caſu quando mecum uere contraxit ſubdiſtingue/aut contraxit ſuper uſufr.aut ſuper ꝓprietate ſi ſuper uſufr dic/ꝙ debetur iter ſeu aditus dato ꝙ nihil dicatur ut eſt tex.in .l.i.§.i.ſi urufr.pe.& probatur in.l.ſed ſi qs .§.proprietatis in fi.de uſufr. Et ratio ē quia ſine aditu ad eum uſuſfr.eſſet iutilis & eſt etiam tex.qui ponit hanc rationem in.d.l. binas edes ṽ.ñ aūt & uide ad hoc oio glo.ī .d.§.proprietatis ad fi.in ṽbo contineri. Et intellige ſiue debeatur uſufr. ex contractu inter uiuos ſiue ex ultima uoluntate/quia r̄putatur eſſe modici preiudicii ex quo ppetuo non durat ſecundum glo.in.d l.binas edes. Item intellige ꝙ iſte aditus debeat' uſufructuario iure cuiuſdam cōmoditatis non ſeruitutis/quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non pōt.l.§.i.de uſufru.lega.& quod dictum eſt de uſufru.idem in quocunq; contractu dicas qui principaliter concernat uſu3 rei/ar. .l.ſed & addes .§.illud.ff.loca.ſecundu3 glo. alias .F. in.d.l. binas edes .ſi uero ſuper proprietate rei contractum eſt.puta uendidit quis proprietatem rei.tūc nō uenit ſeruitus itineris ſiue aditus neq; alia ſeruitus. .l.in uendeudo/de contrahen. emp.&.l.qui libertatis.§.fi.de euictionibus &.l.uia cōſtitui.§.quecunq; in fi.d ſer ur.pre.& ita ten3 glo.Bar.& Ang.& doc.in.l.quod conclaue de dam.infec.& ītellige ſi ſine aditu res uēdita efficeretur in utilis & eſt ratio differētie inter uſufr.& proprietatem quia uſuſr. ē mioris preiudicii quia proprietas regulariter nunq̄ finitur ſed uſuſfr.ſic.l.corruptōnem.C.de uſufr.cum ſy. Sed hoc limita duobus modis. Primo quādo eſſ3 ſeruitus tigni uel iniūcti uel oneris frrēdi/quia tūc cū ſuo onere res uidetur eſſe uendita uel aliter alienata.d.l.ꝙ conclaue &.d.l.binas edes &.l. .i.de ſerui.leg.& ita tenet Bar.& Flo.in.d.l. binas ſ3 bar.& Ang. contrarium dixerūt i. d.l.conclaue dicunt enim quod ī contractibus inter uiuos ſi nō interponit' ſeruitus oneris ferēdi non uenit p illa iura & idem dixit Ang.in.d.l.binas edes ubi dicit qđ ſi haberes duas domos unica conſignatiōe cō

tentas unam uendit alteram ſibi retinet, ñ poterit emptor inuito uenditore rtiner ti- gna que requieſcant in domo uendita niſi forma contractus aliter ſe habeat. Vnde ipe dicit ſis cautus tu emptor quia ex hoc uidi iam multas lites & ſubdit ꝙ probatur in.l. ꝙ conclaue de damp.inſec.ubi uidetur eſſe caſus dum dicit ſeruitutem oneris porticus ſeruande impoſitam uendidiſſet quaſi ui- deatur a contrario ſenſu ꝙ ſecus eſſet ſi non fuiſſet impoſita. Sed ego credo ꝙ non bene dicant quia incontrarium eſt tex.in.d.l.qui binas edes cum ſeq.cum glo.ſuper ꝟbo con ceſſerint que exponit inter uiuos. Nam cu; uenditur domus uidetur impoſita ſeruitus ut ſuſtineat onera permanentia que ipſo actu tunc ſuſtinebat & ita debet intelligi dicta.l.ꝙ conclaue ſecundum bar.i.l.i.de ſer ui.leg.& dicta.l.binas edes in fi.& talis dici- tur habere cauſam continuam & permanẽ tem & propterea uidetur impoſita maxie ſi contrahentes hoc ſciebant ut dicit bar. in .d.l.i.in prin.& dixi in precedenti ſeruitu- te in fi.& iſtud teneas. Sed ſi haberet cauſã non continuam ſicut eſt ſeruitus itineris ſeu actus/tunc ſecundum omnes in contrac- tibus inter uiuos non uidetur impoſita niſi expreſſe actum ſit.l.in uendendo de contra hen. emp.& iſto modo intelligo quod dixi .ſ.in.ꝟ.ſi uero ſuper proprietate. Secun do limita quando inſtrumentum uenditio nis inuenitur cum illa clauſula cu; acceſſi- bus & introitibus &c̃.de qua ſupra dixi.

Tertio etiam limitare potes in uia ad ſe pulchrum de qua dic ut.l.ſi quis ſepulchrũ i pri.de religi.& nõ.bar.in.d.l.i.i fi. Ter- tio caſu principali quando quis mecu; qua ſi contrahit puta here.adeunde cum me le- gatario .l.apud iul.§.fi.qui.ex in poſ.ea.& tunc regulariter ſeruitus impoſita non uid tur .d.l.ꝙ conclaue & dicam in ſeq.q. S; an poſſit agi ut imponatur dic aut fuit lega tus uſuſfructus aut proprietas primo ca- ſu poteſt agi ut imponatur illa ſeruitus ſi alias uſuſfr.eſſet inutilis.l.binas ꝟ.nõ au- tem pallegata/ &.l.i. &.ii.ſi uſuſfr.pe.&.l. dampnas.§.i.& ibi bar.de uſufr.leg. Se- cundo caſu quando legatur ꝓprietas/& tũc aut queris an a legatario debeat preſtari ſ- uitus heredi & ſine dubio dicas/ꝙ ſic.l. te- ſtatrix in princi.ſi ſerui.uen.&.l.ſi fundus ſub conditione.§.qui fundum del.i.&.l.fi.d ſer.ru.pred. Aut queris an debeat preſtari ab herede ipſi legatario uel ab uno legata- rio alteri legatario uide glo.ordi.que hᵒ di ſputat in.l.iii.§.ſi loci de adimen. lega. Sed quicquid dicat illa glo.bar.in.l.i.ante fi.de ſ- ui.le.dicit ꝙ credit ꝙ debeat preſtari.per.d. .l.binas edes ubi dicit ꝙ non poteſt heres i totum lumina obſcurare rei cuiꝰ ꝓprietas eſt legata eadem ratione iter debet pſtare, quia in minus poſſet lumina obſcurare ꝙ uti ſine itinere.l.i.§.i.ſi uſufr.pe.& ita debet in telligi.d.l.binas edes que eſt clauis huiꝰ ma terie ſecundum bar.& bene. Sed circa p̄ dicta queritur eo caſu quo heres tenetur pſtare aditum/an ſit ſeruitus conſtituta ipſo iure predio legato ita ut legatarius poſſit inten tare confeſſoriam ꝯ quemq̃ impedientem ſecundum.l.ſi quis diuturno in fi.ſi ſui.uẽ. & uidetur quod ſic/p.l.ſi qs ptem.§.fi.quẽad. ſerui.ami.doc.dicunt ꝯrium/quia ibi loqtur qñ ſeruitus fuit expreſſe legata hic non ex preſſe.lic; fingatur legata tacite ut ſupra dixi & ex tacito nõ trãſit ius ſeruitutis/ ſicut nec tranſit dominiũ ipſo iure ut ẽ tex.cum glo. ſecundum la.de are.& doc.in.l.emptor.§.fi. de rei uen.& in.l.ſeruum filii.§.fi.& quod ibi p doc.de l.i.ſolum ergo legatarius hab; actionem pſonalem contra heredem ex te- ſtamento ut ſeruitutem conſtituat ut notat Bar.in.d.l.binas. Vnde ſis cautus in agendo & faciendo qd conſtituatur tibi ſeruitus ſi uis ꝙ tranſeat in te ſingularem ſucceſſores actiue & paſſiue quod tene menti in prati- ca. Cetera circa iſtam materiã uide.j.de iti nere ſiue introitu.

ſ

Upereſt nunc ut quibuſdam noĩa tis in iure ſeruitutibus urbanis ex plicatis de domo per me figurata loquamur p quã reliquas ſuitutes urbanas facile quiſq; intelligere poterit quicquid i fundo urbano fieri ꝓmittatur & in quo ſerui tus & li batas cõſiſtat ut aũt hec memoratu aut cogitatione faciliora ſint eas ex ipiꝰ do mus ordine declaremus.

De ſolo ſeu area ꝓpria. C. XXXIX

e

X ordine nobis ocurrit.ut pri- mum de ſolo ſiue area quedam dicamus. In ſolo ſiue area regu lariter poteſt quis edificare do mum uel aliud edificium conſtruere.& al- tius ut ita dixerim uſq; ad cellum qa qcqd

eſt.ſ.ſolum uſq; ad celum liberum eſſe debet
& eius cuius eſt ſolum ut probatur in.l.alti
us &.l.edibus.C.de ſeruitu.ti.generali & nō.
in.l.qui luminibus de ſerui.ur.pre. que tñ
lex prima facie incontrarium potius facere
uidetur ſecundum Albe.de ro.in.d.l. altius
in prin.& hoc etiam nō.glo.xii.q.i.c.ii.i ℣.
ſi.hac & hoc intelligo ſiue altius fuerit edi-
ficatum ſiue nunꝙ.puta quia erat area ua-
cua imo etiã per mille annos area mea ſte
terit iuxta palatium tuum.non edificata ta-
men potero edificare nec me prohibere po
teris ut nō.gl.nō in.d.l.qui luminibus in fi.
& idem nō.glo.Bar.in.c.abbate.in prin. in
℣.monachum que incipit hoc modo extra
de ℣.ſig.& glo.lo. theotonici.d.c.ii.xii.q.i.
& Spe.in ti.de cã.poſ.& proprie in ultia co
lump.℣.ſed pone & ℣.ſeq.& per Roſr. in
libelo ne quid in loco publico fiat & de cō-
feſ.§.illud queritur.Item predcã itellige ꝙ
quis poſſit edificare in ſuo ſolo uel area etiã
ſi officiat luminibus uicini niſi ei debeatur
ſeruitus altius non tollendi ut probatur in
.d.l.altius.& dicta.l.edibus.C.de ſerui.& .l.
eum eo.&.l.pe.de ſer.ru.predi.& in.l.altius
ſi ſerui.uen.&.d.l.qui luminibus etiam.ſi ui
cinus eſſet minor uel pupillus ut probatᷣ
nō.in.d.l.altius ſi ſerui.uen.cōiūcta gl.ibi q̃
dicit ꝙ ibi erat ſeruitus conſtituta. Item
intellige predicta etiam ſi obſcurarent i to
tum lumina ſeu edes uicini ut dicta.l. cum
eo & ibi hoc nō.Bal. Sed predicta fallũt
in quibuſdam caſibus in quibus non eſt lici
tum etiam in ſuo altius edificare maxime
obſcurando lumina uicini & primo quan-
do eſſet conſuetudo uel ſtatutum edifican
di uſq; ad certam menſuram & ſic ſeruitus
uidetur impoſita conſuetudine uel ſtatuto
Nam tunc edificando altius tollere non po
teſt.caſus eſt cum glo.que ponit de ſtatuto
florentie in.l.i.C. de edificiis priuatis & nō.
glo.& doc.in.l.qui luminibus de ſer.ur.pre.
& dixi.ſ.de ſerui.altius non tollendi in.q.
quarta & hmuiuſōi ſtatutum uel conſue
tudo ligat etiam forenſem cuius eſt domus
que non debet altius tolli ut ibi dixi in.q.

Secundo fallit quando ſeruitus eſt im-
poſita ꝑ pactũ ut.l.inter ſeruitutes cũ ſeq.
ur.pre.de quo dic ut dixi.ſ.de ſuitute ne ꝓ
ſpectui officiatur cum tribus ſeq.uel quan
do eſſet preſcripta huiuſmodi ſeruitꝰ ut nō
glo.in.d.l.luminibus de qua preſcriptione
dixi ple.ſ.x.& ultima.q.principali. Ter

tio fallit quando unus habet plures domos
& unus legat uſumfr. alteri. Nam tunc
non poteſt heres alteram tollere uel obſcu
rare domum uſufructuariam i totum ſ; ſal
tem modicũ lumen ꝙ habitantibꝰ ſufficiat
relinqui debet tex.in.l.ſi is qui binas uſufru
ctu.& tex. cum gloſa. in .l. binas de ſer.
ur.pre.& dixi plene in fi.in ſeruitute prece
denti in pe.q. Quarto fallit quãdo edes
uicini habent lumen ex publico qm̃ tũc ui
cinus edificando nocere non poſſet talibus
luminibus quia non licet uicino aliquid in
publico facere quin liceat alteri prohibere
.ff.ne quid in loco publico per totum ſecun
dũ Roſ.in libello de confeſſoria poſt prin.
in ℣.ſed illud queritᷣ & hanc.q.uidetᷣ ſen-
tire glo.in.l.luminum.§.fi.de dam.infec.q̃ i
cipit niſi animo nocendi ibi reſpondeo nō
uidetur officere ſi lumen auferat qn ex pri
uato conſueuit habere facit ꝙ nō.bar.in.l.i.
§.ſicut aũt de aqua plu.ar.Verum putat Al
be.de ro.in.l.altius.C.de ſerui.quando offi-
ciens luminibus laborat in publico tũc enĩ
ꝓhiberi poſſet niſi eſſet conſuetudo ꝙ poſ
ſet etiam in publico taliter laborare ut ipſe
nō.in.l.de quibus ℣. nunquid uidendũ ex
qualibet.ff.de.il.Si autem in ſuo laboraret
tunc ẽt ſi altius edificaret officeret lumini-
bus que haberet ex publico ꝓhiberi nō poſ
ſet ut dicta.l.altius cũ concordantiis.ſ alle-
gatis facit ꝙ dicam.j.i.vi.q.c. Quinto fal
lit quando quis leuaret altius animo nocen
di uicino & ſibi non ꝓdeſt ut eſt tex. cum
glo.in.l.i.§.deniq; el.i.de aqua plu.ar.que al
legat ad hoc.xx.ll.& dicunt doc.eaꝫ pati flu
xum legum ſicut dicimus pati fluxum ſan
guinis qui nimium habundat & idem no.
glo.in.d.l.fluminũ.§.fi.que incipit niſi aio
nocendi de dam.infec.uel qñ tolleret altius
ad emulationem uel deſpectum uicini uel
quia uolebat uidere omnia ſecreta domus
ſue.Nam tunc non poſſꝫ ſecundum pe.Cy.
Bal.& doc.in.l.altius.C.de ſerui.per.l.opus
.ff.de operibus pu.licet cōtrarium tenet Al
be.de ro.in.d.l.altius i fi.qui dicᷣ ꝙ nō obeſt
.d.l.opus quia loquitur in edificatione i pu
blico nos loquimur in edificatione in ſuo.
Idem quod Albe.de ro.tenet Ang.in.d.l.cũ
eo de ſerui.ur.pre.& Flo.in.l.ſabinus in.ii.
colum. cōi diui.Sed Pau.de caſt. tenet pri
mam opy.in.d.l.cum eo quando edificans
nullam reciperet utilitatem ſed faciut ut ui
cino tantum noceat in.d.l.i.§.i.d' aqua plu.

ar.que loquitur quando edificatur ĩ priuato
Et non obſtat rñſio Ang.ad.d.§.deniq; quã
dat in.d.l.cum eo q dicit ꝙ loquitur quãdo
utilitas ex tuo perueniebat de directo i me
um ut illam mihi auferre non poſſes facien
do in tuo niſi facias ut tibi proficias.ſed hoc
lumen non perueniebat mihi ex tuo ſed
ex celo quia iſta reſponſio facit de directo
in contrarium ſecundum Pau.de ca.in.d.l.
cum eo quia ſi non habebam iſtam utilita-
tem a te uel de tuo minus mihi debes poſſe
auferre ar.l.ſi arrogator.ff.ſ; an impuberi
ibi qui.h.iudicio eiꝰ de adop Preterea ho-
minem homini inſidiari nefas eſt.l.ueluti
de iuſti.& iure nec mos eſt ei gerendus qui
facit ſolum ut officiat.l.in fundo de rei uẽ.
ideo tenet ipſe pa.de caſt.primam partem
tanq̃ humaniorem & dicit ꝙ ita de facto re
ſpondit in ciuitate padue & idem ego te-
neo quod non qñia ſepe accidit de facto in
uicinis inimicis & adde quod dixi infra de
feneſtra ſeu balcone. Sed eſt dubium an
preſumatur facere ad emulationem uicini
& dicas ꝙ in dubio non preſumitur.l.meri
to.ff.pro ſocio & ita uult glo.multum no.in
.d.l.fluminum.§.fi.que incipit niſi animo
nocendi in prin.quam doc.ſequuntur ſed
ſi facit ut noceat dumtaxat uicino tunc pre
ſumitur facere ad emulationem.d.§.deniq;
& preſumitur facere ut noceat quando nul
lam ſentit utilitatem ſecundum Pa.de ca.in
.d.l.altius pro hoc allego tex.in.l.& qui da-
ta opera ĩ prin.ibi ſine lucro hoc affectauit
ex quibus cau.ma.Idem forte poſſet dici ſi
eſſet modica utilitas & magnum dampnu;
uicini & eſſent inimici ar.l.ſpadonem.§.fi.
ibi patrimonio de excu.tu.coniuncta.l.i.§.
queſitum.ff.preterea ibi quia facile menti-
untur de queſtionibus quod bene no.Et ad
de quando quis edificat animo nocendi uł
emulationem datur contra eum actio de do
lo ut no.Ino.in dicta.l.fluminum.§.fina.&
habetur in.d.l.i.§.deniq; & in.l.i.§.i.de dolo

Sexto fallit quia illud quod dicitur quẽ
poſſe edificare debet intelligi quando poſ-
ſet edificare de iure cõmuni puta in domo
uel area ſua dicta.l.qui luminibus cum glo.
cum ſy.ſ.allegatis.ſecꝰ ſi ex priuilegio ſpe
ciali uel generali alicui concederetur a prin
cipe uel a ſuperiore ut poſſit in loco publi-
co edificare quia intelligitur ſine damno al
terius & ideo nõ poterit edificare ſi obſcu
rant lumina uicini tex.eſt no.in.l.ii.§.meri
to &.§.ſi quis a principe.ff.nequid in loco
publico & ibi gl.i.in prin.dum dicit.ſ.gene
rali conceſſione uel ſimplici.& idem uult
glo.i.in fi.in.l.ii.đ damp.infec.& pro hoc.l.
nec auus cum ibi no.de emanci.lib.&.c.quã
uis in fi.de reſcrip in.vi.cum ſy.Et hoc etia;
tenet bal in.l.manifeſte circa fi.C.de ſerui.
& uide quod dixi.ſ.in quarta fallẽtia quod
no.quia ſepe in ciuitatibus conceditur ꝙ
q̃s poſſit edificare in loco publico. Septi
mo fallit quãdo quis edificaret ſuper re cõi
ipſius laborãtis & eius cuius luminibꝰ offi
cit quia tunc nõ poſſit de quo dic ut habeť
per Albe.de ro.in.d.l.altius & dixi.ſ.i.vi.q.
ne luminibꝰ officiať dic ut ibi & ñ omittaſ
quia eſt nõ. Octauo fallit in.l.fi.§.i.C.de
ſer.nam ſi area in qua fructus trituranť &
palee a fructibus diſcernũť non poſſent ha
bere uentum niſi ab una pte ipſo iure ꝑdio
uicini ſeruitus impoſita eſſe cenſeť ne poſ-
ſit altius tollere & uentum impedire ut eſt
caſus ibi mirabilis ſecundum doc.& no.glo.
.i.& ibi Ang.in.l.impatores de ſer.ur.pre.
& dixi.ſ.i.ſui.altius nõ tollendi in.iiii.q.ſ;
iſtud non eſt mirandum quia iſtud fit fauo
re agriculture quo multa etiam alia contra
iuris regulam introducta ſunt.l.ii.&.ibi no
ta.C.de nundinis & in autẽ.agricultores.C
que res.pi.ob.po.&.c.ii.de tregua & pace et
in.l.i.in principio de feriis cum ſy. Sed
an ualeat pactum in contrarium uideť qđ
ſic per tex.cum glo.in.l.ii.in prin.đ ſer.ru.
pre.licet uideatur contra publicam utilita-
tem ſecundum Pau.de caſt.in.d.l.fi.in fi.

Nono fallit in prediis ruſticis propter
utilitatem fructuum ut eſt tex.cum gl.ſecũ
dum unum intellectum in.d.l.fi.§.fi.C.de ſ
uituti.& ideo ſi haberem predium meum ĩ
quo frumentum ſeminari cõſueuerat & ab
una tm̃ parte haberet ſolem & non poſſes
ibi edificare & mihi ſolem ꝓ fructibus ne-
ceſſariu; auferre & iſtud eſt fauore agricul
ture & proxi.dixi quod eſt nota. Decio
& ultimo fallit eadem ratione in ſcalis na;
quis iuxta ſcalas edificare non poteſt ita qđ
luminibus earũ officiatur licet ſeruitus cõ-
ſtituta non ſit & ita reperio tenuiſſe.Anto.
de bu.in.d.l.fi.§.fi.facit ad hoc quod no.in.l.
.i.ſo.ma.que omnia bene no.ſunt & alibi ñ
ita bene declarata reperies & adde que dicã
ſtatim in ſeq.rubrica nunquid autem habẽſ
uſufruc.aree poſſit ibi edificare & uidetur
ꝙ non per.l.uſufructuarius nouum titium

.§.i.de uſufr.& per.l.uſufr.nauium eo.ti. & .l.repeti.§.rei mutatione &.§.ſi aũt.qui mo uſufr.ami. In contrarium uidetur tex. in .l.pe.ff.de uſufru.dic ꝙ regulariter non põt ut in primo allegatis.Sed fallit quando uel let edificare pro conſeruatione fructuum & rerum que in eadem area ſunt & ita lo quitur.d.l.pe. & ibi no. & bene. Sed qd ſi alius edificauit in area cuius uſuffru.alie nus ſit.dic ꝙ ſublato edificio reſtui area uſu fructuario debet tex.eſt cum glo.& ibi per doc.maxime Flor.in.l.ſi in area de uſufruc.

Item quid ſi edificatur in area aliena uel per alium poſſeſſa uide in.l.ſi in area de cõ di.inde & in.l.iul.alias incipit in area l' alie na .ff.de rei uen. Item nunquid in area cõi poſſis edificare dic ꝙ ſocius te prohibẽ di ius habet quis ius edificandi habeas a ui cino conceſſum cui ſeruitus debebatur ne domus cõmunis altius tolleretur qm̃ inuito ſocio in re cõmuni non habes ius edifican di tex.eſt cum glo.in.l.ſed ſi inter te & me .§.ſi in area de ſer.ur.pre.& adde que no. ꝑ glo.& doc.in.l.ſabinus cõi diui.Si tamẽ qs edificauit in area cõi ſocio nõ prohibente edificium cõmune efficitur.l.ſi in area.C. de rei uen.& ibi uide per cy.&.doc.ubi etiam ponunt nunquid expenſe poſſint repeti & adde que dicam in ſe.ſer.de pariete ſiue mu ro. Item adde ꝙ ſi uicini aream in cõi e merint ne luminib⁹ ſuis officeretur & alte ri tradita ſit nec preſtet altius ꝙ conuenit ꝓ ſocio actio dabitur tex.eſt in.l.cum duobus .§.idem mella ℣.idemq; pro ſocio. Caſtel la aũt & fortillitia nunquid ſit licitum i ſuo ſolo edificare & maxime in cõfinibus ter ritorii uide per glo.bar.& doc.in.l.opera de operibus pu.& bar.in.l.quicunq; de fundis limitoſis li.xi.& per glo.Ang.& doc. in.l. xii.tab.ff.ad.l.iul.maie.& predicta oia pro cedunt quando quis edificat in ſuo ſolo de ſua materia ſi aũt edificaret in ſuo de aliena materia uel in alieno de ſua materia uide q̃ habentur in.l.adeo.§.cum in ſuo ſolo &.§. ex diuerſo &.§.titi⁹ orreũ de acq.re.do.& i. ſti.de rer. diui.§.cũ i ſuo &.§.ſeq. &.C.de rei uen.l.ii.ubi habet ꝙ edificium cedit ſolo.

Quod procedit etiam ſi edificaretur unũ caſtellum uel fortillicium in ſolo meo quia dominium efficeretur meum ut nõ.ſpe.i ti. de religioſis do.℣.ſi quid petatur ciuitas & uide Inno.in.c.piſanis de reſti.ſpo.& h⁹ ẽt tenet Pau.de caſt.in.l.ii.Sed de poſſeſſione nunquid habeam poſſeſſionem ſoli mei & edificii in eo ꝑ alium facti uide per glo. & omnes doc.in.d.l.ii.Item pone princeps tẽ pore guerre fortificauit locũ meum ut abi liter faceret guerrã & poſuit ibi gẽtes ſuas quod potuit me iuito.C.de naui.non excuſ. li.xi.&.l.fi.§.fi.de pig.ac.poſtea finita guer ra peto locum meum ſi fortificatum prin ceps petit ut debeam reficere expenſas i eo factas queritur quid iuris dicunt quidã ꝙ reddere non debeo & ſic lucro meo cedit il lud fortillicium quia princeps non mihi ne gotium geſſit niſi tanq̃ uni de populo ſ; ſi ſibi & regno ſuo & ideo non tenor niſi tãq̃ un⁹ de poplo ad ꝯferẽdũ i ſumptũ ñ aũt tãq̃ priuatus ad totam expenſam ar.l.ii.§. Item labeo in ratione litere ne quid in loco pu blico .& facit hec.l.dum dicit ꝙ debet fieri publicis expẽſis ut de neg.geſt.l.ex duob⁹ ſm bal.q ita dicit nõ.in.l.ſi i aliqua i pri.de offi.proconſ.& adde ꝙ nõ.Ang.in.l.turres. C.de operis pub.

De pariete ſeu muro ꝑica. C. XL.

P Aries ſiue murus idem ſignifi cant tex.eſt in.l. que ad ad iur. pertinet de ℣.ſi.Murus dicitur cum calce ſiue cemento ut nõ. ibi in glo.& in.l.fi.in ℣.murum.ff.fini.re gun.Sed materia dicitur murus de lapidib⁹ ſine cemento ut nõ.glo.in.d.l.que ad iuris & in.l.ſi precario ℣.in tuo cõi predi.& i.l. ede ſacra.§.i.de contrahen.emp. qui murus in uillis fieri conſueuit & debilis eſt .& iõ dicebat Laurentius gloſator contra Io.quã do minus recte fundabat dicta ſua ꝙ ipſe li gabat arenã ſine cemẽto ut dicit gl.lxxxvi. di.facientis in principto ſi quis murũ iux regionem alterius edificare uoluerit pedẽ derelinquat ſi autem domum duos pedes tex.eſt in.l.que incipit ſi quis ſepe ſi regũ que fuit lex greca ſolonis & in latinum ꝑ gaium interpretata ut dicitur in.glo.i.& ca pitur ibi regio pro confinio duorum pre diorũ ut.l.per regiõe & ibi glo.fi.regun.& probatur in.l.inter eas eo.ti. Sed nunqd illa.i fi.habebat locum non ſolum quando edificatur iuxta fundum uicini ruſticũ ſ; etiam urbanum & uidetur ꝙ ſolum locum habeat quãdo edificatur iuxta ruſticũ quia illa.l.fi.que eſt poſita in ti.fini.regũ.q̃ ha bet locum in ruſticis non in urbanis.l.iiii.

.§.hoc iudicio eo.ti.& hoc uidetur ſentire glo.in dicta.l.fi.in ꝟ.domum du3 dicit iuxta agrum alterius quia ager eſt locus ruſticus .l.ager in princi.de uer.ſi.&.l.fundi appellatione eo.titu.& idem uult glo.in princi.apertius in.l.meniana.C.de edifi. priua. & hoc tenet Flo.in dicta.l.i .qui dicit iſte uerior intellectus ad illam.l.ego autem teneo contrarium uidelicet ꝙ habeat locum quando quis edificauerit iuxta urbanum fundum uicini per tex.iuncta glo.in.l.i.C. de interdic.& tex.cum glo.in.l.quidam hiberus in princi.in ꝟſi.ad parietem ibi uel dic.i.minus proprie de ſeruitu.urba.predi. & tex.cum glo.in.l.qui bona.§.ſi quis iuſtã de damp.infec.& gl.in.l.de pupillo.§.ſext⁹ in ꝟ.quotiens eo.ti.& idem tenet Azo in ſumma .C.de edifi.priua.qui dicit ꝙ.l. meniana loquitur in menianis ſiue ſolariis & & dicta.l.fi.fini.regun.habet locum in certis edificationibus uel conſtructionibus & probo per iſtam rationem.Nam eſſet ualde abſurdum ꝙ.l.meniana .C.de edifi. priuatis prouideret de ſolariis que fuerit i domo ut patet ibi edem edificantium &.l.fi. ſolum prouideret quando murus uel domus fieret iuxta fundum ruſticũ & prouideret qñ fieret iuxta fũdũ urbanum qđ magis cõmuniter contingit magiſque neceſſarium eſt facit.l.nam ad ea de.ll.cum ſy.

Non ob.ꝙ dicta.l.fi.ſit poſita in ti. fini. regun.quia eſt lex noua greca adita ut ibi dicitur in prima glo.& loquitur etiam de fundo ruſtico puta đ ſepe materia fouea & đ fructib⁹ aliis & đ lignis q̃ cõit̃ i fũdo ruſtico fieri ſolẽt & ſic facit ad ti.nec ẽ iuueniens etiam ſi interſerunt̃ duo alii caſus q nõ faciunt ad titu.iuxta nõ.in prima conſtitu. .C.§.quibus in.l.imperatores de in diem adiect.Nam ſatis eſt ꝙ pro maiori parte faciat ad titu.ar.l.queritur hermofroditum đ ſta. hominum.Vnde concludo ꝙ dicta.l.fi.fini. regun.habet locum etiam quando quis uult edificare domum iuxta domu3 uicini & ſic fundum urbanum & ita obſeruatur & iudicari debet & adde omnino que dicam infra de menianis. Sed pulchra eſt dubitatio quid ſi uicinus habet ſtillicidium domus ſupra ſolum meũ puta per duos pedes & ego uolo edificare murum in meo ſolo an debeam ſtare remotus per unum pedem a muro uicini an uero a loco in quo ſtillicidium uicini caſſitat uide quod plene dixi.ſ.de ſeruitute ſtillicidii auertendi in.viii.q. Quid autem ſi eſſet paries ligneus teneo ꝙ poſſit edificare etiam affrigendo ipſum i uia i ſuo in confinibus nullo ſpacio dimiſſo ad ſimilitudinem uolentis ſepem & materiam cõſtituere per tex.in.d.l.fi.in prin.fini.regun. q̃ dixi ſi quis ſepem uel materiam effodererit iuxta regionem alterius terminum ſuum ñ excedat & credo ꝙ ratio huius ſit quia dicta .l.fi.uult ꝙ ſpatium dimittatur propter ſpatium quod poſſet deuenire uicino propter edificationem uel plantatione3 ut ibi & nõ. in.l.i.C.de interdic.& ideo cum per ſepem aut materiam uel domum ligneam nõ multum fodiatur & ſic nullum dampnum poſſit eſſe uicino merito ſufficit ꝙ terminũ ſuũ non excedat ut ibi.Sed uidi dubitari cui⁹ debeat eſſe dictum ſolu3 quod relinquitur an relinquentis uel utriuſq3 & puto ꝙ ſit relinq̃ntis ſi prius ſuum erat quia pro hoc ñ debet perdere ſuum.Satis eſt ꝙ conſulatur uicino ne dampnum patiatur non tamen debet conſequi lucrum ar.l.ex aſſe ibi ſufficit autem ad treb.& probatur etiam hoc in dicta.l.fi.ibi ab extranea regione & dicit cõtrarium maxime quando fit fouea & plantat̃ oliua uel ſepes aut alia ligna eſſet iniquum nec etiam obſeruatur ut illud ſolum efficiatur uicini. Sed nunquid uicinus poterit ĩ muro ſuo facere hoſtiu3 per quod poſſit uenire ad illud ſolum iſtam queſtionem habui de facto uerone & in ea ſic cõcludo aut ille uicinus habebat domum ſuam ſiue ſtillicidium contra dictum ſolum & pro illa parte erat ſuum iuxta.l.fi.§.fi. de ſerui.ur. ꝑ.cum ibi nõ.per Flor.& tunc ſine dubio poterit facere ut ſaltem uenire poſſit ad illud ſolum ſuum aut non erat ſolum ſuum ſ3 debebat ſeruitute3 ſtillicidii recipiẽdi & idem ut poſſit portam facere cauſa ueniendi ad illud pro ſuo tantum ſtillicidio quia q habet ſeruitutem intelligitur etiam hẽre aditum pro ea conſeruanda ar.l.i.§.i.ſi uſufru.pe.& ita uidi obſeruari.aut uicin⁹ ñ habeat ſtillicidiu3 ſupra & teneo quod portã facere non poſſit quia non poteſt ad illud ſolum uenire quod eſt alienum nec debet ſerui.domino nolente & habetur in.l.diu⁹ de ſerui.urba.predi. Item nunquid edificans murum uel domum extra domum uicini cuius ſtillicidium in medio caſſitat teneatur incruſtare ſolum & aquam extra ducere ita ꝙ murus uicini non materia ceſſat

nec dampnuȝ patiatur propter receptiōeȝ
aque in dicto loco & teneo ꝙ ſic per tex. in
.l.ſi fiſtulam in fi.prin.ibi aſſiduum humo
rem habeat & noceat uicino de ſeruitutibꝰ
ur.pre.& per tex.in.l. fiſtulas ſi ſerui. uen.
hoc optime probatur & ita iudicari uidi.
Nunquid autem in dubio ſi reperiatur mu
rus uel domus uicini iuxta aream meam ꝟ
ortum preſumatur dimiſiſſe ſolo ſuo iuxta
dicta.l.fi.fini.regū.credo ꝙ ſit dicenduȝ ſi
aliud non appareat ex inſtrumento ꝯemp-
tionis mei uel uicini.aut ille qui edificauit
poſſit tātum de ſolo proprie dictum murū
uel domum uerſus uicinum & tunc preſu-
mitur illud dimiſiſſe quia alias illud poſſi-
dere non poſſet ar.l.merito pro ſo.aut non
poſſidet ipē ſed uicinus & tunc preſumitꝰ
contrarium quia ſi reliquiſſet edificans ue-
riſimiliter ipē poſſideret ex quo erat ſuum
ut ſtatim dixi. Sed ſi reperiantur due do
mus uel duo muri & in medio reperiatur
ſolum dimiſſum per pedem aut duos uel
plures & non appareat quis dimiſſerit edi
ficādo nec quis primo edificauerit teneo ꝙ
in dubio debet eſſe cōmune ar.l.pro regiōe
do acqui.re.do.&.l.inter eos eo.titu.Et ideo
cautus debet eſſe ille qui primo edificauit ſi
dimiſit ſpatium ſoli ſui ut affigat in muro
ſuo lapidem ſe extendentem ultra murum
tantum quantum eſt ſpatium ſoli quod di-
miſit.& ita alias uidi ſolum dimiſum inter
domos & quemlibet uicinum habere lapi-
dem in domo ſua ſe tantum protendentem
quanaum eſt ſolum quod dimiſit que oīa
perpetuo tenementi quia ſunt quotidiana
& per doct.non tanguntur.dictum eſt hac
tenus de edificante parietem ſeu murum ꝓ
prium. Sed quid ſi quis edificauerit ſu-
pra pariete alieno dic breuiter ſi ſupra pa
rietem tuum uicinus tuus edificauerit pro
prium eius id quod edificauit fieri labeo &
ſabinus aiunt ſed proculus tuum ſuum pro
prium quēadmodum fieret tuum quod ī ſo
lo alius edificaſſet quod ſecundum pomp.
uerum eſt ut ſcribitur in.l.ſi ſupra tuum ꝺ
acqui re.do.& idem probatur in.l.ii.in pri.
.C.de rei uen.& ibi de hoc plene per Cy.&
docto.unde ea que dicuntur in edificante ī
ſolo alieno in.l.adeo.§.ex diuerſo.ff.eo titu.
& in.§.ex diuerſo inſtitu.de reꝝ diui. cum
ſy.procedunt.etiam in edificante ſupra pa
riete ſiue muro alieno quod facit ad multa
& predicta intellige niſi quis ſupra alienū

edificaret iure ſeruitutis alias enim ſupra
alienum edificium ſuperius habere nemo
pōt.l hoc quod dictum eſt in principio ꝺ ſꝰ
uitu.urb.predi.& cuius edificium eſt ſupe
rius iure ſeruitutis poteſt quantum uult ſu
pra ſuum aliud edificium imponere dūmō
inferiora edificia grauiori ſeruitute nō ho
norentur quam pati deberentꝰ ut dicit tex.
in.l.cuiusedificium & ibi nō.eo.titu.De pa
riete ſiue muro proprio ſatis diximꝰ.nunc
de cōmuni uideamus. Et primo & prin
cipaliter quis dicatur murus cōmunis dic
communis dicitur duobus modiſ uno ꝓ idi
uiſo alio ꝓ diuiſo paries cōis ꝓ idiuiſo ē qñ
qȝ ex ſocietate expſſa.l.cum duobus.§. ideȝ
mella.ff.pro ſo.quandoqȝ ex ſocietate inci-
denti & tacita.ꝟbigratia tu imponis tignū
in parietem ultra dimidiam muri & etiam
impono & tu uteris q̄tuȝ tibi expedit ego
etiam utor ex hoc contrahitur quedam taci
ta ſocietas ut.l.in cōis parietis de damp. in
fec.&.l.ut ſit pro ſocio actio &.l.iiii.in prin
ci.pro ſoc.& ſic re tacite cōtrahitur ſocietas
ut ibi & ſentit gl.in.l.ſi edes communes cir
ca fi.cōi diui. Paries uero ſiue murus cō
munis pro indiuiſo dicitur quando muruſ
eſt inter te & me & nil per te & me immiſ
ſum eſt & ſi eſt imiſſum miſſum non per
forat parietē ultra dmidiaȝ que eſt pro par
te ſua.Nā tunc ille paries eſt cōmunis pro
indiuiſio ar.l.arbor in prin.cōi diui.&.l. ꝓ
ſocio &.l.binas edes de ſer.urba.pre.&.l.ꝓ
regione.ꝺ acqui.re.do.& de iſto pariete lo
quitur.l.parietes de ſerui.ur. pre. iſta ſunt
uerba nō.Bar.in.l.dampni.infec.cum parie
tem in.ii.colum.de dam.infec.& adde om
nino quod nō.Ang.in.l.hoc quod dictum.
§.ſi ex tribus de ſer.urba.pre. Et adde qꝺ
pro diuiſo accipitur res duobus modis.uno
modo ꝙ nulla pars ſit in qua ſit communis
licet termini non ſint poſiti.l.inter eos de
acquir.re.do.Alio modo poteſt accipi pro
diuiſo hoc eſt terminate & uſqȝ ad talem la
pidem uel foueam ut eſt tex.in.l.ſi quis fū
dum ſecundum unam lec.glo.ꝺ acqui.poſ.
ſecundum Bar.qui ita nō.in ſuo tractatu ꝺ
inſula in ultima figura in prin.Et adde qa
dixi ꝙ res pōt eſſe cōis pro diuiſo ſecūduȝ
Bar.in.d.§.cum parietem & ita uult etiā gl.
in.l.hoc ꝙ dictum.§.ſi ex tribus in ꝟ.pari-
ēs i fi.pri.ſ.allegatis.Nā dic Ang.ibi ꝙ ē mi
randum de huiuſmodi forma loquendi qa
nihil diuiſū pōt ēē cōe ſȝ dici pōt ꝙ ita r̄pu

taſ qa ex qua ẽmini ñ ſunt.d.l.iter eos uerẽ tamen non eſt cõmunio per rationẽ Ang.

Secundo principaliter eſt uidendũ qualiter cognoſcatur an murus ſit cõmunis in ẽ uicinos uel proprius unius tantum.& dicas quod ex pluribus cognoſcitur Primo ex impoſitione tignoꝝ ut dixi in precedenti qõne. Item per feneſtras pforantes totum murum. Nam tunc iudicare debemus eſſe totus illius a cuius parte ẽ illa feneſtra ſiue balconus quia regulariter non potuiſſet fieri in muro alieno nec etiam in cõmuni ut nõ.in.l.quidam hiberus de ſer.ur.pre.& dicam etiam infra de fendſtra ſiue de balcono ꝙ niſi uicinus ſimiliter a latere ſuo haberet alias feneſtras penetrantes ab alia parte qa tunc diceretur eſſe cõmunis pro indiuiſo ſicut dixi ſecundum Bar.ſ.de impoſitione tignoꝝ & probatur per glo.in.l.ſi edes communi.diui.& faciliter itelligi poterit ex qua parte incipiat eſſe dcã feneſtra reſpiciendo arcum ſiue uultum eius & lateres que ſupeis apponuntur & etiam ueteres & ita alias iudicare feci. Item intelligi poterit ꝑ peritos in arte puta murarios quibus erit credendum ut in aũt.de non alien.§.quod autem dictum eſt ſecunda coll.& nõ.gl.in.§.preterea per aluionem inſti.de rerum diui.& habetur in.l.i.in prin.de uentre inſpi. Item cognoſcitur etiam per feneſtrelas que fiunt ſepenumero per magiſtros ab utraque parte muri que non penetrant totum murum nam ille feneſtre fiunt ſolum ad ſignificandũ cuius ſit murus & quomõ & non per aliud & ideo per ſignum cognoſcitur ſignatum.l.i.§.ſi intelligatur de edil.edicto &.l.ſtigmata ibi per Bar.ď fabriceſ.li.xi.& per bal.in auten.dos data.C.de dona.añ.nup.& dixi plene in.dcõ.§.ſi intelligatur.ſi enim ille feneſtre ſunt ab utraque parte ultra medietatem muri a latere cuiuſ qꝫ iudicabitur murus cõmunis pro indiuiſo.ſed uſqꝫ ad dimidiam muri ꝓ diuiſo Sed ſi ſunt ab una tantum parte & perforarentur ultra dimidiam uel in totuꝫ & alia ſigª in contrarium non appareant iudicabitur eſſe illius a cuius parte eſt illa feneſtra per ea que dicta ſunt.ſ. Vnde ſis cautus ut quãdo facis edificare murum a parte tua facias fieri illas feneſtras penetrantes uſqꝫ ad medietateꝫ muri ſi uero facias edificare domũ cõmunem ſemper fieri facias feneſtrellas penetrantes uſqꝫ ae dimidiaꝫ muri & communiter ſeruatur maxime in ciuitate Verone. Item cognoſci poterit ex camino ſiũ cappa aut tuba. Item ex neceſſario & eius onera diſtinguendo ut.ſ. Aut eſt in medio muri uel circa & tunc preſumetur murus communis Aut ultra medium uel in totum puta quia camera neceſſarii eſt ultra murum a latere uicini,& tunc preſumitur eſſe in totum illius cuius eſt neceſſarium ſiue eius camera niſi aliud in contrarium appareat puta quia uicinus haberet tigna uel alia ſigna in illo muro & eſt ratõ. Quia caminus & neceſſarium non poſſunt fieri regulariter in alieno ſiue cõi ut nõ.Ang.in.d.l.quidam hiberus de ſeruituti.urb.pre.& dicam infra de camino & neceſſario. Itẽ cognoſci poterit ſi ipariete ſiue muro oſtructum erit ſedarium aquarolum uel canale fiſtule balneum puteus ciſterna fons lauellus que fiunt & fieri ſolent in ſub muris ſecundum exigentiam & oportunitatem locorum diſtinguendo ut ſupra de quibus caſibus ſpecialiter tractabimus. Iteꝫ cognoſci poterit ſi ab utroqꝫ latere muri uel ab uno tantum ſunt annuli ferrei lapidibꝰ infuſſi in quibus annnulis equi ligari ſolent et iſti annuli appellantur ſigilla tex.cum gl.in.l.cetera.§.hoc ſenatus in fi.de le.i.in ꝟ.ſigilla & ibi Ang.dicit nõ ꝙ tales ãnuli fiũt ad ornatũ ciuitatis & ideo de eis non poſſet capi tenuta per extractionem & de iſtis ãnulis ſeu ſigillis fit mentio per tex.& Flo.in.l.equiſſimum.§.ſed ſi edium de uſufr.ubi dicitur ꝙ uſufructuarius non poteſt iſtos annulos de domo in qua habet uſumfructum euellere. Item cognoſci poterit ſi lapides in muro ſunt in quibus ſubſtentaſ aliquando ſolariuꝫ aliquando uites.ſeu pergula uinee ſicut in uiridariis ſepe reperiuntur. Iteꝫ per lampades ferreas que lumeria dicũtur & in palacio tantum nobilius & dominoꝝ aut potentiũ ponuntur in quibus lumen ď pice fieri ſolet. Iteꝫ per cornua ferrea in lapidibus domorum fixa in quibus uexilla apponi conſueuerũt ſicut ſunt cõiter bononie. Item per lapides perforatos uel per quedã alia inſtrumenta ferrea in & ſuper quibus pertice ponuntur pro extendendis ad ſolem ueſtibus uel lintiaminibus. Itẽ per candelabra que in muris dominoruꝫ & nobilium fieri ſolent. Item per inſignia in muro ſcul pta uel depicta que uulgariter arma appellanſ qa per talia inſignia cõiter

ꝓbatur rem eſſe illius cuius ſunt iſignia ut
.l.qui liberarum.§.fi.& ibi Bar.&.l.fi.ff.de
operi.pub.& habetur plene per bar.in ſuo
tractatu de inſigniis & armis. Item per
inſcriptionem in muro factam dum dicitur
quoniam hoc opus fecit fieri talis &c̄. ut ꝓ
batur in.l.qui libertatum.§.fi.&.l.fi.de ope
ri.pub.Et generaliter per alia ſigna in mu
ro poſita cognoſci poterit & ꝓbari an mu-
rus ſit proprius uel cõmunis nam cũ nõ ſit
licitũ quicquã i alieno imittere.l. queãdmo
duꝫ.§.ſi proſpectuꝫ ad.l.acqui.&.l.qui uitẽ
.§.ſi ad ianuã ꝙ ui aut clam nec in commu
ni niſi ad uſum deſtinatum.l.ſabinus com
muni diui.&.l.ſi edes eo.ti.&.l.quidam hi-
berus de ſerui.ur.pre. ſequiturꝙ ſi repiaᷓ
aliquid oportet dicere illum murum aut
eſſe meum in totum aut eſſe cõmuneꝫ pro
indiuiſo uel me habere ius ſeruitutis. ꝑ ea
que dicta ſunt.Et predicta omnia intellige
non ſolum quando dicta ſigna reperiunᷓ
in muro infixa.ſed etiam ſi eſſent extracta
& foramina remanſiſſent nondum clauſa
ſeu obſcurata per ea que habentur per tex.
gl.& doc.in.l.hec autem iura de urba. pre.

Sed nunquid in dubio habẽs tigna per
aliquem de predictis ſignis in muro qui eſt
inter ipm̃ & uicinum preſumatur habere
iure ſeruitutis uel cõionis in hoc ſic conclu
derem aut conſtat ꝙ paries fuit per uicinũ
edificatus in ſuo & ſic fuit a principio uici-
ni.aut hoc non conſtat Primo caſu aut ille
uicinus habuit pretium pro tignoꝝ impo-
ſitione & tunc ex qualitate p̃cii poterit co-
gnoſci an conceſſerit iure ſeruitutis uel cõ
munionis quia per cõmunionem ſoluetur
maius pretium puta ſecundum conditionẽ
& ualorem muri ſed pro ſuitute ſoluetur
quantum põt intereſſe uicini & per gl.nõ.
in.l.i.§.qui ſuperficiem ſupra ꝯbo agendo
de ſuperfici.& per glo.in.l.in obſcuris & i
.l.ſemper in ſtipulati.de re.iur.& per bar.
& doc.in.l.i.C.de iure emphi. facit.l. quõt.
ibi ex quantitate pecunie ad treb.&.l.i. de
rebus dubiis & in.c.iii.§.donare in ti. qnali
ter olim feuda.po.ali. Aut uicinus nullũ
habuit p̃tiũ ꝓ dicta ipoſitiõe tignoꝝ & tũc
tẽo ꝙ illa ipoſitõ tignoꝝ p̃ſumaᷓ potiꝰ iure
ſuitu.q̃ cõionis ubi aliud ñ appareret quia
patientia uicini potius uideᷓ inducere ſer
uitutem ar.l.quõt.la prima.§.i.de ſeruitu.

Et quia ſi preſumeretur cõio eſſet dona
tio dimidie in dubio nõ preſumitur.l. filiꝰ
fa.ff.de dona.& .l.contra iur.§.fi.ff.de pac.
cum ſy.Nam quando poſſumus capere aliã
coniecturam q̃ donationis illa capienda eſt
.l.cũ aurũ de ſolut.&.l.cãpanis ď operi.lib.

Secundo caſu principali quando nõ cõ-
ſtat ꝙ paries a principio fuerit uicini imo
neſciᷓ ſi a principio fuerit cõis uel nõ puta
quia tigna ſunt hinc inde poſita & eiuſdeꝫ
uetuſtatis ſiue tp̃ris & tunc in dubio preſu
mo ꝙ quis uideatur potius poſuiſſe tigna
iure proprio potius quam ſeruitutis etiam
ſi plura ſint tigna ab una parte q̃ ab alia qa
ſeruitus in dubio preſumitur niſi probeᷓ
impoſita ar.l.altius &.l.in edibus & quod
ibi nõ.C.de ſerui.iuncta.l.quecunqꝫ de pu-
blici. Quid autem ſi ſunt alia tigna uel
ſigna ab una parte tantum i principio uel i
fi.muri an eo caſu quo per illa ſigna cẽſere-
tur cõmunis murus uel ſeruitus impoſita i
telligatur eſſe murus cõmunis in totum uł
ſeruitus in toto muro impoſita an uero tm̃
in parte illa in qua ſunt ſigna. Iſtam que
ſtionem habui de facto & ſic dicebam aut
ille murus fuit factus diuerſis temporibus ł
ꝑ longitudinem uel per altitudinem licꝫ
una ꝑs in qua ſunt tigna uno tempore alia
ꝑs alio aut uno & eodeꝫ tempoꝛ̄. Primo
caſu quando diuerſis temporibus & tunc q̃
tum ad ſeruitutem dico ꝙ pro illa tantũ ꝑ
te in qua ſunt tigna p̃ſumiᷓ ſeruitus impo
ſita & non in alia ar.l.ſi ſeruus.§.futuro a ꝯ
trario ſenſu de ſerui.urba.pre.immo ſi eſſꝫ
paſſus ꝙ iponereᷓ aliqᵃ tigna puta tria alia
ñ poſſꝫ ipõere ut ẽ caſus i.l.ſi cũ meus i pri.
ſi ſui.uen.& dixi plene.s̄.de ſeruituti.tigni
immittendi in.v.q. Nec obſtat.d.l.ſi ſer-
uus in prin.ubi diciᷓ quod ſeruitus ne lu-
minibus officiatur ſimpliciter impoſita in
telligiᷓ de p̃ſentibus q̃ de futuris quia ibi ẽ
negatiua que in totum negat ut dixi.s̄ de ſ
uitu.lumi.circa principium nos uero loqui
mur i affirmatiua que non extendiᷓ ultra
id in quo conceſſa eſt ſimpliciter. Sed q̃
tum ad cõionem taliter concludo aut.n.ille
murus eſt factus diuerſo tp̃e per longitudi
nẽ & tũc idẽ teneo ꝙ dixi ď ſuitute qa ali
us murus eſt aut murꝰ ille ẽ factus diuerſo
tempore i altitudie diuerſo tp̃e eleuatur &
tunc aut ille murus erat communis pro di-
uiſio & eleuatus eſt pro ſua tantum parte
& idem quia alia res eſt iuxta nõ.per Bar i
.l.damp.§.cum parietem ď damp.infec.aut
eſt cõmunis pro indiuiſio & eleuatus ẽ &

tunc teneo quod in totum efficiatur com-munis ratio quia quādo edificatᷣ ſup muro pro indiuiſo & ſuper edificatum efficitur cōmune ut nō.bar.in.l.quidam hiberus de ſer.ur.pre.& Ang.in.l.inter quos in.iii.co-lump.de damp infec.& dicam in ſeq.q.& hᷓ caſu non habebit dubium. Secundo cāu pri-cipali quando totus murus eſt edificatus uno & eodem tempore & eſt unus tantuȝ & tunc in dubio cenſetur ſeruitus impoſita quid iuris ſit uide que plene dixi .ſ. de ſer-uitu.tigni imittendi in.v.q. Sed ubi iudi-caretur cōis preſumam eſſe cōmunem i to-tum ar.eius quod dicitur qui aurem homi-nis tetigit totum hominem tetigiſſe uidetᷣ in.l.uulgaris in prin.de furtis que eſt cano-nizata.xxxii.q.ii.uulgaris & nō.glo.in ℣. eas in fi.in.l.reſtituta in prin. ad treb. facit .l.iii. in prin de acqui.poſ.& quod nō. per Inno.in.c.cum dillectus extra de capel.mo. quod nō.quia quotidianum. Tertio pri-cipaliᷣ eſt uidendum an ſocius poſſit i mu ro cōi edificare. Et primo uideamus an poſ-ſit ipm altius tollere & i hoc diſtingue aut murus eſt cōis pro indiuiſo aut pro diuiſo puta quia unuſquiſque uicinorum uerſus ſe intelligitur habere medietatem parietis ſui pro diuiſo.iuxta ea que dixi.ſ.de parie-te ſiū muro proprio & alieno.primo caſu quando paries eſt cōis pro diuiſo & tūc qa non eſt proprie cōio ut ibi dixi quatenus ſe protendit illa dimidia uerſus unum ille po rerit altius tollere & edificia ſuper impone re & tigna imittere iſte eſt caſus in.l. hoc quod dcm.§.ex tribus ſecundum unum in-tellectum gl.ibi in ℣.paries in prin.de ſer ui.ur.pre.& eſt ratio quia tunc non dicitur releuare murum cōem ſed propriuȝ nec ſu per communi edificare. Sed ſuper ꝓprio tantum quod nemini eſt prohibitum .l.al-tius &.l.in edibus .C.de ſerui.cum ſy.& ita tenet ang.in.d.§.ex tribus quod dicit eſſe ualde quotidianum & hoc intelligit uerus ubi paries eſt ita groſſus ꝙ unuſquiſqȝ uici norum edificare poterit ſuper ſua dimi-dia non tangendo aliā partē ſȝ ſi paries eſ-ſet ita ſubtilis ꝙ iſtdᷣ eēt ipoſſibile.ſ.edifica re ſup dimidia ñ tāgēdo aliā ptē. Sȝ ſi pari es eſſet ita ſubtilis ꝙ iſtud eſſet impoſſibile .ſ.edificare ſuper dimidia quia eſt paries li gnaminis quo utuntur bonoñ. & paduani ſed de paduanis hodie non eſt uerū qa. oēs ſunt parietibus affixi uel ſi eſſet paries cer-torȝ laterum cum gipſo quo utuntᷣ tuſci & dicit Ang.ꝙ non uidit ꝙ ibi poſſit eſſe iſta cōmunio ꝓ diuiſo de qua loquitᷣ.d.§.ex tri-bus tum quia partes huiuſmodi non poſſūt ad oculum demonſtrari propter ſubtilita-tem parietis tum etiam quia partes conſide rate ꝑ ſe unicuiqȝ uiciorum eſſent inutiles.

Secundo caſu principali quando paries eſt communis pro indiuiſo & in hoc ſubdi ſtinguitur aut unus ſocius uult altius tolle-re murum cōmunem inuito altero uicino aut inuito altero cui ſeruitus altius non tol lendi debetur. Primo caſu aut quis alti⁹ tol lit murum & ſuper eo edificat & uult ꝙ ſu per edificatum ſit ſuum proprium & non poteſt caſus eſt in.l.quidam hiberus de ſer ui.ur.pre.ibi neque pariete quidem ſuum pati parietem cōmunem.ſecundum unam expoſitionem glo.que exponit ꝑ parietem cōmunem ideſt ſuper parieteȝ cōem & ibi hoc nō.Ang.Bar.& doct.& Angelus in.l. i ter quos in.iii.columP.i pri.de damp.infec. & probatur hoc in.l.ſi inter te & me.§.fi.dᷣ ſer.ur.pre.& probatur aperte in.l.ſuper tu um de acqui.re.do.& in.l.ii.in prin.&.l. ſi i area.C.de rei uen.ubi habetᷣ ꝙ edificium ſu per pariete cedit parieti inferiori ut.ſ.dixi ℣.dictum eſt hactenus aut quis uult altius tollere murū cōmunem & ſuper eo edifica re Ita ꝙ ſuperedificatum ſit cōe ſicut prima pars muri inferioris eſt cōmunis & tūc po teſt ut eſt caſus in.l.hoc quod dictum.§.ſi ex tribus ſecundum unam lec.gl.de ſer.ur. pre.& ita tenet Bar.Ang.& Flor.in.d.l.qui dam hiberus allegat nō.in.l.parietis &.l.in ter quos in prin.de. damp.infec.& nō.in.l. ſi ſupra tuum & in.l.ii.& i.d.l.ſi in area qdᷣ intelligo quādo paries inferior poteſt ſu-ſtinere ſupra edificatum alias nō ar.l.cuius edificium de ſer.ur.pre. Item intelligo quā do nō noceret ſocio nec ſua intereſſȝ ut pro batur in.d.l.quidam hiberus.§. pariete & i .l.fiſtulam in prin.&.§.i.ii.& fi.eo.ti.que le ges ita intelligi debent ut nō.glo.ii. in pri. in.l.ſabinus cōi diui.ſecus ſi noceret domio nec ſua intereſſet.caſus eſt in.d.l.ſabinus in prin.& i.l.pariete de ſer.urba. pre. que ita debet intelligi ut nō.glo.ii.in prin.& in.l.ſi ut ꝓponas.C.de edifi.priua.& iſta eſt ueri-tas & ita ſeruatᷣ in pratica. Secundo caſu quādo quis uult edificare altius communeȝ murum iuito alio cui ſeruitus altius nō tol lendi debetur & in hoc dic aut ſeruitus fuit

impoſita per utrunq; ſotium & altius tolli
non poteſt.l.i.de ſer.ur.pre. Aut ꝑ unuꝫ
tantum impoſita parieti tantū & tunc ipſe
imponēs nō poterit alti⁹ tollere.ſed ali⁹ ſic
quia habetur ſeruitus pro n̄ impoſita .l.per
fundum ubi caſus de ſer.ur.pre. Aut ſer-
uitus fuit impoſita domui per dominū do
mus in qua erat murus cōmunis inter ip̄m
& alinm tertiū uicinū & tunc ſeruitus ha-
betur pro impoſita etiā pariete cōi ꝑ unuꝫ
dominū tantum ſociuꝫ in muro. Sed domi
nū inſolidū domus.ut eſt caſus ualde nō.in
.d.l.hoc quod.d.§.ſi ex tribus ſecūduꝫ Ang.
ibi qui dicit nō.ꝙ licet parieti cōi nō poſſit
per unum tm̄ ex ſotiis ſeruitus imponi per
.d.l.qui fundū tamē uni nō imponitꝰ ſpecia
liter parieti ſed domui & un⁹ paries dicte
domus eſt cōmunis cū alio tūc erit īpoſita
ſeruitus & illi parieti & iſte eſt caſus i.d.§.
ſi ex tribus.nec eſt mirum ſecundum eum
quia cum uniuerſitate tranſit & fit illud qđ
alias fieri uel traſire non poſſet per.l.in mo
dicis de contrahen.emp.& hoc cāu talis īpo
ſitio ſeruitutis non nocebit alteri ſocio qui
poſſit altius tollere caſus eſt mirabilis in.d.
.§.ex tribus.Et ſi dicatur ſi eſt impoſita ſer
uitus ergo contra ſeruitutem edificari non
pōt per ea que habentur in.d.l.per fundum

Rn̄deo ꝙ illud procederet quando eſſet
ſeruitus ſpecialiter impoſita parieti ualet ī
poſitio ſed hic non fuit ſpecialiter impoſita
parieti ſed principaliter domui proprie &
per quandam cōſeuqentiam ip̄i parieti.Vn
de talis impoſitio ſeruitute facta non prin
cipaliter ſed in conſequentiam non nocet
ſocio qui non conſenſit & iſte eſt caſus mi
rabilis in.d.§.ſi ex tribus quem perpetuo te
nementi quia per ip̄m declaratur.l.ſi unus
ex ſociis de ſeruitu.ur.p̄.&.l.an unus ſi fui.
uen.&.d.l.per fundum &.l.ii.C.de ſerui.ſe
cun̄ ang.in.l.hoc quod dictum.§.ſi ex trib⁹
de ſer.ur.pre. Secundo nunquid ſocius
poſſit cooperire murum cōem & dicas bre
uiter ꝙ ſic ſi non facit dampnum uicino ꝑ
.l.fiſtulas &.l.quidam hiberus.§.pariete cū
ibi nō.de ſeruitu.urba.pre.cum ſy.& per ea
que dixi in precedenti.q. Tertio nunqd
poſſit tignum imittetere uide tex.& glo.&
ibi doc.in.l.ſi cōmunes edes cōi diui.& ple
per Ang.in.d.l.quidaꝫ hiberus i.iii.colūp.
.℟.ueriſimiliter reſtat uidere & in.l.inter
quos de damp.infec.& quod.s̄.dixi plene
de ſer.tigni imittendi in.v.q.& uide omni

no q̄ dicā infra de tigno iiuncto. Quar
to an poſſit imponere uel reſtituere uel re
ficere cōem parietem uide.l.de pariete cuꝫ
ibi nō.de ſerui.ur.pre &.d.l.ſi edes cōes cōi
diui.& in.d.l.ſabinus eo.ti.& per Cy.& doc
to.in.l.ſi ut proponis.C.de edifi.priua.& ꝑ
Ang.in.d.l.inter quos & dicam infra de re
fectione. Quinto an poſſit facere fene-
ſtram in muro cōmuni uel claudere uide
docto.in.l.quidam hiberus ang.in.d.l.iter
quos & dicam plene infra de feneſtra ſiue
balcono & de ſimilibus queſtionibus con-
tingentibus murum cōem uide Ang.in.d.
.l.inter quos & in.l.quidam hiberus & dicā
in diuerſas rubricas. Sꝫ ē dubiū qn̄ qs al
ti⁹ ult tollere murū cōeꝫ ł ī eo alqd fabrica
re cui⁹ expēſis debeat hoc facere uiđ ꝑ Cy.
& doc.i.dicta.l.ſi ut ꝓpoīs & qđ dicam in
fra de refectione ubi hoc examinabo. Sꝫ
pone unus ſocius edificauit primo ſup mu
ro cōi ipſum altius tollendo ſuis expenſis.
Alius poſtea ſocius uult iteꝝ reedificare ſu
per dicto muro uel in eo aliquid fabricarē ł
imittere an teneatꝰ ſoluere dimidiam illius
muri primo eleuati per alium ſocium ſuis
ſumptibus.Iſtam queſtionem ſepius uidi
de facto & in ea ſic alias cōcludebā aut mu
rus erat cōmunis ꝓ diuiſio aut ꝓ indiuiſio.

Primo caſu nō pōt repetere ſumptus qa
laborauit in ſuo ſicut dixi.s̄.in.viiii.q.prin.
circa princi.& tunc ceſſaret iſta.q.quia ali⁹
debet altius tollere aliam ſuaꝫ dimidiā tm̄
ut ibi dixi.Si uero ſuper utraq; parte edifi
cauit.& tunc aut paries erat ita groſſus qđ
ſup ſua tantū ꝑte potuiſſet edificare & tūc
edificando ſup & ſic etiaꝫ ſuper parte ſocii
diuiſa diceretꝰ edificiaſſe in alieno & ꝑ con
ſequens nō poſſet ſumptus repetere iuxta
.l.adeo.§.ex diuerſo de acqui.re.do. cum ſy.
aut paries nō erat ita groſſ⁹ ꝙ ſup dimidia
tantum potuiſſet edificari & tunc dic ut ſta
tim dicam quādo murus eſt cōis ꝓ idiuiſio
& tunc ſubdiſtingue. Aut ille qui prius
edificauit altius tollendo fecit illud ꝙ erat
neceſſarium in domo uel muro.puta refici
endo ſicut prius erat.& teneo ꝙ ſic & ꝙ poſ
ſit etiam ſocius cogi ad conferēdam expēſaꝫ
ꝓ dimidia & non expectare ꝙ ipſe uelit al
tius tollere iuxta nō.ꝑ Cy.& doc.i dicta.l.ſi
ut ꝓponis.C.de edifi.priua.& dicam infra
đ refectione.aut nō fecit illud ꝙ erat neceſ
ſarium utriq; ſed ſoluꝫ pro ſua ntilitate qa
in eo muro ꝑ ipſuꝫ eleuato impoſuit tigna

a latere ſuo & ſuper edificauit ſolarium uł domū & tunc ſubdiſtingue aut fecit malafi de quia forte ñ potuit hoc facere niſi facien do ſcienter damnum alteri ſocio iuxta ea q̄ dixi.ſ.in.iii.q̄one prin.huius ſeruitutis ꝟ. quod intelligo quando paries cōis uel fecit non tanq̄ in re cōi ſed tanquā in re propria ſciens tamen rem eſſe cōmunem & tunc ñ recuperat expēſas per tex.in.l.ſi is qui ubi caſus de hoc.C.de edifi.priua.& ar.l.adeo.§ ex diuerſo.de acqui.re.do.&.§.ex diuerſo i. ſtitu.de re diui.&.l.ſi quis putant.§.i.cōi di ui.aut fit bonafide quam in dubio preſumo .l.pe.cum ibi nō.C.de euic.& tunc aut uult repetere ſumptus ante q̄ ſocius ſuperedifi cauerit uel ſuperedificare uelit uel aliquid in eo imittere & tunc aut alter ſocius pro teſtatus eſt ꝙ non uult aliquid ſoluer̄ & ꝙ non eleuet & tunc nullo modo tenebitur ad ſumptus ꝓ dimidia ar.l.ſi.C.d neg.geſt. &.l.ſi pro parte mandati & ibi dicitur ꝙ ēt actio utilis negotioꝝ geſt.competit.aut al ē ſocius porhibuit nec proteſtatus eſt & tūc etiam teneo ꝙ ſumptus repetere nō poſſit actione pro ſocio neque act. nego.geſt. ex quo opus non erat neceſſarium neque mu rus ad hoc deſtinatus.nam ſi murus erat cō muuis pro indiuiſo anteq̄ per aliquē altius tolleretur & unus poſtea ſociorum ſupedi ficauerit illud ſuperedificatum cōmune ef ficitur eo modo quo prius erat murus cō munis quia cedit ſuperedificatum muro in feriori primo ſicut hedificatum in ſolo al terius cedit illi ſolo per.l.ſi ſupra tuum de acqui.re.do.&.l.ii.&.l.ſi in area .C.d' rei.uē. &.l.ſ.is .C.de edifi.priua.cum ſy. Vnde ſicut edificans in ſolo alterius ſumptus non r̄pe tit ſi ſcienter edificauit nota. in.d.l.ab eo.§. ex diuerſo. cum ſy.ita etiam ſuperedificans muro communi ſcienter facit ſuperedifica tum commune nec ſibi ſumptus r̄fici debēt quia idem iuris eſt de toto quo ad totum ꝙ de parte quo ad partem & ē contra.l.que d̄ tota de rei uen. Aut ille qui primo ediffi cauit uult repetere ſumpt⁹ ꝓ dimidia poſt q̄ alius ſocius uult iterum ſuperedificare uel in eo muro prius eleuato tigna impone re & iſtud uidetur habere maius dubium Nam uidetur ꝙ non poſſit ſumptus repete re quia ſi per primam eleuationem murus erat effectuſ cōis nec ſocius tenebatur aliq̄d conferre pro ſumptibus ergo uidetur ꝙ ſi uult ſocius altius tollere iterum uel i eo pri-

us eleuato tigna īponer̄ ꝙ poſſit nec cogat̄ r̄ferre ſupt⁹ ꝓ dimidia qa ſoci⁹ pōt i muro cōmuni tigna imponere & ſi p murū ſuſti neri poſſint.l.ſi edes cōi di.&.l.in cōmunis &.l.edibus de dam.infec.& nō.Ang.in.l.in ter quos in prin.ultime colum.eo.ti.Et q̄ñ iſte ſuus uicinus iterum ſuper edificauerit non poterit repetere ſumptus ſuos pro di- midia a priuato ſuper edificante.nec ſi pri- mus uoluerit tertio ſuper edificare ł tigna imponere ſup muro ſecundo loco leuato co getur reficere ſumptus ſecundo ſuper edi- ficanti & ſic res in equalitate ꝓcedet. Vero ne tamen uidi ſeruari contrarium uidelicet ꝙ ſi ſocius uult aliquid in muro eleuato p alium ſocium uel ſi uult iterum altius tolle re cogitur ſoluere expenſas ꝓ dimidia que fuerunt facte per alium ſocium qui pri⁹ ſu per edificauit. Iteꝫ alias uidi atteſtatiōes quā plurimorū magiſtroꝝ parietum q ſup hoc interrogati ita de conſuetudine obſer- uari conſtituerunt & iſta conſuetudo pōt fundari i hoc quia quādo iſte uicinus uult i ponere tigna in muro altius per ſociuꝫ ele uato uel ipſum iteꝝ altius tollore tūc dicit̄ negotium ſuum eſſe geſtum utiliter iō for te tenebit̄ act.neg.ge.ar.l.ex duobus fratri- bus a cōtrario ſenſu de neg.geſ.&.l.ſi pupil li in prin.cum ibi no.per glo.& doc.eo.ti.li cet a prin.l.litis in prin.& ibi nō.de nego. geſt.Item non eſſet utilis ſufficit ꝙ ſit utile nunc ut predicta conſuetudo ꝓderet de iu re ſine dubio ſi de facto ſoluiſſet ille qui ſe cūdo altius eleuauit ꝓ medietate muri pri us per alium ſuperedificati pone exemplū murus primo erat cōmunis factus cōmuni bus expenſis per aliquot pedes titius ſoci⁹ eleuauit ipſum ſuis expenſis. deinde ſeius alius ſocius dum uellet ſuperedificare ſol- uit dimidiam ſumptuuꝫ muri prius p titiū eleuati poſtremo titius uult iterum ad ter- tium murum altius tollere certe hoc caſu ſi ne dubio cogetur ſoluere dimidiā expenſa rum p ſeium factarum in eleuando ex quo uoluit ut ſepius etiam ſi ſolueret quādo ipe titius etiam altius eleuauit ut ſeruet̄ inter eos equalitas & ideo dici poteſt pater legē quam tu ipſe tuleris in.c.cum omnes de cō ſti.& ꝙ quiſque iuris in alium ſtatuerit ip ſo eodem iure utat̄ ut in toto ti.ff. ꝙ quiſqꝫ iuris & in dicto.c.cum omnes. Sed poſi- to pro conſtanti ꝙ de iure conſuetudine ł ſtatuto uolens ſecundo murum cōem alti⁹

tollere teneatur prius ſatiſfacere ꝓ ſumpti bus alteri ſocio qui prius ſuperedificauit.

Quid ſi non uult altius tollere murum niſi pro una tantum parte & murus eleua tus eſt longior. In hac queſtione ego ſic di ſtingo aut ille murus eleuatus altius ē unus aut plures. primo caſu quando ē unus mu rus tantum uidetur ꝙ non teneatur ſoluere niſi pro ea rata muri pro qua ipe edificauit quia idem iuris eſt de toto quo ad totū & c. .l.q de tota de rei uen. cum ſy. Vnde ſi ſup toto altius leuato edificauerit ſuper deberet ſoluere dimidiam expenſarum totius muri ita quando ſuperedificauit in parte ipſius muri uidetur ꝙ pro illa tantum parte ſolue re debeat. & pro hoc facit optime. l. ii. §. ſe pulchrum & §. celſus autem ait de religi. & ſump. fune. & inſti. de rer. diui. §. inſula ibi pro modo latitudinis cuiuſque fundi & ibi per glo. & per tex. in. l. inſula in prin. de ac qui. re. do. in contrarium uidetur ꝙ imo te neatur ſoluere pro dimidia totius muri qa qui partem muri tetigit totum murum te tigiſſe uidetur ar. l. uulgaris in prin. de fur tis & xxxii. q. ii. uulgaris cum ibi nō. p glo. & l. iiii. in prin. cum ibi nō. de acqui. poſ. & per nō. per glo. in. l. reſtituta in prin. i ꝟbo earum. ꝟ. ſed nunquid ad treb. & per nō. p Inno. & doc. in. c. cum dilectus ď capel. mo. & dixi. s. in. ii. q. prin. huius ſeruitutis in fi. & pro iſta parte fuit iudicatum. Secūdo caſu quando erant duo uł plures muri con tigui tantum & tunc tenendum eſt ꝙ edi ficando ſuper uno de dcis eleuatis non coge tur ſine dubio ſoluere niſi pro dimidia illi tantum muri ſuper quo edificatum ē quia ſeparati debent eſſe effecti. l. pamp. exuli in prin. de mino. l. maritus. C. de do. inter uir. & ux. cum ſy. & ita. ēt ſuper hoc iudicari ui di & recte que oīa perpetuo tenementi qa ſunt utilia. Sed quid ſi reperitur murus alti eleuatus nec apparet quis edificauerit & cui expēſis & dic ſi mur eleuat diuer ſo tpre uni terio ſeruit qa i eo hēt ſuum ſtil licidiū uel ſolarium & uicinus qui ē a later in eo nihil imiſſum habet dicendum eſt ꝙ preſumitur in dubio ꝓ illū & eius expenſis qui habet in eo tectum uel ſolarium & ita uidi in. q. facti. Teſtes i arte architectur pe riti deponere quibus eſt credendum. l. i pri ci. de uen. inſpi. & nō. per glo. in. §. preterea ꝓ alluuionem inſti. de rer. diui. cum ſy. & hoc etiam uult bar. in. l. cum ſeruus de uer. obli. ubi dicit quando reperitur aliquod op in dubio preſumitur factum ab eo & eius ex penſis ad quem hoc ſpectat allegat. l. fi. C. ď alimen. pub. Preterea ubi dicit eſſe caſus nō. & idem tenet Bar. in. l. nomina arbi. tu. & Bal. in. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & i. l. i. ꝟ. pe. C. de uſufru. & lit. expē. & in. l. id. quod pauperibus i fi. ď epi. & cle. in rubrica de fide inſtru. in. xviii. colum. ꝟ. ſequitur uidere de ſcriptura & per ymmolā & canoniſtas in. c. i. in. iii. colump. extra ut ecc. benefi. & per doc. in. d. l. cum ſeruus. Idē etiam quando quis eſſet in poſſeſſione mu ri quia in dubio iudicabitur ꝙ ſit factū per eum uel eius auctores & ſuis expēſis ut di cit nō. bar. in dicta. l. cum ſeruus per dictam .l. fi. in reſtituenda. C. de peti. heredi. per il lum tex. qui non facit per Ang. quia ibi nō poſſidebatur illud pro quo erat expenſus ſicut hic. Ocurrit mihi circa predicta alia queſtio cottidiana. duo uicini habebant are as contiguas uel ortos contiguos parietem in medio fecerunt propter clauſuram. alt uicinus uult edificare ex latere ſuo ſup pa riete cōmuni quo edificato ſiue edificio fac to deterior uidetur fieri area uel ortum cōui cini ſed tamen ab uno later remanet aer ſol & uentus liber ad aream uicini queritur an poſſit. & primo uidetur ꝙ in pariete cōmuni edificare non poſſit uicino prohibente. l. ſa binus cōi diui. & in. c. in re cōi ď reg. iur. in .vi. & l. fi. §. fi. C. de ſerui. in contrarium uide tur. l. cum duobus. §. item mela. ff. pro ſo. & l. ſuper edes cōi. diui. Et quia cuiq; liberum eſt uſq; ad celum tollere. l. altius eo. ti. & l. fi. de ſerui. & l. ſi uitem. §. ſi quis protectum .ff. qui aut clā. Secundo huius. q. eſt ꝙ i ta li pariete cōmuni unus ſocius altero inuito edificare non poſſit quia ad uſum edifican di inſtitutus non eſt ſed ad uſum clauſure per ea que nō. per glo. & doc. in dicta rgula in re cōi. & ita etiam reperio conſultus per do. Raph. fulg. in quodam ſuo cōſilio quod incipit duo uicini habent quod ē ualde nō. in pratica & per hoc limitantur ea que dixi .s. in ꝟ. Tertio principaliter uidendum eſt.

Quarto & ultimo principaliter eſſet ui dendū an paries q ē i. medio remaneat cōis uē dita una ex domibus ſed eius deciſionē colligo ex his que nō. Bar. in. l. i. ď ſerui. leg. & que dixi plenius ſupra de ſerui. itineris ſeu aditus ꝟ. ſed rariſſime iſtā. q. dic ut ibi.

## Rubrica de ſtillicidio ſeu tacto. Cap. XLI.

Icet de ſtillicidio plra dixeri-
l mus ſupra de ſerui.ſtillicidii a
uertendi in tectum uel aream
uicini & in ſeruitu.ſtillidii nō
auertendi tamē ut perfectior iſta materia
habeatur etiaꝫ hic aliqua ſubiciēmus. Et ſci
endum eſt imprimis ꝙ ſtillicidium & tec-
tum idem ſignificant. ut probatur in.l.i. de
ſerui.ur.pre.& propterea dixi in rubrica
de ſtillicidio ſiue tecto quāuis in alia mate
ria ſenatus conſultus ſilleniani tectum ali-
ter accipiatur latius ut.l.i.§.eodem autem
tecto ad ſill.&.l.fi.de his quibus ut indig.
& tectum dicitur a tegendo quia domum
tegit tegularum etiam appellari pōt ut
probatur in.l.offilius agit tugurium de ꝟ.
ſig. Sed poteſt dubitari an appellatione
tecti ſeu ſtillicidii ueniat ſolum illud quod
eſt de tegulis puta coppis laſtis.an etia ue-
niat illud quod eſt de plumbo & dico ꝙ ſic
tex.eſt cum glo.in.l.blactium.§.plumbum
de uer.ſig.Nam ibi dicitur ꝙ plumbuꝫ qđ
pro tegulis ponitur edificii eſſe & glo. ex-
ponit pro tegulis quando loco tegularum
plnmbum coopit domum ut ſunt eccl'ie ue
netiane Adde tu ut eſt nobile palatiuꝫ pa-
due eccl'ia ſancti petri. Ex quo ſequitur ſe
dum glo.in.d.§.plumbum ꝙ uēdita domo
etiam iſte tegule de plumbo ueniunt alle-
gat.l.fundi.§.que tabule de act.emp.& ad
hoc uide.l.granaria & tegule eo.ti. Item
etiam appellatione ſtillicidii ſiue tecti ueit
id omne per quod domus ſeu edificium te-
gitur & aqua ſtillat ſiue ſit icruſtatio ſicut
in ciuitate neapolis ſiue eſſet de paleis ſicut
cōiter ſunt in uillis per ea que dixi.s̄.đ ſer
uitu.ſtillicidii auertendi in prima.q.ubi de
claraui quid ſit ſtillicidiū Et iō iſta materia
ſeruitutis loquens de ſtillicidio ſiue tecto
ꝓcedit in huiꝰ ſtillicidiis ſiue tecto Q ue-
ro circa predicta an ſit licitum unicuique
ſtillicidium ſiue tectum porrigeꝛ̄ extra pa
rietem pro libito uluntatis. dic ꝙ aut uult
porrigere ſuper ſolum uicini & nō poteſt
ut probatur in.l.fi.§.lutius ibi neqꝫ ſtillici-
dium in uicini domo cadat de ſer.ur.pre.&
ē rō quia ſolū uicini dꝫ eſſe libeꝝ uſqꝫ ad ce
lum & ſic celum quod eſt.s̄.ſolum debet eſ
ſe liberū.l.fi.in prin.de ſer.ff.&.l.pe.§.pe.
ꝙ ui aut clam & ibi per gl.&.l.ſi in rem.§.
pē.eō.ti.niſi eſſet ſeruitus ſtillicidii impoſi
ta quo caſu porrigere pōt ſecundum impo
ſitā ſuitutē & ñ ultra ſꝫ circa rtroduceꝛ̄ pōt
tex.ē i.l.ſuitutes q̄ i ſupficie.§.ſtillicidium
ꝟ.eadē cā đ ſ.ur.p̄.& dixi.s̄.đ ſ.ſtillidii.in
iiii.q. Aut ult pōrigeꝛ̄.s̄.ſolū pub. Et tūc ſub
diſtingue aut ex forma ſtatuti uel cōſuetu-
dinis introductus eſt modus ſecundū queꝫ
porrigi poſſit ſtillicidium & ille modus ſer
uandus eſt ut probaꝛ in.l.i.cum gl.C.de edi
fi.pri.& in.l.qui luminibus cum glo.de ſer.
ur.pre.ubi fit mentio de forma edificādi flo
rentie.aut nullus modus edificandi ē ſtatu-
tꝰ & tūc teneo ꝙ nlꝰ poſſit de iuꝛ̄ edificare
porrigendo ipſum.s̄.ſolū publicum qa ita
debet eſſe liberum ſolū publice ſicut & pri
uatū ut.d.l.fi.in prin.ff.de ſer.&.l.ii.§.tracta
tum ne quid in loco publico cum ſy. Si uero
eſſet conſuetudo uel ſtatutum in contrariū
ſicut eſt cōmuniter in his partibus conſue-
tudo eſt attendenda ut.s̄.dixi & probatur
in.l.i.& ibi nō.C.que ſit lōga conſue.& in.l.
an totuꝫ.C.de edifi.priua.& nō.Ang.& flo.
in.d.l.fi.de ſer.uel niſi quis haberet poteſta
tem a principe ul' a ꝛ̄gentibus ciuitatē ut.d.
.l.an totum &.l.prohibere.§.plane ꝙ ui aut
clam ubi uide bar.& ꝙ dictum eſt de ſtatu-
to conſuetudine aut conceſſionem intellige
uerum niſi fieret cum damno uicini exem-
plum uicinus hēt penum a latere ſub terra
neam & ex ſolo publico recepit lumen qa
ibi habet unam feneſtram ſi alius uicinus
porrigeret ſuum ſtillicidiū puta ꝑ duos pe
des aqua ex ſtillicidio caſſitaret in penum
uicini. Nam hoc caſu non poſſit tale ſtillici
dium porrigere ſuper ſolum publicū quia
ſtatutū uel' conſuetudo aut licētia de edificā
do ſupra ſolum publicum intelligiꝛ in du-
bio ſine dampno uicini.l.ii.§.ſi quis a prin
cipe & in.§.merito ne quid in loco publico
& in.l.nec auus.C.de emanci.lib.cum ſy. &
ita alias iudicare uidi in ciuitate uerōe. Aut
quis uult edificando ſtillicidiū porrigere.s̄.
ſepulchrum ſiue monumentum & tūc non
poteſt caſus eſt in.l.ſi uitem.§.pe. qđ ui aut
clam ubi eſt tex.magiſtralis in iſta materia
quem omnio uide. Q uero ſecūdo an ſtil
licidio ſeu tecto ſit licitū facere luminaria.
& breuiter dic regulariter ꝙ ſic qa quatenꝰ
ſe domus extendit & tectū licitū eſt facere
feneſtrā a parte ſuperiori quia illud ſolum
uſqꝫ ad celum debet eſſe liberum ad uſum
eius cuius eſt ſolum.d.l.ſi uitē.§.pe.& dicta

.l.fi.de ſerui.cum ſi.ac etiam quia in ſuo qs
poteſt facere feneſtram regulariter ꝓbať
in.l.altius.C.de ſerui.& ibi nõ.niſi fieret illa
feneſtra cauſa uidendi ſecreta domus uicini
& ex hoc nullam utilitatem percipiat & ſic
potius ad emulationem uel deſpectum uici
ni ar.l.opus.ff.de operibus publi.nõ.ꝑ Bal.
& doctores in dicta.l.altius ibi dicunt. ide3
ſi fieret cã uidendi puellam uicini de qº ple
nius dic ut infra dicam de feneſtra ſiue bal
cono. Q uero tertio utrum ſupra ſtillici
dium ſit licitum edificare. puta ſolariũ uel
menianum ſicut uenetiis fit ortulos ſicut fit
in catalonia uel cruſtatione ſicut fit in ciui
tate neapolis.& dico breuiter ꝙ ſic niſi fie
ret cauſa emulationis uel deſpectus ľ puel
le per ea que dixi in precedenti. Q uero
quarto quidam habet domum ꝟſus uiam
publicam per directum cu3 ſtillicidio caſſi
tante ſupra ſolum publicum uicinus habet
domum contiguam a latere depreſſiore3 ip
ſam altius leuauit q̄ ſit alia domꝰ ſui uicini
an poſſit facere ꝙ aqua ſtillicidii ſui caſſitet
ſuper ſtillicidium uicini uel econtra & te
neo ꝙ non ſi non debet ſibi aliquam ſerui
tututem quia regula ē ꝙ l3 in ſuo edificare
dummõ non mittat in allienum ut.l. queãd
modum.§.ſi protectu3 ad.l.acquil.&.l.ſi ui
tem.§.qui ad ianuam ꝙ ui aut clam. debet
ergo ille qui habet altius ſtillicidiu3 diuer
tere aquã per unum canale uel aliter quate
nus ſe protendit ſtillicidium uicini quod ē
inferius ita ꝙ illa aqua non caſſitet .s.ſtilli
cidio ſuo ſed .s.ſolum publicum quod nõ.
quia iſtum caſum habui de facto uerone
Q uero quinto an uſuſfructuarius ediũ
poſſit altius tollere & dicas ꝙ non licet nõ
obſcuret lumina domꝰ eſt ratio quia ꝑ hoc
tectum magis turbatur quia uentus magis
percutit ut eſt tex cum glo.in.l. equiſſimu3
.§.item nerua eum cui ď uſufru. Q uero
ſexto eſt una domꝰ hñs plura ſolaria diuer
ſarum perſonarum an ſi tectum eſt fractu3
ita ꝙ quando pluit deſcendit aqua ad ſola
rium inferius poſſit cogere dominũ ſupio
rem ad ipm reficiendum ſumptibus ſuis.s.
ſupioris dicas ꝙ ſic ut probatur in.l.eum ď
bere colũnam de ſer.ur.pre. iuncta.l. & ſi
forte.§.etiam ſi ſeruitu.uen.& ad hoc uide
omnia que dixi ſupra in ſerui.ſtillicidii nõ
auertendi & in ſeruitute oneris ferendi ꝟ.
huius aũt ſer.& ꝟ.ſequen. Q uero ſepti
mo an liceat domino tecti legare tectũ ſiue
tegulas puta cuppos ſiue plumbum ſiue ti
gna alteri & dicas ꝙ non quia hec legari ꝓ
hibitum eſt per ſenatuſconſultu3 ꝙ alias ꝑ
ſtari non põt q̄ ut edibus detrahere uel ſub
ducere ut eſt tex.in.l.cetera .§.hoc ſenatus
.ii.de le.i.de quo dic ut ibi. Q uero octa
uo & ultimo quidam eſt debitor meus feci
ipm pignorari puta in executione ſenten
tie iuxta nõ.in.l.a diuo pio.§.in uenditione
de re iudi.cum ſequenti.an poterunt ꝓ pi
gnore capi tegule domus ut ſunt plumbu3
uel cuppi uel ligna Dic ꝙ non ut eſt caſus
in dicto.§.ſenatus.& ratio eſt ne urbs ďfor
metur ruinis ut.l.fi.ne quid in loco publi
co & nõ.per Ang.& doctores in dicto .§.ſe
natus.Cetera circa iſtam materiam uide q̄
plene ſcripſi ut ſupra in ſeruitute ſtillici
dii auertendi & in ſeruitute ſequenti & ad
de que dicam in ſequen.ſeruitu.&c̄

## Rubrica de hoſtio ſeu porta. C. XLII.

q Vidã aperto pariete domus ſue
quatenus ſtillicidii rigor & ti
gnorum protectum cõpetebat
ianua3 in publico apperuit nũ
quid poſſit dicas ꝙ ſic ut eſt tex. in l.fi.§.lu
tius de ſer.ur.predi.& dicit ibi glo ꝙ ita fa
ciunt omnes ueronẽſes qui apperiunt por
tas uerſus uiam publicam & uerum dicit ꝙ
olim ita faciebant.ſed hodie apperiũt intra
domum ultra uero ſtillicidii rigorem & ti
gnorum ꝓtectum non liceret ianuam ĩ pu
blico appire ut ꝓbať in.d.§.lutiꝰ a õrio ſẽ
ſu niſi eſſet conſuetudo in contrariu3 ſicut
eſſe ſolebat in ciuitate ueronenſi ꝑ ea que
dixi in precedenti ꝛica in prima.q.Et ide3
iuris eſſe dico quando quis haberet ſtillici
dium domus ſue ſupra domum uel areã ui
cini quia quatenus rigor ſtillicidii & tigno
rum protectus extenderetur & non ultra
poterit ianuam ſuam in ſolo uicini apperi
re ꝑ.d.§.lutius quod eſt nõ.Circa que adde
que dixi.s.de ſeruitute ſtillicidii auertendi
in.viii.q. Sed dubium eſt ſi quis poteſt ĩ
ſuo pariete proprio facere hoſtiu3 de nouo
uerſus fundum uel domum uicini inuito ui
cino Et Flor.in.l.fi.§.lutius de ſer.urba.pre
di.per illum tex.dicit ꝙ licitum eſt dũmõ
non protendatur ultra illa ſtillicidia Petrꝰ
autem de papia in ſua pratica in ultimo li
bro ſuo in glo.antepe.in fine dicit ꝙ in ꝓ
prio pariete quis põt facere hoſtium de no

uo inuito uicino ſi ius uicini non ledit̃ per
nõ.in.d.§.lucius de hoc concludendum eſt
ut dixi ſupra de pariete ſeu muro ꝯ.ſi nũ-
quid uicinus poterit in muro ſuo facere ho
ſtium ubi omnino uide. Vbi adde qđ licet
quis habeat ſtillicidium ſupra ſolũ uel aerẽ
uicini puta per tres pedes iuxta.l.ſeruitute ſ
que in ſuꝑficie.§.ſtillicidium de ſerui.ur.p̃
dio.neceſt neceſſe ꝙ habens ſtillicidium ꝑ
eo intret fundum uicini quia aqua omnio
deſcẽdit & diſcurrit ſine damno ſuo an tũc
poterit facere hoſtium in muro proprio cã
ueniendi ad dictum ſolum ſiue aream puta
quia ex eo apto ul't ire forte ad uiam publi
cam & teneo ꝙ non quia illud ſolum ſiue a
rea uicini quatenus protendit rigor ſtilli-
cidii recipiendi ut.d.§.ſtillicidium & hẽt
in.l.fi.in prin. de ſeruitu. tamen non debe
tur ſeruitus additus ſeu itineris que eſt di-
uerſa a ſeruitute ſtillicidii ut patet per ea q̃
dixi.s̃.de ſerui.iti.ſeu additus & propterea
illud quod dixi ſupra pe pariete ſeu muro
in ꝯ.ſed nunquid uicinus qui habens ſtil-
licidium ſupra ſolum uicini ſi ſolum infe-
rius debet tãtum ſeruitutem ſtillicidii reci
piendi põt facere portam ĩ muro proprio
cauſa ueniendi ad iſtud ſolum pro ſuo ſtil
licidio tm̃ intelligo quãdo põt eſſe aliqua
neceſſitas.exemplum quando ſunt domus
contigue & in medio earum caſſitant ſtilli
cidia uel ſi a parte mea eſt domus cum ſtil
licidio & a ꝑte uicini eſt murus diſtans for
te per unum pedem uel duos iuxta.l.fi.fini
regũ.nam tunc inter dictos parietes põt a
qua marceſcere & deſtruere fundamenta
parietis. Nam hoc caſu uel ſimili poſſet qli
bet dominorum facere portaꝫ in muro ſuo
cauſa ueniendi ad illum ingreſum qui eſt
inter utrunqꝫ uicinum & ita alias uidi iudi
care Sed ſi caſſitaret iſtud eſt dubium puta
quia a parte mea eſt ſtillicidium a ꝑte uici
ni eſt ſolum tm̃ ſiue area domus ſue tũc ñ
poſſum facere hoſtium ſiue portam cauſa
ueniendi ad ſolum uel aream uicini & qua
tenus protendit rigor ſtillicidiorum meoꝝ
per predicta ne ẽt detur mihi occaſio ſeu
facultas eundi per fundum uicini quod nõ
eſt permiſum ut habetur in.l.diuus de ſer
ui.urba predio nam per agrum alienũ trã
ſire fas eſt ius non eſt & fas diuina lex ẽ iꝰ
uero eſt humanum ut ẽ tex di.i. omnes.ll.

Alia ẽ.q.de ſolo publico huiuſmõi Q ui
dam habet domum ſuam per directũ uer-
ſus uiam publicam cum ſtillicidio protẽ-
dente.puta per tres pedes ſupra ſolum pu-
blicum uicinus habet aliam domum per in
directum a latere ul't facere hoſtiũ ĩ muro
ſuo proprio cauſa exeũdi de domo ſua per
ſolum publicum quod ẽ ſub ſtillicdio uici-
ni ſui nũquid poſſit & breuiter dico ꝙ ſic
Nam licet uicinus habeat ſtillicidium ſuũ
ſuper illa parte ſoli publici tamen illud ſo
lum inferius propterhoc non deſinit eſſe
publicum quin poſſit per ipſum & quẽcũ-
qꝫ alium tranſire per.l. uia publica de uia
pub.cum ibi nõ.cõiuncta.l.ediles i fi.que ẽ
lex greca eo.ti. Nam de iure cõmuni nõ di
citur eſſe licitum facere edificia ſupra ſoluꝫ
publicum ar.l.fi.in prin.de ſeruit.&.§.ii.in
tractatu ne qđ in in loco pub.ſed de cõſue
tudine ſeruatur contrarium quia cõiter qli
bet porrigit ſtillicidia ſua pro uoluntate ſu
pra ſolum publicum ſicut dicit etiam glo.đ
porticibus in ꝑxica.C.que ſit loga conſue.&
per iſtam conſuetudinem non fit ꝙ locus
inferior ſub ſtillicidio efficiatur illius cuiꝰ
ẽ ſtillicidiũ & iõ licitũ ẽ unicuiqꝫ trãſire ꝑ
dicta loca publica q̃ ſũt ſub ſtillicidiis & ita
uidemꝰ p oẽs obſeruari Ex hoc etiam ſeqt̃
alid' ꝙ ñ ẽ licitũ dño ſtillicidii claudere lo
cũ iſeriorẽ ſub ſtillicidio neqꝫ ipſum occu
pare tanq̃ proprium & ita alias in queſtiõe
facti obtinui in ciuitate uerone ꝙ eſt nõ.

Sed circa predicta dubitari poteſt quidã
habebant unam domũ quam diuiſerũt.uni
contingit in diuiſione una pars cum curia.
Alii alia pars domus que diuidit̃ pariete.di
xi ſupra ꝙ in pariete illo nõ poteſt fieri ho
ſtium quid ſi prius erat hoſtium i dicto pa
riete tempore diuiſionis nihil de hoſtio di-
ctum fuit uel eſt dictum ꝙ ſtet clauſum an
poſſit cogi qđ claudat pariete ſiue muro.&
uidetur quod ſic ut tollatur domino hoſtii
facultas ueniendi ad aream uicini per nõ. i
.l.diuus de ſeruitu.ru.predi.& per ea que di
xi ſupra in ꝯ.cui adde incõtrarium ꝙ non
poſſit cogi ad claudendum quia nemo i ſuo
laborare cogitur ut.l.i.i fi.de aqua plu.ar.&
ibi nõ.Sed ſi turbauerit uicinum i ueniẽdo
ex dicto hoſtio ad dictam curiã.uidetur ꝙ
poſſit cogi ad cauẽdũ de nõ ueniẽdo aplius
per.l.harũ.&.l.egi.ſi ſerui.uen.in hoc puto
ſic eſſe conſiderandum.Aut eſt actũ exꝑſſe
tempore diuiſionis quid ſit faciẽdũ đ dicto
hoſtio.& iſtud ẽ ſeruãdũ.l.iuriſgen.§. p̃tor
ait.ff.de pac.Aut nihil eſt actum & tũc aut

nihil noui facit.neqꝫ turbauit uicinũ & hoc
caſu non tenet᷑ ad aliud qa diuiſio ceenſet᷑
eſſe facta ut nihil noui fiat.Nemo enĩ i ſuo
laborare cogitur.regularit᷑ etiam ſi debeat
ſeruitutem ut probatur in.d.l.i.§.fi.de aqua
plu.ar.& ibi hoc nõ.& habetur in.l.quotiẽs
la prima.§.i.de ſeruituti.niſi in ſuitute one
ris ferendi.ut.l.eum debere columnam de
ſer.ur.predi.& dixi plene de ſeruitute one
ris ferendi.Aut aliquid noui facit.puta qa
aperiendo ianuam turbauit uicinum i eius
curia.& tunc aut debetur ſeruitus quia pro
miſit non apire hoſtiũ & ſemper tenere ip
ſum clauſum & cauere cogit᷑ de amplius ñ
impediendo ſeu turbãdo.uel de nõ aperien
do illud hoſtiũ.ꝑ nõ.in dicta.l.haꝝ &.l.egi
ſi ſerui.uen.& per nõ.per Bar.& doct.in.l.
ſi prius.de no.op.nũci.Aut nulla ſeruitus ẽ
promiſſa uel debita & tunc etiam hoc caſu
poſt turbationem cogitur cauere ſicut in ĩ
terdicto uti poſſidetis ut probat᷑ in.l.unica
.C.uti poſſidetis & eſt tex.cũ glo.in.l.i.§.hꝰ
interdicto i.l.queſitum.ff.de iti.actuqꝫ pri.
& nõ.Bar.in.l.i.§.interdictũ autem hoc.ff.
uti poſſi.& ſali.i.dicta.l.i.in.v.q.C.uti poſſi.

Nũquid autem dñs aree poſſit claudere
aream uicini ex parte ſua uerſus curiaꝫ affi
gendo tabulas ianue.ita ꝙ dñs aree nõ poſ
ſit exire in aream ſuam & dico ꝙ non imo
ſi affixerit poterit dominus ianue ꝓpria au
ctoritate remouere ut eſt tex.in.l ſi uitẽ.§.
qui ad ianuã ꝙ ui aut clam.& probatur i.l.
quẽadmodũ.§.ſi protectũ ad.l.acquil. Sꝫ
nũquid uſufructuarius ediũ poſſit aditũ an
teriorem uel poſteriorem clauder̃ & dicas
ꝙ nõ.tex.eſt in.l.equiſſimũ.§.ſed ſciendũ
de uſufruc.ibi uel aditus poſticas ue auerte
re.& ita tenet ibi Flo.qui dicit per illũ tex.
ꝙ uſufruc.uel inquilinꝰ aditũ poſteriorem
non põt immutare nec loca apta claudere
propter refugiũ tem pe neceſſitatũ neceſſa
riũ.ut aperiant᷑ propter conſeruationeꝫ ꝑ
ſone & rerũ.& ex hoc notat ꝙ uſufructua
riꝰ uel inquilinus non poteſt in domo uſu
fructuaria uel cõducta facere hoſtiũ i põtu
ſi nõ eſt.Nã uulgo dici ſolet ꝙ huius hoſti
um domũ deſtruit ł ſi ẽ ipſuꝫ claudere non
põt quia preſumit᷑ eſſe utile domui ex quo
factũ eſt. Item nũquid ianua hoſtii poſ
ſit alicui legari uel capi pro pignore uel in
executione ſententie .& dicas ꝙ non tex ẽ
in.l.cetera.§.hoc ſenatus el.ii.de le.i.& ibi
nõ.facit ad hoc ꝙ dixi in ꝛ͡ica precedenti i
.vii.q. Item notandum ꝙ non licet egre
di ciuitatem aliunde q̃ per portas ſub pena
capitis tex.eſt in.l.fi.ff.de rerum diui.de qꝰ
dicendum eſt ut ibi quia non eſt materia
noſtra. Vltimo adde predictis ꝙ aliquã
do ante hoſtium eſt ueſtibulum quod ẽ lo
cus quidam ante hoſtia utriuſqꝫ domus ꝑ
ꝙ habetur additus & tecto cooperum ẽ ut
ueſtimento ſicut homo ueſtimento tegitur
ut eſt tex.cum glo.in.l.arbor.§.de ueſtibu
lo.cõmuni diui.& ibi de hoc nõ.& habetur
per Bar.in.l.damni.§.cum parietis de dam.
infec.

## Rubrica de aditu ſeu itinere.C.XLIII

S Iquis mihi promiſit ut ꝑ areaꝫ
ſuam in domum meam uel ex
domo mea per aream ſuam ire
agere poſſim nec de plano adi
tus ſit quia area ſua eſt altior domo mea an
ſcalas uel gradus aut cliuos facere debeam
ĩ meo uel ſuo & uidetur ꝙ in meo.quia ſo
lum eſt facta promiſſio ꝙ poſſiꝫ ire ł agere
per fundum ſuum non aũt ꝙ in ſuo poſſiꝫ
aliquid facere & ꝓ hoc uidet᷑ tex.i.l.ſuꝑ it.
ĩ pri.de aqua plu.ar.tamẽ cõtrariũ ẽ dicẽdũ
uidelicet ꝙ ſcolas ſiue gradus.aut cliuos ꝓ
pe ianuam meam non i ſolo uicini iure face
re poſſim dũmodo ne quid ultra quaꝫ neceſ
ſarium eſſet cauſa itineris demoliat᷑ tex.eſt
ſing.i.l.ſeruitutes que in ſuꝑficie.§.ſi domo
de ſer.urba.predi.ẽ rõ quia ſi iter debet᷑ qa
promiſſum eſt uel legatuꝫ in ea parte qua
niſi ope facto iri non poſſit niſi fodiẽdo &
ſubtrahẽdo iter facere.l.ſi iter.ff.de ſeruitu.
ti.generali & ꝓbat᷑ i.l.refectionis cũ ibi nõ.
cõia predi.& qa de iſta materia itineris ſeu
aditus ẽ ſeruitus urbana & de ea ſatis dictũ
ẽ.ſ.in ſuitute itineris ſeu aditꝰ & eſt ẽt ru
ſtica.Reliqua reſeruo i ſequẽti libro i.ꝛ͡ica.
đ ſuitute itineris ubi plura dicemꝰ & adde
q̃ dixi i precedẽti Rubrica.i ꝟ.ſꝫ nũqd adi
tus & nõ.per Bar.& doc.i.l.ꝙ cõclaue.in fi.
de dam.infec.& ꝙ no.i.c.unico de conſecra.
eccleſie.uel alia li.vi.

## Ru.De clauſtro ſeu cõclaui.C. XLIIII

S Ciendũ ẽ imprimis qd ſit clau
ſtrũ.cõlaue.& porticꝰ.Clauſtꝝ
dicit᷑ quaſi claudens ſiue clã itãs
.i.priuans habitãtes i eo ne paſ

ſim uagar̄ liceat.ita notat. Archi.i.c.i.§.uer.
in uer.more.de ſtatu reg.i.vi.& ē locus reli
gioſus ut i.c.religioſus de cōſuetu.& idē no.
ipſe.Archi.vii.q.i.c.fi.i fi.uerſi.clauſtra.ubi
ēt dicit ꝙ hoc eſt dictū a quodā aïali cuius
nomē ē caſtor qa cū ſentit uenatores ſe ip̄ꝫ
caſtrat caſtrata etiam dicūtur inſtrumenta
que claudūt domū uel aliquā eius partem.
ut hoſtia & porte que non adherent ſed de
nocte portantur ad claudendum.ut eſt tex.
cum glo.in.l.fnndi in pri.ſuper.℣.clauſtra
de actio.emp. Conclaue in neutro gener̄
uel conclauis in feminino dicitur cella uł ca
mera ſecreta uel claue alterius domus clauſa
uel que ſub multis clauibus continetur.uel
ad quam per multas claues uenitur.alibi di
ciť conclaue curia ſeu porticus inter duas
domos ut de dam.infec.l.quod conclaue &
habetur in.c.ubi periculum.§.in eodem de
elec.li.vi.Alibi ſumiť ꝓ dormitorio.xii.q.i.
omnes.& ibi hoc nō.Archi.uel ſecundum
Bar.in dicta.l.ꝙ conclaue in prin.Clōclaue
dicitur domus diſcooperta iter duas domos
in quodam ſolario ſupra terram.& ita acci
pitur hic.Item poteſt dici camera bene fir
mata cū claui.ut.l.i.§.de in ſpiciendo.de uē
tre inſpi.& ita etiam poteſt capi in dicta.l.
quod conclaue.& ita etiam nō.i.l.foramen
de ſer.urba.pre.Porticus uero dicitur locus
coopertus de ſuper diſcopertus ante & hoc
modo accipitur in.d.l.ꝙ conclaue & in.l.c̄.
§.hoc ſenatus.de.le.i.ſecundum Bar.ī.d.l.ꝙ
conclaue qui etiam dicit quod meniana q̄ i
uulgari porfarulla dicunturpoſſūt dici por
ticus & hoc modo accipitur ſecundum gł.i
.d.l.quod cōclaue. Circa porticuꝫ primo
quero.an ſit licitum homini priuato ediffi-
care ſuper locis publicis uerſus uias publi-
cas ſicut comuīter reperiuntur padue et bo
nonie & de iure dico quod non quia in loco
publico non eſt licitum priuato edifficar̄.l.
i.&.ii.& per totum ne quid in loco pub.cū
ſi. Sed de conſuetudine ſeruatur contrari
um que preualet in locis ubi eſt ut eſt gł.
nō in rubrica.q̄ ſit lon conſue.in.fi.pro hoc
.l.an in totum.C.de edifi.priua.& in hoc
modus conſuetudinis eſt ſeruandus.ut no.
glo.in.d.l.an in totum & in.l.qui luminibꝰ
de ſerui.urba.predio. Secundo quero nū
quid appellatione domus contineatur por
ticus.& uidetur ꝙ ſic.per.l.cetera.§.hoc ſe-
natus.de le.i.ubi edes & porticus eqperan-
tur.& ſic facit ut ſtatutum puniens exiſtē-
tēs ēxtra domum de nocte ſine lumine.nō
intelligatur punire exiſtentes in porticu ſe
cundum Bal.ibi ad idem uidetur eſſe tex.
in.l.ſi quando la.ii.de opi.pu.ſed certe in ɔ̄
rium uidetur facere tex.in.l.cetera.§.hoc ſe
natus de le.i.ubi edes & porticus ponuntur
tanquam diuerſa.Item quia domus conſti-
tit ex tecto ſolo & pariete ut.l.eum q edes
de uſucap.ſed porticus non eſt huiuſmodi
ut ſupra dixi ergo &c̄.in hoc puto ſic eſſe
diſtinguendū.aut porticus eſt ɔiuncta do-
mui & ei effixa & tunc appellatione domꝰ
ɔtinetur.per dictam.l.ſi quando & per nō.
in.c.i.de ɔſecra.eccle.uel alta.in.vi.aut nō ē
cōiuncta uel affixa domui & tunc ſecus ꝑ
predicta.Et ex hoc infero ad deciſionē ſta
tuti punientis cōmittentem maleficium ī
domo.uel inuentum extradomum an com-
prehendatur porticus quia aut eſt extra do
mum & non coniuncta uł affixa domui &
nullo modo comprehēdatur.aut eſt coniūc
ta uel affixa domui.& tunc aut ſtatutum lo
quitur per dictionem in.puta quia dicit q
deliquit in domo & tunc non comprehen-
ditur porticus.quia dictio i ſignificat ī loco
& requirit tactum loci ut.l.i.§.in flumine
đ flumi.& ꝓbať in.l.is q.§.i.ɔiūcta.l.ii.§.i.
đ r̄ligioſis.Nā aliud ē porticꝰ ꝓprie dato ꝙ
ſit ɔiūcta domui aliud ē i p̄a domꝰ itelligē-
do de porticu iferiori.i.diſcoopto āte.ſecus
in ſuperiori parte ſupra porticū in qua ha
bitať quia illa dicitur proprie domus & ꝓ
hoc facit.l.fiſtulaꝫ de ſer.urba.predio.& ꝙ
ibi no.Bal.& Flor.per illū tex.qui dicunt ꝙ
nō eſt idē iuris ut de ſcalis & de muro.ūde
ſcale que ſunt foris extra hoſtiū non conti
nenť appellatōe domus.& ſic maleficiū ꝙ
fit in ſcalis exterioribus nō uideť eſſe factū
ī domo.aut ſtatutū loqť per dictōeꝫ ad pu
ta ſi qs fecerit inſultū ad domū tūc cōp̄hen
diť ēt faciēs ſub proticu quia dicitur eſſe ad
domū.i.iux̄.domū ꝑ nō.ꝑ.gl.& doc.ī.l.qdā
iberus de ſer.ur.p̄dio.& ibi hoc nōt.Flo.de
iſta.q.uide plene ꝑ Alber.de roſate i.l.pn̄ti
circa prin.de his q ad eccle.cōfu.& ī.d.l.ce-
tera.§.hoc ſenatꝰ de leg.i.& ibi ꝑ oēs doct.

Tertio q̄ro habeo duas domos habentes
clauſtrū uel porticū cōem i medio illarum
ediū unā ſimpliciť uēdo & aliā r̄tineo cuiꝰ
erit clauſtrū uł porticus dic ꝙ dꝫ diuidi &
medietas a latere ēptoris erit ſua alia medi
etas a latere meo erit mea.ita nō.dicit Bar.
ī.d.l.ꝙ cōclaue ꝑ illū tex.cū glo.fi.q̄ icipit ꝑ

hoc apparet facit ꝑ h° ꝙ no.Bal.i.c.i.§.ſi qs
de mãſo .i.v.col'.℞.qd ſi quedã plateola ẽ ĩ
medio in ti.de cõtro.iueſti.ĩ uſib⁹ feudo. Sꝫ
Ang.i.l.ꝙ cõclaue dicit hoc ꝓcedere qñ in
utraqꝫ domo eſſꝫ hoſtiũ per ꝙ deueniꝛ ĩ di
ctũ clauſtrũ & exiꝛ.ſed ſi ĩ una domoꝝ tm̃
eſſet hoſtiũ per ꝙ ĩtraꝛ & exiꝛ in clauſtro
ſeu porticu tũc clauſtrũ ſeu porticus erit il
lius tm̃ cuius ẽ domus hoſtiũ habẽtis quod
tene menti. Quarto quero quis habet
porticum uel clauſtrum cohoperientem ſo
lum ſuum & requieſcit in alieno an domi-
nium eius ſit ſuuꝫ .dic breuiter quod ſi iſta
duo concurrunt.ſ.quod cohoperiatur ſoluꝫ
ſuum & requieſcat in alieno iure ſeruitutis
tunc clauſtrum ſiue porticus dicitur ſuum
ut.d.l.quod conclaue ſecundum Bar. Ang.
& doc.ibi alias ſi iſta duo non concurerent
eſſet illius in cuius ſolo requieſcit.l. quem-
admodum.§.fi.ad.l.acquil.ſecundum doc. i
.d.l.quod conclaue quod eſt nõ. Quinto
& ultimo quero quis uult facere porticum
ſeu clauſtrum cum collumnis an poſſit im
ponere columnas que fuerunt unius eccle-
ſie & dicas breuiter quod ſi eſt porticus ſeu
clauſtrum priuati hominis ſeu laici & non
poteſt tex.eſt glo.in.c.ligna in fi.de conſe-
cra.di.i.& habetur in.c.cum ad hec de reli-
gi.do.ſed ſi eſſet porticus ſeu clauſtrum al-
terius eccleſie l' monaſterii ſic ut eſt tex. in
dicto.c.ligna & ĩ.c.ſe.& ibi per archi.& ha
betur per doct.in dicto.c.ad hec.& per Al-
ber.de roſa.in.auten.multo magis de ſacro
ſan.eccle.

## Rubrica de penu. C. XLV.

Quidam habet penum ſubterra
neum uult recipere lumen a ꝑ
te ſuperiori in ſolo publico nũ-
quid poſſit & uidetur quod nõ
quia in alieno quis non poteſt facere fene-
ſtram ar.l.quemadmodum.§.ſi protectum
ad.l.acquil. Iteꝫ quia non poteſt in re cõi
facere inuito ſotio.l.quidam hiberus & ibi
hoc nõ.doct.de ſerui.urba.predio.& dicam
infra de feneſtra & balcono.Iteꝫ quia in ſo
lo publico non eſt licituꝫ edificare.l.i.&.ii.
ne quid in lo.pub.& iuſtud teneo de iure
ſed de conſuetudine uidi ſeruari contrariuꝫ
quia quilibꝫ pro libito uoluntatis recipit lu
men penoris ex ſolo publico que conſuetu
do ſeruanda eſt.l.an in totum.C.de edi.pri.
& pro hoc glo.nõ.in rubrica.C.que ſit lon.
conſu.in fi.que loquitur đ porticibus ut di
xi in ꝶica precedenti & ĩ rubrica de hoſtio
℞.alia eſt queſtio.Credo tñ ꝙ per iudicem
cogi poſſit ad faciendum ferratã deſuper l'
aliam coõpturam de ligno proter tranſeũ-
tes ar.l.qui foueas ad.l.acql & ita obſeruaꝛ
in ciuitate uerone. Quid ſi unus ul't fa
cere penum ſubteraneũ & fodere ſubtus ſo
lum publicum uel domum uicini nunquid
poſſit.& dicas ꝙ non quia ſicut ſolum uni⁹
debet eſſe liberũ uſqꝫ ad celum.l.fi.in prin.
de ſeruit.ff.&.l.ſi uitem.§.pe.ꝙ ui.aut clam.
&.l.altius.C.de ſer.ita debet eſſe liberũ ſub
terra.ut no.in.d.l.altius .Item pro hoc.l.uẽ-
ditor.§.ſi conſtat comu. predio.&.l. diuor-
cio.§.ſi uir in fundo ſo.matri.Item quia nõ
habet ad theſauruꝫ inueniendum ĩ ſolo alie
no.l.unica.C.de theſau.li.xi.Item quia ſpe-
ciale eſt in uenis cotareis & marmoreis ut
.l.cõctis & ibi glo.C.de metallis li.x.coniũc
ta.l.i.&.l.quaſdam eo.ti.que dicit ꝙ ꝑꝑ pu-
blicam utilitatem licitum eſt marmora etiã
ſi ſub fundo alieno fodere dũmodo domin⁹
non paciatur dampnum de quo uide omni
no quod nõ.in.l.inter publica in.vi.col'. de
uerbo.ſig.in.§.publica ergo in aliis ſecus ẽ
ius cõe.l.ius ſingulare &.l.quod uero de le-
gi.Sed quid ſi uolo facere penũ ſubteraneũ
quatenus ſe protendit ſolum meum uſqꝫ ad
finem ſoli uicini nunquid poſſim & uideꝛ
ꝙ non quia qui foueam facit iuxta fundum
uicini debet tantum relinquere quantuꝫ ẽ
profunditas fouee tex.eſt in.l.fi.ff.fini.regũ
& maxime hoc uidetur procedere ubi ĩ me
dio eſſet fundus communis uel uicini prop
ter eius periculum .uidi tñ obſeruari con-
trarium quia quilibet facit penum in ſuo q̃
tenus durat ſolũ ſuũ dummõ uicinus dam
num non paciatur.pro hoc.l.fluminum.§.
fi.de dã in fec.& forte illa.l.fi.noluit loq de
ſimili fouea que habet nomen ſpirituale.ſi-
cut eſt penus.ſed de illa tm̃ fouea que ſtat ĩ
ſuo tantum ſimplici nomine & propterea
non habet locum etiam in puteo qui habet
foueam profundam quia perdit nomen fo-
uee & aſſumit nomen putei pro hoc uide-
tur tex. in.d.l.fluminum .§.pe.& ita cõiter
obſeruari uide de hoc etiam dicam aliquid
infra de puteo & de fouea.ꝶica de curia ſi-
ue curte.

## Rubrica de curia ſiue curte. C. XLVI.

c Vria dicitur planicies terre & de iſta hic loquimur aliis mōis aſſumitur curia.ut nō.archi.xi.q.i.ſi quis clericus.ſi quis habet domum cum tribus uel quatuor cluſis & in medio earum ſit una curia ſiue curtis ī qua forma eſt unus puteus & in quolibet dictorum cluſorum eſt unum hoſtium & uendidit ſiue legauit unū ex dictis cluſis ſine curia.an legatarius ſiue emptor poſſit uti dicto hoſtio ex quo uenitur ad dictam curiam & ſic an poſſit exire per dictum hoſtium ad curiam predictam cauſa ueniendi ex dicta curia puta in uiā publicam.uel cauſa hauriendi aquaꝫ ex puteo qui eſt in dicta curia uel alia de cauſa & dico breuiter.ꝙ nō quia in emptione uel legato uia uel iter non uenit niſi fuerit expreſſum.l.in uendendo de contrahen.emp.& idem ſi eſſent plures fratres uel conſanguinei qui diuiderent unaꝫ domum que haberet plures partes & ī medio earum eſſet curia que uni in diuiſione contingeret una pars dicte domus cū curia uel alie due partes ſine curia hi qui habuerunt partem domꝰ ſine curia nō potuerūt per partes ſuas uenire in.d.curiam aliqua de cauſa.& ideo cogi poterunt ut claudant hoſtia ſiue portas que ſunt in dictis cluſis ꝟſus dictam clauſam.Et pro predictis omnibus uide tex.& ꝙ ibi notat Bal.& Flo.i.l.ſi fundum.§.quecunqꝫ de ſerui.ur.predi.ꝙ nō.quia quotidianum & bis habui de facto.Adde predictis que dixi ſupra de ſeruitute itineris ſeu additus.&.ſ.de pariete ſiue muro.ꝟ.ſꝫ nunquid uicinꝰ poterit ī muro ſuo facere hoſtium.& ſupra de hoſtio ſiue porta.ꝟ.ſed dubium eſt ſi quis poteſt

Quid ſi inter domum feudatariā & domum dn̄i eſt una curia ſeu plateola.dic ꝙ ꝑ cordulam diuidi debet uerſus domum dn̄i & illa dimidia erit ſua.alia dimidia ꝟſꝰ domum uaſſalli.erit uaſſalli.ſicut fit iter duos proprietarios ut nō.Bar.in.l.ꝙ conclaue.de dam.in fec.& dixi.ſ.de clauſtro ſiue porticu.in.iii.q. Et ita nō.Bal.in.c.i.§.ſi quis de manſo.in ti.de controuerſ.in ueſti.in uſibus feu.qui dicit hoc ꝓcedeꝛ ſi patitur diuiſionē curia.aliquādo enim ē ita modica ꝙ diuidi nō pōt & tūc de ea idē ē dicendū ꝙ ḋ ueſtibulo.l.ſi ut certo.§.ſi.cōmo.&.l.arbor.§.de ueſtibulo.cōi diui.de quo ueſtibulo dixi ſupra de hoſtio ſiue porta ī.ſi.Sed quid ſi aqua cadens ī curte mea naturaliter.& de ꝑ ſe diſcurit ad curiā tuā an ſit tibi licitum ī curte tua aliqd facere propter ꝙ diſcurſus aque ī pediatur & remaneat ī curte mea & dicas ꝙ ſic.ar.l.i.§.ſunt qui putant/ne quid ī loco publico.& ita tenet.Pau.de ca.in.l.quotiens la prima de ſeruitute.& dixi uobis.ſ.in.iiii.diuiſione ſeruitutis.ꝟ.ſic.& primo uideamus.ibi & ex hoc ſequitur.& addé tex in.l.ii.§.ſi quis in ſuo & ibi.Bar.ne qd ī loco publi.quod tene menti.

## De puteo.ciſterna.& lauello.C. XLVII.

Nter domum feudatarii & domum domini.eſt unus puteus tantum.eius aqua non ſufficit utrique.quis preferatur.& uidetur quod domus tāq̄ habēs maiorem partē habꝫ enim domum alterā pleno iure.& in altera feudataria nudā ꝑprietatē.ar.l.ſanctimus.circa prin.C.de dona.& ita dicit nō.bal.in.c.i.§.ſi quis ḋ manſo.ꝟ.ſi.quero quid ſi inter dominum ḋ controuerſia inueſtiture ī uſibus feu.Sed quid ſi inter duos uicios eſt puteus cōmunis.an poſſit diuidi & quo iudicio.dic ꝙ pōt iudicio cōmuni diuidi.ſi ſolū eius ſit cōmune ipſorū uel uni ipſorū adiudiceť ut ē tex.in.l.iiii.§.i.cōi.diui.& ibi Flo.q dic.ꝙ ſecus eſſꝫ ſi ipſi hērent ſolū ius haurīedi aquā qa forte ſolū ī quo ē puteꝰ ſit publicū ł alioꝝ. Sꝫ q̄ro nūqd uicini ciuitatis uel loci teneanť cōtribuere ad locum cōem ut furnū.& uideť ꝙ ſic ꝑ tex.cū glo.ī.l.i.ad.l.Rodi.de iac.& ibi hoc tenuit Vbertus ḋ bobio.& Albe.de roſa.& pro hoc.l.ad reparationeꝫ.C.de aqua duc.li.xi.&.l.ad pōtus.C.de ope.pub.&.l.ad inſtructionem.C.de ſacro ſanc.& iſtud eſt ueriſſimum ut patebit ex his que ſtati dicam in ſequenti.q.

Sed pone quedaꝫ cōmunitas ſeu uicinia habet unum puteum uel furnum uel porticum communem qui eget refectione ł purgatione quidam ex uicinis uolens euitare collationeꝫ ſiue expenſam collecte dicit ꝙ uult renuntiare uſui uel cōmodo illius rei queritur an poſſit Iſta.q.formatur per ſpecu.in ti.de cenſi.§.i.ꝟ.item pone quedam uicinia ubi plene.& idem quaſi ḋ uerbo ad uerbum ſcribit Albe.ḋ roſa.in ſuo tractatu ſtatutorum in prima parte.c.xxxv.& ponitur etiam per flo.in.l.cum fructuarius.de uſufru.& uide quod ponit Dy.in.l.imperator.§.centum de leg.ii.& la.de are.in.l.ꝑtor

.§.hoc edicto de dam.infec.In qua.q. uidet quod renunciare non poſſit & expenſā euitare per.d.l.ad refectionem &.l.ad porticū Item quia lex uidetur imponere on⁹ icumbens domui non perſone ar.l.fi. que icipit ediles de uia pub.Item pro hoc quia uaſallus non poteſt ſe eximere ſeruicio domini etiam renuntiando feudo ut habetur p gl. ordi.in.c.i.§.ſimiliter in ti.de cap.qui cu.uēdidit & p.glo.la.de bel.Nico.de neapoli & doc.in.c.i.de uaſſallo qui cō.ɔſti.locat fūdu3 al' in uſi.feudo.& per glo.& doct.in.c. que in eccleſiarum extra de ɔſti.& per ſpecu.in ti.de feud.§.quoniam ℞.xxviii.& per Bal. in.c.i.§.calidis ī ti.de prohibit. feudali.& p Dy.& Bar.in.l.quis cum quo de aqua plu. arcend.& per Flo.in.l.ſi abſente in.l.cū fructu;& ibi omnino uide de uſufruct. in contrarium uidetur illa regula uulgaris que dicit quod quis poteſt renuntiare iuri ſuo.l.ſi quis iri conſcribendo.C.de pac.conſimilib⁹ Item ꝑ hoc.l.pretor ait.§.fi.& quod ibi nō. de dam.infec.Item.l.ſi forte.§.ii.ſi ſer.uendice.&.d.l.cum fructuarii.Ite3 quia ſi aliquis de collegio poteſt renuntiare & ab eo recedere.l.i.in fi.de coll'.illicit.Item pro hoc totus ti.ff.pro derelict.&.l.ii.§.uicennales ne quid in loco pub. Sed pro deciſione breuiter ſic diſtingue.aut puteus uel furnus idiget reparatione ratione temporis ꝑteriti aut futuri.Primo caſu tenetur indiſtincte contribuere nec poteſt renuntiare in damnum uicinie.Et eſt ratio quia iam utilitatē accepit ex uſu ſicut alii uicini unde ſicut ſētit cōmodum ita ſentire debet incomodum ut i.l.ſm naturā de reg.iu.&.c.q ſentit on⁹ eodem ti.in.vi. Secundo cāu quando ratione futuri temporis & tunc aut uult ſtare ī uicitate ſeu uicinia & iſto caſu licet nollit uti puteo uel furno quia forte habet unum in domo tamen poterit cogi ad reficiendū ſeu contribuendum quia iſtud eſt onus impoſitum domui & non perſone ar.d.l.ediles de uia pub.Item quia puteus uel furnus ſunt cōmunes ut uniuerſitatis non ut ſingulorum in rebus uniuerſitatis non attendit uoluntas unius ſed maioris partis.l.ꝙ maior ad muni.cum ſy.aut non uult amplius ſtare in uicinia uel in cōmunitate & ſic ul't remutare nedum uſum putei uel furni ſed etiam uicinie ul' cōmunitatis & tunc teneo ꝙ non ſit obligatus rōe futuri temporis l3 Albe.& Flo.uideantur uelle ꝙ indiſtincte teneantur contribuere & moueor per ea q̄ dixi ſupra pro parte negatiua Et adde ꝙ de puteo lacu & piſcina reficiendis & purgādis interdictum competit tex. eſt in.l.i.℞. pe.ff.de fonte Et quid ſit reficere & purgare uide tex.in.l.i.§.reficere.§.purgādi de riuis. Quid ſi in domo mea puteum aperio quo apto uene putei tui preciſe ſunt an teneatur &.dic ꝙ non tex.eſt in.l. fluminum.§.pe.℞.idem uidemus & ibi uide et .§.ſi cūm duabus.ll.ſequen.& ꝙ ibi nō. de damno.infec.&.l.i.§.deniq3 de aqua plu.arcen.& paulum de caſtro in.l.ſi tibi in fi.C. de ſeruitu. Sed nunquid interdictum de fonte competat illi qui uti prohibetur puteo uiuam aquam non hn̄te & dicas ꝙ non tex.eſt in.l.i.§.hoc interdicto de fōte & ibi omnino uide Bar.qui per illum tex. dicit nō.ꝙ ſtatutum prohibens mulieres portare ꝑlas intelligitur de ueris & naturalibus non aūt de fictis & compoſitis.Et ego dixi de ℞.ſi.l.mulieris in prin.i.x.& ultima.q. ubi poſui aliqua de ornatu mulierum. Adde predictis ꝙ uendita domo non ſolu3 uenit puteus qui eſt in ea ſed etiam putealia .i.quibus puteus cohopitur & funes quib⁹ trahitur aqua & quedam alia ueniunt de q bus omnibus uide tex.in.l.iulius.§.fi.cu3.l. ſe.de actio.emp.& uenit etiam rota & ſcitula ut.l.qui fundum.§.fi.de contra.ēp.& omnia que dicta ſunt ſupra de puteo hn̄t locu3 in ciſterna & lauello Et ſciendum eſt ꝙ ciſterna non habet aquam perpetuam nec uiuam tex.eſt in.l.i.§.hoc iterdicto.ff.de fōte & iſtud patet manifeſte ueneciis ubi ſūt ciſterne que ſepiſſime deducuntur ad ſiccitatem Lauellum aūt intelligo locū i ſq° colligit aqua ꝓ pānis lauādis l' aialibus potandis. Sed an ſit licitum fodere puteū l' ciſternā.aut lauellum prope fundu3 uicini nullo ſpatio interpoſito.& uidetur quod debeat dimitti tantum ſpatii quantum ē profunditas fouee.per.l.fi.fini.regun. Ego teneo contrarium.quia ille non ſunt proprie fouee ſed habent alia nomīa ſpecialia ut dixi.ſ.de penu in fi.ubi uide.Si quis autē aperuerit ciſternam uel foderit & non cooperierit eam cecideritq3 bos uel aſinus in ea3 dic quod dominus ciſterne tenetur reddere pretium iumentoru3. quod autem mortuum eſt ipſius domini ciſterne erit ut i.c.ii. extra de iniuriis & dam.dato & eſt caſ⁹ nō. qui limitat materiam poſitam in.l.ſi ſtich⁹

de uerbo.ob.uidelicet ut quod ex re mea ſu-
pereſt meum eſt & mihi reddi debet.l.ſolũ.
.§.meum de rei uen.intellige niſi ex culpa
alterius pereat ut ibi.ita nõ.Lodo.de Ro.ĩ
.d.l.ſtichus in fine.Quod tamen intellige
quando ciſterna fieret in publico.ar.l.foue-
as ad.l.acquil.ſecus in priuato ut nõ.glo.in
.c.ii.d' iniuriis & dam.dato. Vltimo un⁹
habet ciſternas legauit ciſternam an debea-
tur aqua in ea regione in qua aqua uenalis
eſt ut eſt ĩ regione affrice & egipti ut dicit
tex.in.l.mela.§.fi.de ciba.lega.& nõ.Bar.in
.l.i.eo.ti.& ſicut eſt bononie.ferrarie & ue-
netiis & dicas ꝙ ſic ſiue habeat ciſternas ſi-
ue non ut eſt caſus in.d.l.i.Sed quando ha-
bet ciſternas an tunc erit ſeruitus uel obli-
gatio perſonalis uid' omnino tex.gl.& Bar-
to.in.d.l.mela.§.fi.& dixi plene.s̄ in prin.
poſt diffinitionem ſeruitutis realis ĩ illa.q.
quomõ cognoſcat̃ an ſint ſeruitutes reales
uł perſonales.

## Rubrica de cloaca. C. XLVIII.

c LOACA eſt locus concauus
per quez colluuies quedã fluit.
ut dicit tex.in.l.i.§.cloaca autez
.ff.de cloacis qui ſubdit ꝙ cloa-
ce appellatione & tuba & fiſtula cõtinet̃.
& tubus dicitur foramen.cloace ubi purga-
tur colluuies aque.Fiſtula uero eſt aliud ge-
nus inſtrumenti ad idem ſecundum gl.ibi
Ex quo nõ.ſecundum Bar.ibi ꝙ appellatio-
ne cloace continetur etiam hoſtium cloace
ꝙ facit ad.q.ex ſtatutis dicentibus quod ſi
quis offenderit aliquem in domo puniatur
in tantum ut offendens in hoſtio teneatur
pena ſtatuti quia appellatione domus con-
tinetur hoſtium.& alia que eidem ſunt affi-
xa etiam ſi protenderent extra domum.l.ſi
aqueductus.de contrahe.emp.&.l.§.fi.cum
.l.ſe.de act.& dixi aliquid in ti.precedenti
intelligo tamen de hoſtio intra clauſuram
ſecus ſi extra clauſuram exiſtat.quia tunc
non diceretur factum in domo.l.i.§.flumi-
ne de flumi.de quo dic ut per Bar.in.d.l.i.d'
cloacis & in.l.cetera.§.hoc ſenatus de le.i.&
per Bal.in.l.data opa.C.qui accu.non poſ.&
uide que plenius dixi ſupra de clauſtro i.ii.
.q.Item cloaca quedam eſt priuata.quedam
eſt publica.l.i.§.hoc autẽ de cloacis Itez
ſciendum eſt quod pretor introduxit duo
interdicta.unum de cloacis purgandis & re-
ficiendis.& iſtud eſt prohibitorum quia ne-
mo debz prohibere reficer̃ & purgar̃ cloacã
.l.i.§.i.de cloacis.aliud eſt reſtitutoriuz q̃a
nemo debz aliquid in cloacis mittere ꝓpter
quod deterior fiat ut.d.l.i.§.fi. Et eſt ratio
quia hec ĩťdicta ꝑtinẽt ad ſalubritatem &
tutelam ciuitatis nã & celũ peſtilẽs & rui-
nas immonditie cloatarꝫ minãt̃. Itẽ ſi nõ
reficiũt̃.tex.ĩ.d.l.ii.§.i.de cloacis & ibi uide.
glo.i.& adde glo.nõ.ĩ.l.pe.§.penul.ĩ.ꝧ.quez
celi quod ui.aut clã.q̃ dicit ꝙ aer corrũpitur
apponẽdo ſtercus uł cloacã aperiẽdo & ui-
d' aliũ tex.nota & ſin.ĩ.l.ii.§.Item ait ſi edẽ
ↄ glo.ne q̃d ĩ loco pub.p quẽ tex.ↄ glo.alias
iudicaui ꝙ qs nõ põt ĩ domo ſua priuata ex-
ercere artẽ p quã mal⁹ odor ſeu fetor fiat ui-
cinis Et p p̄dicta teneo ꝙ nõ ſit licitũ priua-
to aperir̃ de die cloacã uł neceſſariũ aut ſi-
milia ꝓpter fetorẽ.ſz de note tantũ modo
niſi ſubſit neceſſitas & nõ alias ꝙ eſt nõ.
Quero primo circa iſtã meteriã cloacarꝫ.an
liceat mihi cloacã de nouo facere inter edes
meas & tuas te inuito & cõtradicẽte & ſi d'-
nũtias nouũ opus poſſũ tuã denũtiationez
cõtẽpner̃ uidet̃ ꝙ nõ.p ea q̃ dixi ſupra de
penu i.ii.q.& p totũ ti.de.no.op.nũ.tamẽ ↄ-
trariũ teneas p.l.i.§.ſi quis mihi purgãti.&
.l.fi.de cloacis.dũmodo ſi ĩ uiã publicã uelis
cloacã facere facias permitẽte illo cui uiarũ
publicarũ cura committitur ut.d.l.fi.& ibi.
glo.& ita tenet.Rofr.in ſuiſ libellis.in ti.ſi
uis cloacã ĩ tuã purgar̃ ĩ.fi.& uide.tex.ĩ.d.l.i.ĩ
fi.& ĩ.§.de inde ait p̄tor cũ ſe.& uide omni-
no.l.de pupillo.§.ſi quiſ riuos cũ ſequẽ.de
noui op.nun.ubi hoc quomodo declaratur

Quero ſecundo aliquis habet uſuz cloa-
ce ui clam uel precario.uult cloacam refice-
re uel purgare.an contra impedientes ſibi
competat interdictum cloace prohibitoriũ
dic ꝙ ſic.l.i.§.hoc interdictum el.i.d' cloacis
& ratio ponitur ibi & dicto.§.ſi quis
riuos. Quero tertio an ſit licitum
uni ſocio facere cloacam in muro cõmuni ĩ-
uito altero ſocio de hoc dic ut dicam infra
de balneo ſeu ſtufa & de neceſſario &c̃.

Quero quarto an ſit licitum facere cloa-
cã in fundo uł domo ſua & ex ea immittere
aquam in uiaz publicã.& dicas ꝙ ſic niſi ex
illa aqua uia efficeretur nimis habilis ut eſt
tex.in.l.ii.§.ſi quis cloacam ne quid in loco
pub.& uia dicitur fieri nimis habilis ſiue d'-
terior ſi uſus eius ad commeandũ corrũpa-
tur hoc eſt ad eundum uel agendum aut cũ

plana fuerit cliuoſa fiat uel ex molli aſpera
aut anguſtior ex laciore aut paluſtris ex ſic
ca.ut eſt tex.in.d.l.ii.§.deteriorem autez &
uide in ſequenti.q. Q uero quinto nun-
quid liceat facere aqueduc.loco cloace uſq;
ad uiã publicam & dic ꝙ ſicut in.q.precedẽ
ti & ita obſeruatur etiaz de facto.Sed adue-
te quia poſt ductum predictum non eſt li-
citum mittere ad uiam publicam aliquid fe
tidum uel turpe ut ſtercus ſiue lauetur la-
trina ut eſt tex.i.l.ediles in fi.de uia uia pu
bli.al'.eſt in ti.de loco pub.fruendo pro hoc
glo.in.l.pe.ꝙ ui aut clam.& ideo non eſſet
licitum lauare in domo uegetes in quibus
fuiſſet uinum fetidum uel alia uaſa fetida ſi
aqua illa ueniret in uiam publicam quod
quia multi contrafaciunt & male.Nam edi
les curules ul' qui propoſiti ſunt uiis publi
cis hoc permittere nõ deberent ut dicit dic
ta.l.ediles in fi.& uide ꝙ dicam in.vii.q.

Q uero ſexto aliquis habet uſumfructũ
fundo uel cloaca publica indiget refecti-
one uel reparatione an iſtud onus ſpectet
ad ipſum & dicas quod ſic & non ad ꝓprie
tariuz ut.l.ſi pendente.§.ſi quid cloacarii et
ibi Flo.de uſufru. Q uero.vii.an ius agẽ
di ſeu prohibendi competat ſolum edilibꝰ
uel habentibus curam ciuitatis uel aliis &
dic ꝙ illis quorum intereſt cõpetit ius puta
quia ſunt de eadem contrata .& iſtud ẽ cla-
rum ut probatur in.l.ii.§.pe ne quid in lo.
pub. Sed quid ſi nihil aut parum interẽ
priuati puta quia eſt de alia contrata & di-
cas idem quia actio popularis eſt .ut eſt
glo.ualde notabilis in.d.§.pe.que non ẽ ali-
bi ſecundum Ange.in.l.in prouinciali.§.i.
de no.ope.nuncia.& cõiter tenetur ut dicit
Ioha.de ana.in.c.qualiter & quando el.ii.in
.xii.col'.de accu.de quo uide per doc.in.d.§.
fi.ubi probatur hec deciſio.Sed quid ſi eſſet
forenſis & idem ſi nomine publico agat đ
quo dic ut plene per Bar. & doc. in. d.§.fi.

Q uero octauo que actio competat pro
iſtis cloacis.dic duo interdicta.unum prohi
bitorium aliud reſtitutorium.ut probatur
in.l.i.in prin.de cloa.& dixi .s̃.circa prin.Et
idem Io.in arbore ſua actõnũ fecit duos ar-
ticuloſ de his duobus interdictis. Q uero
nono que ſunt neceſſaria ut competant iſta
duo interdicta.dic tria pricipaliter. Primũ
quid ſit cloaca.ſed que ſit cloaca uide ſupra
in prin.Secundum ꝙ aliquis prohibeat te
uolentem purgare cloacam factam uel refi
cere ul' aliquid eſt immiſſum. in quo uſus
cloace impediatur ꝙ remoueatur.ut.d.l.i.in
prin.Tertium ꝙ ille qui uult reficere ul' pur
gare cloacam caueat uicino de dãno infecto
.l.i.§.i.& .§.ſi quis purganti de cloa. & ita
tenet Rofre.in ti.ſi uis cloacam tuam pur-
gare &c̃. Q uero decimo & ultimo quo
modo & qualiter debeãt poſitiones & qua-
liter debeat formari libellus uiđ i dicto ſuo
libello ubi plene .cetera dic ut ꝑ tex.& glo.
in.d.l.i.&.ii.de cloacis

## Rubrica D fiſtula canali ſeu aquaro-lo.C. XLVIIII.

f Iſtule ſunt uaſa pũblea ul' ficti-
lia aut lignia per que ex caſtel-
lo uel ex celo aqua ducitur.ut.l.
ſi fiſtule &.l.fictilia de ſer.urba. predio. &
.l.fiſtulas ſi ſer.uendi.&.l.fundi.§.pe. & fi.
eo.ti.& dixi aliquid.s̃.de cloacis in prin.&
uocantur quandoq; matrices .ut.l.eos.C.de
aqueduc.li.xi.& regulariter apud nos dicũ
tur canalia & poſſunt conſiſtere ex quacũ-
q; materia .& dicitur caſtellum receptacu-
lum quod aquam recipit.l.i.§.hoc interdic
tum neceſſario đ aqua coti.& exti.& dicit'
propter locum circundatum ad modum ca
ſtelli ubi congregatur & unde ducitur aqᵃ
ut dicit glo in.d.l.fundi.§.ab eo & in.d.l.eoſ
Et nõ.ꝙ habens licenciam a principe uel
ſupiore auertendi aquam ex publico debz
eam ducere per caſtellũ per fiſtulas ne ma
trices fiſtule corrũpantur & contrafaciens
perdit beneficium conceſſionis & punitur
etiam in corpore caſus eſt in.d.l. eos quod
nõ. Nunquid aũt liceat ſocio facere in pa
rietem cõem fiſtulam uel aliquod canale ꝑ
quod aqua pluuia arceatur ſiue recipiatur
dic ꝙ non.l.fiſtulas ſi ſer.uendi.& ita tenet
Ang.& doc.in.l.inter quos in.iiii.col'.i pri.
in ℣.ſimile in pariete de dam.infec.Et idẽ
tenet Io.pe.de papia in ultimo libro i ante
pe.glo.Ex hoc nõ .ꝙ etiam in pariete cõi ñ
licet etiam facere aquarolum uel ſiccule ſe
cundum Bar.qui etiam ita nõ.per.l.fiſtulas
per illum tex. de ſer.urba.predi. imo plus
non licet habere aquarolum in pariete ꝓ-
prio ſi per eum aqua miſſa inundaret i pa
rietem uicini ut dicta.l.fiſtulas & ibi hoc te
net Bar.Et adde omnino que dicam infra
de balneo & neceſſario & celario & in ſpe
cie de aquarolo.ſeu canali .& ea que dicunt'

hic ut plurimum conueniunt.ſed an pre-
dicta ueniant in uẽditõe domorum dic ꝙ
ſic tex.eſt in dicta.l.fundi.§.labeo & in.l.uẽ
ditor hominis.§.fi.de acti.emp.&.l.fiſtulas
in prin.de contrahen.emp.

Rubrica.De.furno.C. L

[S]I furnum iuxta cõmunem pari-
etem habeas & damnuꝫ dat pa-
rieti uel ueriſimiliter dare põt
an tectum agĩ poſſit/dic ſi dam-
num dedit parieti puta/quia paries exuſtꝰ
ſit agi poteſt actione in factum.l.acquil. ut
eſt tex.in.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi furnuꝫ ad
.l.acquil.& ibi doc.&.l.fluminum.§.ſi furni
& ibi plene de hoc nõ.ff.de dam.infec. Sed
ſi non damnum dederit/an poſſit peti cau-
tio de damno ĩfecto & uidetur ꝙ ſic per.d.
.§.ſi furnũ.Incontrariuꝫ uidetur per.d.§.p̃.
gl.ibi ſoluit pluribꝰ modis.Sed tu breuiter
concludas aut timetur damnuꝫ ex uitio fur-
ni.tantum,aut ex uicio ſeu culpa furnarii tã
tum aut ex uicio furni & furnarii.Primo ca
ſu quando timetur damnum ex uicio furni
tantum poteſt peti cautio & ita loquĩt.d.
.§.ſi furnum.Et eſt ratio quia tunc iſtud ui-
tium cadit in actionem in factum utilem.l.
acquilie que non excludit iſtam cautionem
ut ibi/& ita tẽt Bar.& doc.in.d.§.pe.& Flo.
in d.§.ſi furnum. Secũdo caſu quando ti-
metur damnum ex uicio furnarii tantũ.&
tunc ſubdiſtingue,aut damnuꝫ timetur ex
facto furnarii aut ex non facto.puta negli-
gentia uel omiſſione.ſi ex facto puta/quia ĩ
ponit in furno maximum ignem.& tũc nõ
competit cautio damni ĩfecti,& ita loqui-
tur.d.§.pre.ſi furni & eſt ratio/quia quãdo
principaliter datur damnuꝫ a furnario cul-
pa ſua competit cõtra ipſum actio.l. aquilie
directa ex tertio capite.ut.d.l.ſi ſeruus ſer-
uum.§.tertio autem capite.& iſta actio eſt
directa ordinarie/ꝙ facit ceſſare cautioneꝫ
damni infecti.que eſt extraordinaria iuxta
nõ.per Bar.in.l.i prouinciali.§.i.de no.op.
tunc.& ita tenꝫ bar.in.d.§.preterea.Si uero
timetur damnuꝫ ex nõ facto.puta ex negli-
gentia uł omiſſione furnarii & tunc poteſt
peti cautio/quia non competit actio.l.acql.
caſus eſt nõ.in.l.ſi cuius.§.deniqꝫ de uſufru.
& ita tenet Ang.in.d.§. preterea. Tertio
caſu principali,quando timetur damnum
ex culpa furni & furnarii ſimul/& tunc dic
idem ꝙ in primo cãu.ſ.ꝙ poſſit pẽti cautio
ſecundum Bar.& doc.in.d.§.preterea & cir
ca predicta uide omnino Ang.in.d.§.prete
rea.& Flo.in.d.§.ſi furnum. Secunda q̃-
ſtio eſt.quidam habuit & habet furnuꝫ ſeu
molendinum in aliqua uilla uel uicinia.&
omnes de dicto loco iam longiſſimo tẽpoꝛ̃
etiam eius initii cuiꝰ non exiſtat memoria
in contrarium,ſemper uenerunt ad dictuꝫ
furnum ſeu molendinum pro pane coquẽ
do ſeu macinando alius uult furnũ ſeu mo
lendinum nouiter conſtruere an poſſit ꝓ
hibere ne conſtruat & uidetur quod ſic qꝛ
non debet immutari antiqua conſuetudo ĩ
preiudicium alterius.l.ſi manifeſte.C.đ ſer
ui. Item pro hoc.l.ſi quiſqam de diuerſ.&
tẽpa.pre.Sed contrarium eſt uerius quia ĩ
ſuo licitum eſt edificare etiam ſi noceat alie
no.l.fluminum.§.fi.cum duabus ſequen.de
dam.infec.&.l.ſi in meo de aqua plu.ar.&.l.
fi.& ibi Ang.de uſucap.& pro hoc allego
tex.in.c.ſignificante in prin. de app.& ibi
hoc nõ.in terminis Inno.& Ant.de bu.&
cõmuniter doc.Et predicta itellige uera ni-
ſi ſeruitus uel obligatio perſonalis eſſet im-
poſita iuxta nõ.in.d.l.fi.de uſucap.& ita no-
tãt doc.in.d.c.ſignificãte,uel niſi eſſet p̃ſcri-
ptum que preſcriptio non currit,niſi a tem-
pore quo alius uoluiſſet edificare furnum ł
molendinum & propter prohibitionẽ ſibi
factam deſtitiſſet ut nõ.per glo.& docto.
in.l.qui luminibus đ ſerui.ur.pre.&.in.l.i.
.C.de ſeruitu.& de iſta.q.uide p gl.& doct.
in.d.l.ſi manifeſte.& per glo.in.l.ſi quis ex
argentariis.§.ſi initiũ tabularũ.ff.de edẽ.&
p Bar.plene in.l.quo minus in.i.q.ff.de flu-
mi.& in.l.i.§.ſicut auteꝫ de aqua plu.arcen.
& per Flo.in.l.imperatores.de ſerui.ur.p̃.et
originaliter iſta fuit queſtio pillei.xxxvi.q̃
incipit quidam.ſalimarius.& de iſta mate-
ria & quomodo formari libellus & poſitiões
fieri debeãt.uide in ſumma libelloꝝ conpo-
ſita a domino Pe.Iaco.anno.Mccc.xlyii.i li-
bello ſuper furno & eſt.xx.Rub.& ex illa
ſumma ut plurimum ſumpta eſt pratica Io.
petri de papia qua nũc utũť ꝓcuratores.lꝫ
de dicta ſũma mẽtionẽ nõ faciat. Tertia
q̃ſtio ẽ aliqs ꝓmiſit mihi coquere panes ĩ
furno ſuo ꝓ tota familia mea.an iſta ſit ſui-
tus uel obligatio perſonalis uiđ Bal.in.l.ſi
plures in quarto contrario.C.de condi.iſ.et
ego dixi ſupra circa fi.prime diuiſionis ſer-
uitutũ.℟.tertio quero ſi aliquis promiſit et

ſupra in.q.quomodo cognoſcat̃ ſeruit⁹ rea
lis.dic ut ibi dixi. Quarta.q.eſt quis pro/
miſit mihi & titio, ꝙ poſſim coquere in fur/
no ſuo omni ebdemoda.x.ſtaria furmenti.
titius deceſſit utrum portio ticii mihi acre/
ſcat Bal.in.l.unica.§.cum autem/de ca.tol.
format eandem.q.& dicit conſidera.Naꝫ ſi
coniuncti ſumus re & uerbis,uenio ꝑ ius ñ
decreſcendi quod etiam in contractib⁹ locũ
habet.contrarium dicit eſſe uerum,quia cũ
ticius ſemel fecerit parteꝫ,receſſum eſt a iu/
re non decreſcendi,& oportet uenire ꝑ ius
acreſcendi ut ſubtiliter nõ.Bar. de leg.iii.l.
re coniuncti,i articulo de ſeruit.ſed ius acre/
ſcendi non habet locum in contractibus lu/
cratiuis.ut no.dixit Bal. ſubtileꝫ conſidera/
tionem. Quinta.q.eſt & pulcra feci pa/
ctum cum furnareo ut coqueret paneꝫ pro
me & familia mea ſingulis annis uel perpe/
tuo,& quod ſibi darem omnĩ anno.x.libras,
tunc habebam duos filios tantuꝫ.& poſtea
mihi nati ſunt plures alii filii .& iſta fami/
lia mea eſt aucta,an teneatur mihi coquer̃
pro eodem pretio. iſtam.q.format Ta. but.
in.l.fi.C. de ſacro ſanc.eccle. Albe. de roſa.
ponit ſimilem de molendino,in aũt.hoc i⁹
porrectum. ℞.unam aliam pulcram.q.eo.
ti.& in.l.non modus.C.ꝺ ſerui.& Imo.i cle.
litteras.xi.col. ℞.ꝙ promittens coquere,de
reſcrip.in qua.q.primo dicendum uidetur,
ꝙ teneatur,quia promiſit coquere pro fami/
lia mea & iſta nunc eſt familia mea licet ſit
aucta .ut.l.peculium in prin.ff.ꝺ pecul.ubi
uidetur hoc probari.pro hoc etiam.l.propo/
nebatur de iudi.pro hoc uidetur tex.iuncta
glo.in.l.pe.de fundi.inſtruc.que uult nõ. ꝙ
omne uniuerſale recipiat augumentũ & di/
minutionem ut ibi &.l.grege de leg.i.& in
.d.l.i.de leg.i.ſed familia eſt uniuerſale,quia
eſt collectiuum ſine aliquo ſigno particula/
ri ꝟ generali ut nõ.in.l.i.ff.de eden.& Bar.
& doc.in.l.ſcire debere in prin. de uerbo.
ob. Tertio ad idem uidetur tex. in.l.ii.in
prin.ff.quorum lega.& in.l.fi.§.i.in pri. de
libera.lega. Quarto uidet̃ ꝓbari & i.l. ſi
ſeruitus in prin.de ſer.urba.predio.ubi dici/
tur,ꝙ ſeruitus impoſita luminibus ſimplici/
ter intellligitur tam de preſentibus q̃ de fu/
turis. Quinto quia ſepe iſpicit̃ qꝺ́ eue/
nire põt .ut nõ.glo.in.l. inter ſtipulatõem/
.§.ſacrã de uerb.ob. Sexto ꝓbari.põt rõe
nam ſi unus filius moriretur remaẽret ea/
dẽ familia dicta.l.ꝓponebat̃ ꝺ iudi.& uel/
let furnari⁹ ſeruar̃ ſibi promiſſionẽ ita & ꝯ
ſi eſt aucta debet mihi ſeruare ut ꝯtrarioꝝ
eadem ſit diſciplina.l.i.de his qui ſunt ſui ꝟ
uel alieni iuris cum ſy.& quia ad quem ſpe/
ctat augumentum diminutio ſpectare de/
bet ut eſt tex.& ibi doct.i.l.ſi ex toto ꝺ leg.
.i.Nam regula eſt qui poteſt ſentire como/
dum poteſt ſentire incomodum.l. ſecundũ
naturam/de reg.iur.& qui in uno grauari
poteſt in alio releuari debet.l. eum qui in
prin.de iure iuran. Septimo pro hoc facẽ
tex.in.c.quia circa de priuilegio. & qꝺ́ nõ.
Cy.ſecundum pe.in.l.placet in ultima.q. ꝺ́
ſacro ſanc.eccle.& quod nõ.plene Ange.&
flo.in.l.ſi ſeruitus/de ſerui.urba.ꝑdio. Oc/
tauo facit pro hoc.l.hoc iure.§.aqua/de aqua
coti.& exti. Nono pro hoc adduco, quod
nõ.Albe.de roſa.in ſĩs in.l.rutilla polla/de
contrahen.emp.ubi dicit quod ſi aliquis cõ/
duxit unum molendinum cum quatuor ro/
tis,& conuenit preſtari modios.x.pro quali/
bet rota,& poſtea conductor ibi aliã rotam
conſtruxit,quod non teneatur pro illa no/
ua rota aliquid ſoluere,& ſic non debet cre/
ſcere fructus,& dicit quod ita fuit determia/
tum prout refert Vgo.de funta.allꝫat ad hoc
.l.non modum.C.de ſerui.& uide omnino
eundeꝫ Alber.in.d.l.rutilla polla ubi addu/
cit alias ſimiles.q. Decimo adduco aliam
deciſionem Alber.i autẽ.hoc ius porrectuꝫ
de ſacroſan.in.x.col. ℞.unam aliam.q.ſubi/
cio.ubi dicit ꝙ ſi paterfa.cum abbate & con/
uentu eiuſdem mõaſterii pactus fuit ꝙ mo/
lendinum dicti monaſterii ſibi & familie
ſue pro certa penſione molere deberet nec
in hoc fuit leſum & deceptum monaſteriũ
tempore pacti initi poſtea quilibet filioꝝ
habet ita magnam familiam ſicut habebat
paterfa.tempore celebrati contractus quili/
bet ipſorum uult mollere ad mollendinuꝫ
ſicut faciebat eorum pater & determinat ꝙ
deſtricto iure poſſit allegat dictam.l.ſi ſer/
uitus. In contrarium uult quod immo ñ
teneatur furnarius coquere pro eodem pre/
tio aucta familia.i.per tex.primum.l.ñ mo/
dum cum his que ibi nõ. per glo.& Cy. &
Doc.C.de ſerui. Secundo pro.l. ſi ita de
aur.argen.lega. ubi dicitur ꝙ uerba in du/
bio intelliguñt ſecundũ tẽpus pñs.& pro hꝰ
.l.ſi cũ meus proprius cũ ibi no.ſi ſer.uẽdi.
& cle.litteras cũ ibi no.de reſcrip.Item pro
hoc quia uerba ꝯtractus in dubio itelliguñt
rebus ſic ſtãtibus,l.ꝙ ſerui.de cõdi.ob cau.

Tertio pēr.l.rutilla polla de contrahen.
emp.ubi dicit̃ ꝙ in dubio uerba cõtractus
intelligũt̃ ſecũdũ ꝙ apparet tēpore cõtrac
tus(& poſtea illũ tex.inducit Albe.de roſa.
ad plures.q.& ad idem eſt tex.i.l.i.eo.ti.&
ibi Alb.de ro.in.fi.adducit illum tex.ad deci
ſionē hui⁹.q.ī terminis,remitit tamē ſe ad
dicta per eum in.d.autem.hoc ius porrectũ
Quarto facit tex.in.l.i.§.item queritur de
aqua cot.& eſti.& ī.l.fi.§.fi.in.fi.de libe.leg.
Quinto hoc uidetur probari optima ratio
ne(quia ex perſona heredum non debet cõ
ditio obligationis mutari.l.ii.§.ex his de ꝟ.
obli.& ibi uide Alb.de ro.Et ar.iſtud proce
deret quando eſſet aucta familia poſt mor
tem patriſſa.  Sexto quia ubi creſit expē
ſa & labor debet creſcere pretium ſeu ſala
rium quia tan labor q̃ pecunia diuiſionem
recipiũt ut eſt tex.ī.l.amico in prin.de an.
leg.& ibi ponunt doc.per illum tex.quod ſi
famulus conuenit ſtare cum tribus ſcolari
bus pro certo precio in menſe & un⁹ ſcola
ris moritur uel recedit,debet diuidi ſalariũ
ſi alter ſuper uenit debet augeri ſicut auge
tur & diminuitur labor hic,uidetur quod ſi
augeatur uel diminuatur familia deb3 auge
ri & ꝺimini precium.  Septimo pro hoc
adduco tex.in.c.quarto extra de deci.& ibi
ponitur iſta.q.p Io.An.  Octauo quia re
gulariter conuētio nõ extenditur ad inco
gitata.l.cũ aquiliana &.l.qui cum tutoribus
de tranſac.ſed furnarius non cogitauit ꝙ de
beret familia creſcere ergo &c̃.  Nono qa
īfinitas eſt euitanda.l.fi.C.ꝺ ſacro ſanc.ec.
Nam ſi furnarius teneretur pro familia auc
ta teneretur etiam ſi ī infinitum augeretur
ꝙ non uidetur eſſe dicendum ut ibi & per
hanc potiſſime rationem pro hac parte de
terminat ibi Ia.bu.dicens quod non obſtat
ꝙ promiſerit coquere mihi & familie mee
quia intelligitur de familia quam tpe cõuē
tionis habebam.  Decimo & ultimo facit
.l.cui fundus in fi.de condi.& de.quē tex.in
ducit ibi Dy.& Albe.ad.i.q.domini a3o.ꝙ
ſi conceſſum eſt,ꝙ in aliquo nemore poſ
ſit ligna incidere pro ſe & familia ſua(& de
cedat relictis multis familiis,ꝙ unuſquiſq3
filiorum non poterit incidere quantum ex
pediat ſibi & familie ſue,ſed omnes ſimul
incidere tantum ꝺbent quantu3 poterat pa
ter & non plus.Item inducit ibi Albe.ad ali
am.q.  Si aliquis ꝺ̓derit prediũ alicui mo
naſterio ut perpetuo deberet molere ſibi &

filiis ſuis granũ ad molēdinũ ſuũ poſtea li
beri ſup excreuerũt.Itē adduco ēt deciſionē
Pillei q̃ fecit i.q.ſua.xlviii.q̃ icipit qdã pa
terfa.i qua tēt ꝙ ſi monaſteriũ ꝓmiſit mihi
& familie mee molerẽ furmẽtũ ñ tēt̃ herdi
b⁹ molerẽ i maiori q̃titate q̃ mihi tēret̃ ꝓpe
ter īfinitatē euitãdã(quoniã nõ ē ueriſimile
mõaſteriũ ſe uoluiſſe obligarẽ ad talē īfini
tatē,& idē tenuit Bar .briſieſis ī q̃onibus
ſuis.q.li.q̃ icipit qdã paterfa.Et ad idē alle
go ēt q̃ nõ.Cy.ſecũdũ pe.ī.l.nõ mod⁹ i fi.C.
de ſuitu.ubi per illũ tex.ꝙ ſi qdã ruſtic⁹ ꝓ
miſit cuilibet canoico darẽ.x.ꝑ anniuerſario
& tp̃re ꝓmiſſionis ñ erãt niſi.x.canoici(de
īde ſunt.xx.nũqd teneat̃ oibus & dicit ꝙ ñ
qa nõ põt tũc cogitari quot ibi canonici eſ
ſent,& idē dicit Io.de Imola.i clem̃. litteras,
ī.xviii.col̃.de reſcriptis.  Ego aũt i iſta.q.
ita cõcluderē diſtiguēdo & concordãdo iſta
iura(aut ꝓmiſſio furnarii facta ſub noie uni
uerſali aut ſuo noie ꝑticulari aut generali
aut indefinito.prio cãu qñ ꝓmiſſio ē facta
ſub noie uniuerſali ut familie mee ut dixi
.s̃.i prio articulo prie ꝑtis & ut formaui.i.q.
pricipalē & tũc teneo pria3 ꝑtē ueriorē u3
ꝙ teneat̃ ēt ꝓ familia aucta ꝑ iura ſupra ꝓ
pria ꝑte allegata & potiſſime(qa noia uni
uerſalia recipiũt augumtũ & diminutionē
.l.peculiũ i pri.de ſe.ii.cũ aliis allegatis.§.in
.i.&.ii.ar.prie ꝑtis .Et h̃ ēt tēt Ci.i.d.l.ñ mo
d⁹.C.de ſeruitu.& ī.l.placet i fi.ꝺ̓ ſacro.ſan.
& pe.de ancha.ī.c.q̃to extra de deci.Et hoc
ītellige qñ filii habitãt cũ patre.ſec⁹ ſi ſeor
ſu3 habitēt,qa illa dicit̃ familia q̃ ſiml̃ habi
tat.p.l.tria onera(ꝺ execuſ.tu.l3 quo ad alia
ſit de familia.l.fi.C.de uer.ſi.ſecũdũ Pe.de
ancha.& Io.ꝺ̓ anania ī.d.c.quãto  Nec ob
ſtãt argumēta i ꝯriũ adducta,qa põt rñde
ri ſicut põt diminui familia ita põt augeri
& eꝯ.ũde ꝑꝑ iſtud dubiũ euētũ ñ põt dici
ēē aliqua leſio ſi ñ fuit īſpecto tp̃re cõtract⁹
ar.l.ſi pater puelle & ꝙ ibi nõ.ꝑ Ci.& doc.
.C.de ioffi.te.  Secũdo cãu qñ ꝓmiſſio eſt
facta ſub noie ꝑticulari,puta mihi & duo
b⁹ filiis meīs & tũc ñ h3 dubiũ(q̃a ñ egredi
t̃ pſonas noiatas(qa limitata diſpoſitio limi
tatũ ꝓducit effectũ.l.ī agris de acqr.re.do.
& ita põt loq.l.ñ mod⁹.C.de ſuitu.ſm Cy.
ibi.  Tertio cãu qñ ē facta ꝓmiſſio ſub no
mine generali puta mihi & oib⁹ liberis me
is & tũc ſubdiſtigue aut ꝓmiſſio eſt facta ad
certũ tp̃s limitatũ aut i ꝑpetuũ aut ſimpli
cit̃.ſi ad certũ tempus puta ad.x.annos pro

miſit coquerē mihi & omnibꝰ liberis meis
& tūc intelligo pro omnibus liberis qui ꝓ
tēpore reperiūť, unde ſiue creſcant ſiue de/
creſcāt furnarius tenebiť ſemper pro eodē
precio, cū potuerit ꝑtes cogitare hoc eueire
poſſe ut nō.in.l.inter ſtipulātem.§.ſacram/
de uer.ob.maxime quia uerba ſunt genera/
lia q̄ genaraľr debēt itelligi.l.1.§.& genera/
liter de leg.preſtā.&.xviii.di.ſi romanorū
cū ſy. Si uero ꝓmiſſio eſt facta i perpetuuꝫ
& idem eadē ratione. Nec obſtat rō ifini/
tatis euitāde, quia uerba infinita repugnāt.
Pōt.n.quis ſe obligare in perpetuum.l.1.§.
ſi in perpetuū ſi ager uecti.uľ emphi.peta.
Et predicta intelligo uera/qn̄ fit augumtū
uel diminutio liberorū per natiuitateꝫ uel
mortē eorū ſecꝰ ſi ceſſaret familia ex aliqͦ
caſu accidēti puta ego ſum creatus miles uľ
ſuperuenit mihi hereditas opulēta ꝓpter q̄
ego incepi tenere tres uel quatuor famulos
uel totidē pediſequas/iuxta.l.ſed & ſi lege.§
ſi quis re ſua de peti.hered.& quod nō.glo.
in auten.ut iudices ſine quoq.ſufra.§.cogita/
tio in ꝟ.largioris colľ.1.quia de iſto nō po/
tuit furnarius ueriſimiliter cogitare ergo
n̄ teneť.l.cū acquiliana &.l.qui cū tutoribꝰ
de tranſac.& ſic non inſpiciť hoc caſu quod
euenire pōt quia qn̄ preſēs ſtatus non indi/
cat cōtingētiā de futuro nō inſpiciť ꝙ eue/
nire pōt.ut.d.§.ſacram & ibi hoc nō.Bar.Sꝫ
ſi promiſſio eſt facta ſimpliciter non expre/
ſo aliquo tēpore puta promiſſit furnarius
coquere mihi & liberis meis panes pro.x.li/
bris in anno.& tunc credo ꝙ licꝫ creſcat fa/
milia uel decreſcat in uno anno, nō ꝓterea
debet creſcere uel decreſcere pretiū ꝑ p̄dic/
ta. Sed poſt ānū non cogitur furnariꝰ coq̄/
re pro eodē pretio ſi creuit familia, nec ego
teneor idē pretiū ſoluere ſi decreuit. Immo
ēt ſi non eſſet mutata familia, quia dicta ꝓ/
miſſio nō durat niſi ſingulis annis, & i fine
cuiuſlibet āni quiſqꝫ noſtrū pōt contractū
diſſoluere/facit quod nō.in.l.itē queritur.§.
qui impleto loca. Quarto caſu principali
qn̄ ꝓmiſſio eſt facta ſub nomine indiffini/
to.puta ꝓmittit furnarius mihi & filiis me/
is/& tunc credo, ꝙ cenſeať tacite actū de fi/
liis q reperiūť tēpore cōtractus/quia de fu/
turis i dubio non uideť actū ſecundū ꝓpriā
ſignificationē uerboruꝫ ut ꝓbať in.l.ſerui/
tus ibi humanius eſt/de ſerui.urba.p̄di.bar.
in.l.ſi pluribus/de leg.ii.& ſic intelligitur
rebus ſic ſtātibus.& probať ēt hoc in.l.non
modus.C.de ſerui.intelligēdo ꝙ ibi fuerūt
uerba indiffinita.& pro hoc ē tex.in.l.ſi ita
& i.l.medico i pri.de aur.& argē.lega.& ad
hoc ēt allego ꝙ nō.Cy.in.l.placet i.fi.C.de
ſacroſanc. Et quia iſta.q.eſt ſatis difficilis p̄/
dictā mām & deciſionē ſubicio correctioni
cuiuſlibet melius ſentiētis & dicā ēt in.l.ꝓ/
uicia.§.familie de ꝟbo.ſig. Sexta.q.an liceat
facere furnū i muro cōi inuito ſocio uel iux̄
murum uicini eo inuito.de hoc dic ut dicaꝫ
in ſequenti ti.& fornace.& fornelo in pri.
Vltimo de iſta mā furni uide per Albe.
de roſa.in ſuo opere ſtatutorum in prima
parte.q.c.xxxv.& per Ang.in.l.inter quos
i pri.de dam.infec.& uide q̄ dixi.ſ̄.de puteo
i pluribꝰ.q.& maxie in ꝟ.ſed q̄ro nūqd &
uide que dicā infra de balneo ſiue ſtufa &
camino & cellario.

## De fornace. C. LI.

q Veriť prio an quis poſſit i mu/
ro uel fūdo cōi fornacē cōſtrue/
re & dicas regulariter ꝙ nō qa
i re cōi melior ē cōditio ꝓhibē/
tis.l.ſabinus cōi diui.niſi fundus ille eſſꝫ de/
putatus ad fornacē ar.l.arboribus de uſufr.
&.l.ediles cōi diui.&.l.cū duobꝰ.§.itē mel/
la pro ſocio & nō.glo.& doc.in.d.l.ſabinus
& habetur in.l.pariete ď ſer.ur.predi.fallit
etiam in aliis caſibus nō.in dicta.l.ſabinus
& i regula i re cōi li.vi.& uide ꝙ dicaꝫ infra
de cellario & ꝙ dixi.ſ̄.de pariete ſiue muro
& de ſeruitute tigni imit.in.iiii.q. Que/
riť ſecūdo quis uult cōſtruere fornacem in
muro proprio iuxta murū uicini & dubiū
facit.l.fi.fini.regū.que uult ut ſi quis domos
edificat pedes duos debet relinq̄re.ſ̄.murū
unū tantū pedē ego teneo ꝙ potius muro
q̄ domui hec equipereť & ſic ſufficiat reli/
q̄re unū pedē per.d.l.fi.& hoc uoluit glo.i
.l.quidā iberus in ꝟ.pariete de ſer.urba.p̄.
que dicit ꝙ infra duos pedes uel unum per
.d.l.fi.& eſt rō qa fornax.non eſt locus niſi
eſſet cōiūcta domui ad habitandū ſicut re/
ꝑiť i multis fornacibꝰ ar.l.pleriqꝫ de i ius
uocan.iūcta.l.prediis.§.balneas de leg.iii.
&.l.eo iure.§.ſtabula in qui.ca.pi.ta.ꝯbatur
Qreriť tertio quid ſi in fornace ē picu/
lū ignis ne flāma paries uicini corruat.di/
co ꝙ n̄ pōt cōſtrui ita penes fūdū uicini ꝙ
eiꝰ paries poſſit dāpnū pati ex flāma uel
igne ut ē cāus i d.l.qdā iberus & hoc tenet

ibi ang.in.ul.col.prin.per illuꝫ tex.de quo
uide etiam ꝙ dicam in ſequēti titu. circa
prin.& que dicta ſunt de fundo proprio ui
cini idem dicendū ē de cōi quia iuxta ipm
non pōt qs fornacē cōſtruere ſicut nō pōt
ꝓpe fundū alienū uicini ut eſt tex.in.d.l.q
dā iberus ubi pies cōmunis & alienus in 
equiparantur & adde que dixi ſupra đ fur
no i.i.q. Queritur quarto qd ſi fumus aſcē
dit de fornace ad domū uicini an propter
hoc poterit agere contra dominū fornacis
dicas ꝙ non regulariter per.l.ſicuti.§.ariſto
ſi ſerui.uen.de quo uide que dicā ifra de fu-
mo. Quero quinto quid ſi ꝓpter igneꝫ
fornacis uilla uel domus exuſta eſt an con-
tra dominū fornacis agi poſſit & qua actō
ne uide tex.in.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi fornica
rius & quod ibi nō.per glo. & doc.ad.l. ac-
quil.& que dixi ſupra de furno in.i.q. & q̄
dicta ſunt de fornace habent locū etiam in
fornello qui fit cauſa cineris coquendi uel
alia de cauſa ſupradicta.

## De balneo ſiue ſtuſa .C. LII.

In muro cōi licitum eſt balneū
uel ſtuſam facere etiam inuito
ſocio,dum tamen ex hoc paries
cōmunis non ledatur, alias ſec⁹
ut ꝓbat in.l.fiſtulas in prin.&.§.i.de ſerui.
ur.pre.& in.l.quidam yberus.§.fi. & tenet
hoc Io.Pe.de papia in ſuo ultimo li.in ante-
pe.glo.℣.& ſi paries. Et ideo ſi ex flāma
balnei exuratur paries cōmunis hoc facere
non licet/ar.l.fiſtulas ſi ſerui.uen.&.l.ſi ſer-
uus ſeruum.§.ſi fornicarius ad l. acquil.& i
eo pariete non poſſunt iniūgi tabule ul ua-
ſa uitrea per q̄ i altū flāma tollat & paries
comburatur ut.d.l.quidā yberus.℣.de tabu-
lis ut nō.Ang.in.l.inter quos in prin.i pe.
col.de dam.infec. Sed quero nunquid in
pariete proprio iuxta parietem uicini ſit li-
citum balneum cōſtruere/& dic ꝙ ad duos
pedes ipm facere n̄ licet ꝓ quod paries uici-
ni cōburat, & hoc tēt ang.i.d.l.quidē yber⁹
in prin.i ult.q.ego autē non credo/ꝙ duo pe-
des ſint menſura proprie per quos qd diſ-
tare debeat licꝫ/tex.cū glo.ſecūdū unā ex-
poſitionē hoc ſentiat i.d.l.qdā yberus.ſed te-
neo ꝙ tantū quis debeat diſtare ꝙ nō noce-
at ei a uicino fundo,& ita loqt.d.l. quidam
yberus/quā ſic intelligo & ita etiā dixi i pre-
cedenti ti.i.iii.q. Qualiter auteꝫ balneū
de iure conſtruere poſſit uide tex.cū ibi nō
ꝑ glo.& doc.i.l.i.C.de edifi.priua. Nun-
quid uſufructuarius poſſit balneū ſeu ſtuſā
conſtruere in fundo uſufructuario & dicas
ꝙ non ut eſt tex.in.l.equiſſimum.§.Item ſi
dominus & ibi Flo.de uſufr.& ſic ibi uide
tur caſus ꝙ ſcolaris in domo conducta non
poſſit facere ſtuſam inuito ul inſcio dn̄o lꝫ
ibi loquat de uſufr.quia eadem ē rō.Naꝫ ſi
uſuffructuarius qui habet plus iuris quaꝫ i
quilinus uel conductor non poteſt.multo
minus poterit conductor uel inquilin⁹ pre
dicta itelligo uera i partibus in quibus bal-
nea ſiue ſtuſe priuate non habent cōiter in
uſu ut eſt hic Padue Sed in locis in quibus
eſſe cōſeuerūt ut i Alamania ſecus ar.l.fi.in
fi.ibi & uſu quotidiano ſuper hoc uerſari.C
de fideiuſ.& ibi hoc nō.per doc. & nō.Bar.
in.l.errore.C.de teſta.qui dicit per.d.l.fi. ꝙ
cōſuetū tacite ineſſe uidet quia ea que ſunt
in uſu quotidiano pro expreſſis habēt/ pro
hoc.l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſſidua de edi.edict.&
quod ibi late ſcripſi. Sed an inquilinus l
uſufructuarius poſſit ſtuſam uel balneū ad
uſum publicum deputare dic ꝙ non ſecun
dum Flor.in.d.§.ſi dn̄s per illum tex. Sꝫ
pōt dubitari, an balneator ſeu ſtuſari⁹ tene-
atur de receptis ſicut nauta caupones/ſtabu-
larii/dic/quod ſic ut nō.Guil.de cu.i.l.i.§.iteꝫ.
.ff.naute cau.ſtabu.balnearius i pub. balneo
ſi quid proiciatur/poteſt agere actione iniu-
riarum tex.ē in.l.ii.§.ſi quis in mari ne qd ī
loco publico religioſi intrare pn̄t balneum
tempor̄ neceſſitatis.xxiiii.q.i.omnes qui &
ibi nō.in glo.ac etiam tempore neceſſitatis
die dominico balneū cōcedit de cōſecra.di.
.iii.ꝓuenit ut nō.glo.i.d.c.omnes qui an aūt
ſenatuſconſultum ꝙ prohibet legari uel uē-
di ea que ſunt coniuncta edibus ut.l. ſenat⁹
de contrahen.emp.&.l.cetera.§.hoc ſenat⁹
el,ii.đ le.i.habeat locū i balneis &c̄.dic ꝙ ſic
tex.ē in.d.l.cetera.§.hoc ſenatus el.ii.i prin.
Item nunquid appellatione dom⁹ cōtineāt
balnea uide.l.prediis.§.balneꝫ/de lega.iii.&
quod ibi nō.facit quod dixi in.e.titu.prece-
denti in.ii.q. Item adde quod calefaciōes
termarum & balneorū dicuntur eſſe muē-
ra perſonalia/ut ē tex.in.l.i.i prin.de mune.
& hono.queꝫ tex.intellige de balneis publi-
cis/ſic erant terme dn̄i diocletiāi ipatoris q̄
rū edificiū mir magnitudīis adhuc rome ex-
tant. Vltimo de balneo uide omnia que
dixi ſupra de ſeruitute proiciendi in.ii.q.&

uide.l.ſicuti.§.fi.ſi ſerui.uẽn.&.l.qui inſulã .§.i.ff.loca & in .l.qui balneum in prin.ff.q po.in pig.ha.& inſti.de lib.§.multis in.fi.

De.fumo.C. .LIII.

h Abens edificia inferiora ignez facit & per foramen uł per feneſtras fumum in ſuperiora edificia mittit an poſſit & uidetur quod non ꝑ tex.nõ.in.l.ſicuti.§.ariſto.ſi ſer.uendi.In cõtrarium uidetur tex in.§.fi.in.eadem.l.Ego nunc diſtinguendo ita breuiter concludo. aut ẽ ſeruitus conſtituta & nul i dubiũ eſt ut nõ.per glo.in.d.§.ariſto. Aut ſeruitus non eſt impoſita & tunc aut ũult inmittere iure ſeruitutis & non poteſt ut eſt caſus in .d.§.ariſto ſecundũ intellectũ glo.aut uult immittere iure ſuo & tunc aut facit animo iniuriandi & non põt imo ſi tunc mittit tenetur actione iiũriarũ.l.pe.de iniur. & ibi Ang.& nõ.glo.in.d.§.ariſto & dixi.s̃.de ſeruit.prohiciendi in.ii.&.v.q.i dubio tñ non ꝑ̃ſumitur animus iniuriandi uel nocendi glo.ẽ nõ.i.l.fluminũ.§.fi.ď ꝗ̃.infec. Aut non facit animo iniuriãdi ſed immittit iur̃ ſuo & tũc aut facit ignẽ ſolitũ & conſuetuz pro uſu ſuo & familie & põt ut ẽ cãus q ita debet intelligi in.d.l.i.§.ſicuti in prin. aut facit ignẽ inſolituz puta nimis grauẽ & tũc non põt ut.d.§.fi.ibi fumum nõ grauẽ a cõtrario ſenſu & ita põt intelligi.§. ariſto.& ita tẽt ibi bar.Flo.& paulus de caſtro & ita dixi.s̃.de ſeruit.ꝓhiciẽdi in.ii.q.quod bene nõ.quia uidi ſepenumero habitãtes iſerius immittere fumũ per foramen aut per feneſtras ad edificia ſuperiora aut habentes furnos & furnellos & ex eis mittere fumum ĩ domos uicinas quia contra eos agi non põt nec prohibere ſi faciunt ignẽ ſolitũ ſecꝰ ſi iſolitu puta cõburẽdo paleas uel ſtramẽ ut quãdoqꝫ fit & adde que dixi.s̃.de fornace ĩ iiii.queſtione. Si quis autem fumo facto apes aliẽas fugauerit ł ẽt necauerit qa mortis cauſam prebuiſſe uidetur magis q̃ occidere in factum actione tenebitur ut ẽ tex. in.l.ſi quis fumo ad.l.acqui.

De ſcallis .C. LIIII.

ſ Callas muro cõmuni apponere licitũ eſt uni ex ſociis ſi nullus dãnũ parieti fit tex.eſt cũ glo.i .l.fiſtulam .§.fi.de ſer. urba. predio. & hoc modo debet intelligi glo.in.l.quidã yberus in ℣.ſeruitutis ibi ſecus aũt in ſcallis eo.ti.q̃ facit differentiã inter tibulos & ſcallas.quia per tibulos comittitur damnum parieti cõi ex flãma ignis ſed per ſcalas appoſitas non ſolet fieri cõmuniter damnũ parieti & iſta fuit intentio glo.licet ibi Ang.eã reprobet ſed ſi per ſcallas fieret leſio tunc apponi nõ poſſunt muro cõi inuito ſocio per.d.l. quidam yberus &.d.l.fiſtulã in prin.Ang. tẽt hoc in.l.quidã yberꝰ in fi.& in.l.inter quos in prin.ď dam.infec.in.iiii.coł.℣.ſimiliter ſcallas lapideas iuxta muꝝ cõez &c̃.& flor. in.l.ſabinus in fi.cõi diui.& dicũt̃ ſcalle nõ afferre damnũ ſeu leſionẽ in muro cõi qñ non impediunt ipſius parietis refectionẽ ł qñ ſublato pariete cões ſcalle ꝑ ſe ſtare poſſunt alias ſecus ut.d.l.fiſtulas.§.iuxta ubi hꝰ nõ.Bar.& doc.uel qñ aliud impedimentuz ſeu damnũ fieret ipſi muro cõi puta qa hoſtium fieri debebat ł feneſtra uel aliud edificium quod per dictas ſcallas impediretur uel incomodaret̃ ar.d.l.quidã yberus & .d. .l.fiſtulas in prin.&.l.fiſtulã ſi ſer.uendice. &.l.ſi cões edes cõi diui.& per id quod nõ. glo.in.l.ſabinus eo.ti.Et ex his ſequitur qď ſcalle lignee pñt regulariter apponi ꝑ unũ ex ſociis iuxta murũ cõem quia faciliter remoueri pñt ut dicit tex.in.d.l.fiſtulam.§.fi. & ſic cõiter damnum cõi muro inferre nõ poſſũt ſi tñ damnum inferrent apponi nõ pñt ut dixi. Sz quid de ſcalis lapideis an apponi poſſũt iuxta muꝝ cõez ꝑ unũ ex ſociis & uidet̃ ꝙ ñ qa facił̃r remoueri ñ pñt per.d.§.fi. Contrariũ dicas.ſ.ꝙ poni poſſunt qa ſublato pariete per ſe ſtare poſſunt ut.d.l.fiſtulas.§.iuxta & ibi Bar.ſi mõ muro cõi nullũ damnũ fiat & ita tenet Ang ĩ. d.l.inter quos in.iiii.coł.In hoc tamẽ ẽ differẽtia quia facilius poſſunt nocere ſcalle lapidee q̃ lignee.ſed ceteris paribus nulla ẽ differẽtia quia ubi nullũ fit damnũ ꝑ eas fieri poſſunt aliter non.& ita uidi obſeruari & ĩ ſũma nota pulcrã regulam pro ſociis habẽtibus inter ſe comunem puta.in muro ł domo cõmuni ſi queritur utrum unus eorum poterit appropinquare uel apponer̃ i muro cõmuni.naz debet attendi an illud quod appropiquat̃ ł appoit̃ poſſit ꝑ ſe ſublato muro uel domo ſubſiſtere quia tunc poteſt apponi alias ſecus. Item an impediat refectionẽ cõis parietis uel domus & nõ põt

ſi nõ ĩpeditur poteſt ut probatur ĩ dicto.§.
iuxta. Item an afferat aliquod damnum
uel nõ ut patet ex predictis que procedunt
ut dixi nõ tantũ in ſcalis ſed etiaꝫ ĩ quacũqꝫ
alia re uel edificio quod ẽ ualde notandum
quia per hoc multe.q.decidi poſſunt quibꝰ
adde que dicã infra ꝓxi.q.& ĩfra de ſolario
Quid autem dicẽdũ ſi quis uult nõ ſolũ
ſcalas appropinquare ſed etiã mittere.puta
earũ tigna uel lapides an poſſit & uideť ꝙ
debeat diſtingui ut de appropinquatione
dictũ eſt in cõtrariũ uidetur uidelicet ꝙ in
diſticte poſſit ꝑ tex.cũ glo.in.l.ſi cõmunes
edes.ĩ ℟.mittere cõmuni diui. Itẽ quia ĩ
re cõmuni licitũ ẽ uni ſocio aliqd facerẽ q̃do
alterius ſocii nihil ĩtereſt.l. qdaꝫ yberus.§.
parietẽ de ſeruit ur.p̃di.& nõ.glo.ii.in pri.
ĩ.l.ſabinꝰ cõi diui. Ego autẽ teneo quod
regulariter non poſſit qa in re cõi nõ põt ĩ
uito ſocio aliqd facere & melior ẽ cõditio ꝓ
hibẽtis dicta.l.ſabinꝰ niſi murus cõis eſſet
ad hoc deſtinatus ut ibĩ nõ.glo.facit ad hoc
q̃ dixi ĩ ti.p̃cedenti đ fornace ĩ.i.q. Nec
obẽ tex.cũ glo.ĩ.d.l.ſi cõmunes edes quia de
bet intelligi quando edes erãt ad hoc deſti-
nate ut ibi fierẽt ſcale & ita ẽt intelligit ibi
Flo.nec ob.quod dixi quãdo non interẽ ſo-
cii poteſt alter ſocius in muro communi im
mittere quia nõ põt non intereſſe ſi tigna
uel lapides non immittãtur ut de ſe patet ĩ
hoc tñ poſſet ſic diſtingui aut murus ẽ com
munis quo ad omnia quia ſic actum fuit &
cõuentũ inter ſocios & non habet dubium
ꝙ etiam pro ſcalis ĩ eo poſſunt immitti ti-
gna & lapides & ſimilia aut ẽ actum quod
murus ſit cõmunis tãtũmodo ad unuꝫ uſuꝫ
puta pro diuidendo uiridariuꝫ & tũc etiam
claruꝫ ꝙ nihil poteſt immittere qa limita-
ta diſpoſitio limitatũ producit effectum.l.ĩ
agris de acquirẽ.re.do.& pro hoc uide oio q̃
dixi ſupra de pariete ſiue muro in pe.q.℟.
occurit mihi circa predicta ſiue nihil eſt ac
tum expreſſe inter ſocios ꝙ conſtet & tũc
aut murus apparet communis ex eo quia
in eo ſunt appoſita tigna uel trabes uel la-
pides & tunc in dubio reputabatur cõmu-
nis ſaltim quãtũ ad hoc & ideo quilibet ex
ſociis põt ſcalas immittere aut tigna uel la-
pides ꝓ ſcalis ſuſtinẽdis & ita põt intelligi
tex.cũ glo.in.l.ſi cões edes in ℟.immittere
cõi diui.Et hoc intelligo quãdo murus eſt
ſufficiẽs & idoneꝰ ad ſuſtinẽdũ talia onera
alˢ ſecꝰ ut.l.ĩ parietis de dam.ĩfec.&.l. cuiꝰ

edificiũ de ſerui.ur.prẽ.& dixi ſupra de ſer
uitute tigni immittẽdi in.iiii.q. Aut mu
rus apparet cõmunis ex alio puta qa ſũt fe
neſtrelle uel anuli ab utraqꝫ parte uel ſy.de
quibꝰ uide.s̃.de pariete ſeu muro ℟ſi.ſecũ
do prĩcipaliter eſt uidendum.Et tunc ĩ du-
bio credo ꝙ non poſſit quia regulʳr ĩ cõi re
melior ẽ cõditio prohibẽtis dicta.l.ſabinus
nam negari nõ põt ꝙ per dictã imiſſioneꝫ
tignorũ uel lapidum quibus ſcale ſuſtẽtãť
non fiat aliqᵃ leſio muro communi ſi tñ fi
at talis miſſio per quã nullo modo poteſt ĩ
tereſſe alteriꝰ ſocii puta quia modica eſſet
miſſio facta nec pondus magnũ ſuſtineret
murus propter talẽ miſſionem tunc fortaſ
ſe poſſet ut.d.l.quidã yberus.§.parietem.&
glo.ii.in.d.l.ſabinus & ita alias uidi iudica-
ri.hoc tamen an ĩtereſſet uel nõ uicini reli
quẽdũ eſt arbitrio iudicis qui ĩſpecta quali
tate muri & loci & miſſionis iudicare debꝫ
ar.l.i.§.fi.de iure delib.&.c.de cauſis de offi.
dele.& predictis adde que dixi ſupra de ſer
uitute tigni immittendi in.iiii.&.v.q.de pa
riete ſiue muro ℟.tertio prĩcipaliter ẽ uidẽ
dum cum ſequẽtibꝰ uidimus de muro cõi
an poſſint ſcale iuxta eũ apponi uel immit
ti. Nunc dicamus de muro alieno in quo
ſic breuiter eſt concludendũ aut quis uult
ponere ſcalas ł ligneas uel lapideas immit
tendo tigna uel lapides in m̃uro alieno &
non põt inuito aut non cõſẽtiẽte domino
imo dñs muri põt ꝓpria auctoritate illud
quod immiſſũ ẽ in muro ſuo tollere uel de
ſtruere.l.quẽadmodũ.§.ſi protectũ ad.l.ac-
quiliam.&.l.qui uitem.§.ſi ad ianuam. ꝙ ui
aut clam de quo dic ut dixi.s̃.đ ſeruitutibꝰ
tigni imittẽdi ĩ ſexta.&.vii.q. Aut qs ułt
ponere ſcalas ꝓpe muꝝ alienũ nihil ĩ mu-
ro imitiẽdo & tũc aut uult tãgere murũ ita
ut requieſcat ĩ eo & ñ põt ꝑ dicta iura & ꝑ
.l.fiſtulã.§.iux̃ de ſerui.ur.p̃. Aut uult tã
gere ẽt nõ reqeſcẽdo & idẽ eadẽ rõne facit
.l.uulgaris ĩ pri.de furtis dũ dicit q aurẽ ho
minis tãgit totũ hominẽ tetigiſſe uidetur.
Aut qs uult edificare ſcalas ꝓpe muruꝫ
alienũ ipſũ ñ tãgẽdo & tũc ſubdiſtigue aut
ſunt ſcale lignee aut lapidee ſi ſũt lapidee ł
đ muro & tũc aut habẽt fundamtũ de terra
ita ꝙ murus dici poſſit & credo ꝙ ñ poſſit
niſi ſtent remote per unũ pedẽ ꝑ.l.fi.fi.re-
gũ.& ita ĩtelligo Bal.& Flo.ĩ.d.l.fiſtulaꝫ.§.
fi.qui dicũt ꝙ idẽ ius ẽ đ ſcalis ꝙ ẽ de muro
Aut nõ habẽt fundamẽtũ ĩ terra ita ꝙ ꝑ

prie murus dici nō pōt & tūc edificare po-
terūt ꝓpe fūdū alienū dūmodo ipm nō tā
gat qa tūc nō habet locū.l.fi.fi.regū. Si
uero ſunt ſcale lignee teneo ꝙ idiſticte edi-
ficare poſſint ꝓpe fūdū alienū dūmō ipm
non tāgāt nec i eo aliqd immittat̃ ēt ſi ſcal-
le ſint affixe ſuper tignis affixis i ſolo edifi
cātis ꝓpe fundū alienū circa unū pedē ar.
.l.titius fi.regū.quod nō.quia eſt quotidia-
num.Et predicta ꝓcedūt quādo quis edifi-
cat in ſuo ſcallas ꝓpe fundū alienū. Sed
quid ſi aliquis ult edificare ſcallas i ſolo ſuo
publico iuxta domū ſuam an poſſit uidetur
ꝙ non quia regulariter ꝓhibitum eſt priua
to in ſolo publico auctoritate propria edifi
care.l.i.ii.& per totū nequid in loco publi.
cū ſy. In contrarium uidetur quando qs
haberet porticum in ſolo publico uel ſtilli
cidium ſupra ſolum publicuꝫ quia quatenꝰ
ſe protendit ſtillicidium uel porticus uidet̃
quod ſub eo poſſit edificare ſcalas & ſimilia
.ar.l.fi.in.fi.de ſer.urba.predio .& ita in mlᷓ
tis locis reperiuntur .In hoc puto quod loci
conſuetudo ſeruanda ſit.l.an in totum & ꝙ
ibi nota per glo.& doc.C.de edif.priua.Sed
ubi non apparet de conſuetudine teneo ꝙ fi
eri non poſſit quia locus publicus ſub ſtilli
cidio uel porticu remanet publicꝰ ut dixi
.s̄.de hoſtio ſiue porta.Ꝟ.alia eſt.q.ſmilis.
Poſſet ēt dubitari an quis poſſit facere
ſcalas in muro ſupra ſolum uicini uel pub
licuꝫ.& dicas regulariter quod non per.l.fi.
in.fi.de ſeruit.falit quando fieret ſub ſtillci
dio ſuo quatenus protendit ſtillicidium.l.fi
.§.fi.de ſer.urba.predio. Item falit quādo
ſeruitus ēēt ipoita quod uide.s̄.de.ſer.ꝑt.i
.ii.iii.iiii.&.y.q.& de piete ſiue muro i.yi.&
yii.q.& ifra i ſe.ti.i pri.& qď dicā ifra ď ne-
ceſſario Quero an appellatōe domꝰ ue
niāt ſcale dic aut ſcale ſunt ex̄ domū ſeu ex-
tra hoſtiū domus & tunc non cōtinētur ap
pellatōe domus.& ideo maleſitiū quod fit i
ſcalis exterioribus extra hoſtiū domus dici
tur nō eſſe factū i domo.ſecꝰ ſi eſſent iterio
res & ita nō.Barto.& flor.i.l.fiſtulas.§.fi.de
ſui.urba.p̄di. Et ꝑpea ſeqt̃ aliud ꝙ quis
pōt capi ꝓ ďbito i ſcallis exteriorībꝰ nec
hēt locū.l.pleriqꝫ ď i iꝰ uo.& adde p̄dictis
.l.creditor.§.fi.cū ibi nō.ď actio ēp.& quod
no.Bal.i.l.gallꝰ.§.fi.ad fi.ď lib.& po.& qď
plene dixi.s̄.ď clauſtro ſeu cōclaui & porti
cu i.ii.q. Querit̃ ēt qd ſi ſcallis amotis
quis muros aſcenderit ciuitatis dic quod
capite puniri debet.l.fi.de rēr.diui.& ibi ꝑ
doc.Idem ſi quis aſcenderit caſtrū quod hꝫ
murū uel ualla lignea ſecus ſi foſſas tm̄ lo-
co murorū.ut eſt caſus ſing.in.l.deſertoruꝫ
.§.nec non de re.mili.ſecūdū Lodo.de ro.in
quodam ſuo ſingulari. Vltimo quero q̄
ſit pena apponēdi ſcalas muro alterius cau
ſa ingrediendi eius domū.uide Bal. omnio
in.l.fi.de re.di.& que ipe nō.in.l.ſi quis nō
dicā raper̄ de epiſ.& cle.& uide tex.i.§.ope.
inſti.de obli.que ex qua.de.na.& glo.xxiii.
.q.iii.illud ſane.

De ferratis. C. L V.

q Vis fecit feneſtris ſuis ferratas ap-
ponere protēdētes extra murum
ſuū ſupra ſolum uicini querit̃ an
potuerit & dicas regulariter ꝙ nō ꝑ.l.fi in
fi.ff.de ſerui.&.l.ſi interiꝫ.§.pe.ꝙ ui aut clā
quia ſolum uicini debet ēſſe liberum uſqꝫ
ad celū ut ibi ſed hoc fallit qn̄ eſſet ſeruitus
impoſita ul qn̄ fieret ſub ſtillicidio ſuo qua
tenus ſtillicidiū ſe protēdit per.l.fi.§.fi. de
ſerui.urba.predio.cū ibi nō. facit quod di
xi.s̄.de ſcalis.Ꝟ. poſſet ēt dubitari.& quod
dicā infra de ſpecularibus.Item fallit quan
do fieret ſupra ſolū publicū qa ita ſeruatur
de cōſuetudine per.l.an in totuꝫ.C.de edif.
priua. Quid ſi aliqs habꝫ feneſtras ſuas
ferratas uerſus ſolū uel domum uicini que
ſic ſteterūt ꝑ.xxx.uel.xl.ānos ipe ult tolle
re eas uicinus cōtradicit dicēs ꝙ nō pōt de
iure qa ſibi eſt queſitū ius per dictū tp̄s ar.
.l.oēs &.l.ſicut de preſcrip.xxx.anno. Item
quia intereſt ſua ne uicinus uel aliꝰ poſſi.
per dictas feneſtras uenire in domū ſuam
querit̃ quid iuris.In hac.q.puto ſic dici po
ſe.aut eſt.ſeruitus cōſtituta.ſ. ut retineātur
ferrate & non pōt eas aufferre.aut nō ē con
ſtituta & tūc aut alias uoluit aufferr̄ & fuit
impeditus per uicinū & ꝑꝑ impedimētuꝫ
& per cōtraditionē deſiſtit auferre & elap
ſum eſt tempus ſufficiēs ad preſcribēdam
iſtam ſeruitutem & idē ꝑ.l.hec aūt iura cū
ibi no.per glo.& doc. de ſerui urba.predi.
Aut non eſt tranſactū illud tp̄s & tūc licet
ñ ſit preſcripta ſeruitus tm̄ proter illā deſti
tutōem & cōtraditōeꝫ cōtradicens ē cōſti-
tutus i quaſi poſſeſſione illius iuris r̄manen
di ferrate tex.eſt cū glo.no.i.l. qui lumini-
bus.ff.de ſer.ur.p̄.&.l.i.C.de ſer.& ibi no.ꝑ
doc.Aut nūq̄ fuit cōtradictū & tūc aut ille

uult.tollere ferrataꝫ in deſpectuꝫ uicini uꝉ
ut noceat uicino principaliter puta ut poſ
ſit p illas feneſtras uiſitare domũ uicini pp
filiam ſuam uel pediſſequã uel alia cauſa ſy.
& non põt ar.l.i.§.deniqꝫ de aqua plu.ar.&
in.l.in fundo de rei uen.& i.l.opus cũ glo.
de opi.pu.& pro hoc uide quod nõ.Cy.&
doc.in.l.altius.C.de ſuituti.In dubio tñ nõ
preſumitur aĩo nocẽdi glo.ẽ ual de notabiliſ
in.l.fluminũ.§.fi.i glo.pe.i fi.de dam.infec.
Aut uult tollere ferratas pro aliqua co
moditate domus ſue & põt licet noceat uici
no ut probatur in.d.l.fluminũ.§.fi.cum.l.
ſe.que incipit proculus. Sed quid ecõtra
quidam habet feneſtras uerſus domũ uꝉ fun
duꝫ uicini p quas põt ire ĩ domũ uicini an
poſſit cogi ut ponat feneſtris ferratas ut
tollatur ſibi dicta facultas ĩtrãdi dic breui
ter q̃ ñ quia nemo cogit̃ ĩ ſuo laborare niſi
ſit ipoſita ſuitus ut habet̃ i.l.i.i fi.cũ.l.ſe.de
aqua plu.ar.& qa ĩ re ſua qlibet eſt modera
tor & arbiter.l.in re mandata.C.man. Eo
aũt cãu quo tenetur habere feneſtras ferra
tas in ſuo ſi reperiãt̃ fracte uꝉ etate cõſũpte
an ipẽ teneatur iterũ reficere & ſumptibuſ
ſuis.teneo q̃ ſic per.l.& ſi forte.§.etiam.ff.
nam ĩ omnibus ſi ſerui.uendi.cõiũcta.l.eũ
debere colunnam de ſerui.urb.pre. Ad
quod adde q̃ dixi ſupra de ſeruitute oneris
ferendi.ff.huius auteꝫ ſeruitutis & ſupra đ
ſtillicidio ñ auertendo.ff.circa iſtã ſeruitu
tẽ imo etiã plus dico q̃ etiã ſi deſtructe uel
extracte eſſent ĩ totuꝫ ferrate de feneſtris ſi
cut fit quãdoqꝫ p ſtipẽdiarios tẽpore guer
re & etiam qa domus uel murus ĩ quo ſũt
ferrate corruerit an ſi reficiantur feneſtre
teneantur refici cũ ferratis & dico q̃ ſic pro
quo uide quod dixi.s.de ſeruitute ſtillicidii
auertendi ĩ.viii.q. Vltimo adde p̃dictis
que dixi ſupra de ſtillicidio ſiue tecto ĩ pri
ma.q.& ſupra de penu.

## Rubrica de ſolario.C. L VI.

i I quis uult edificare ſolarium
in quo loco debet ipſũ affigere
ut ſuſtineatur.dic q̃ aut muri
undiqꝫ ſunt ſui & ĩ eis põt tigna
imponere.& iſtud non habet dubium.aut
muri ſunt cõmunes uicino.& tunc aut pro
diuiſo.aut pro ĩdiuiſo.Primo caſu põt qua
tenus durat pars ſua eadem rõe & nõ ultra
niſi eſſet ſeruitus impoſita.per ea que ſtatĩ
dicã.Si pro induiſo.tũc põt imponere qua
tenus durat murus ſi murus ẽ ad hoc deſti
natus ad hoc uide quod dixi ſupra de ſcalis
ff.quid antẽ dicẽdũ. Quomodo autem
cognoſcatur an murus ſit communis uel ñ
& an ſit communis pro diuiſo uel indiuiſo
uide que dixi ſupra de pariete ſiue muro ĩ
.i.&.ii.q.Aut murus ẽ alienus & regularit̃
nõ põt quia ĩ re aliena nõ ẽ licitũ aliquid ĩ
mittere circa ſeruitutem niſi domino uolẽ
te.ut.l.queãdmodũ.§.ſi protectuꝫ ad.l.acq.
de quo uide que ſupradicta ſũt de ſcalis.ff.
uideamus nunc de muro cõi. Sed prope
murum alienum ſuper trabibus uel lignis
poſitis uel requieſcẽtibꝰ ĩ ſolo ſuo inferiori
bene põt edificare ſolariuꝫ nec ẽ opꝰ dimit
tere ſpatium aliquod etiam unius pedis qa
nõ habet hoc caſu locũ.l.fi.fini.reg.& ita ui
di ſepe obſuari in ſolario & ſtillicidio quia
poſſunt prope murũ uicini edificari dũmo
do ipm̃ non tangant neqꝫ ſuper eo reqeſcat
ſed ſupra trabibꝰ exiſtentibus in ſuo quod
nõ.quia cottidianũ ẽ. Sed queritur an qs
poſſit ſolariũ quod ẽ ĩfixũ muro cõmuni uꝉ
alieno iure ſeruitutis pauimẽto uel lateribꝰ
coperire.dic regulariter q̃ ſic.fallit ſi ꝓpter
talẽ coperturam nimiũ grauaret̃ murus in
quo requieſcit ſolariũ nam tunc nõ poteſt
ar.l.cuius edificium de ſerui.ur.pre. Nam ĩ
tali ſolario non põt dominꝰ imponere ma
gnum pondus puta frumẽti uel bladi quan
do murus comode ſuſtinere ñ poſſet qđ ẽ
notandũ contra multos qui habẽt granaria
Sed pone q̃ una domus habet unum ſo
larium uel plura pars ĩferior ẽ unuis.pars
ſuperior ẽ alterius ſicut uenetiis in multis
domibus contigit ille qui habet partem ſu
periorem non habet aditũ ueniẽdi ad ipſũ
niſi per ſcalas uel partem ĩferiorem an per
illaꝫ poterit uenire dic q̃ non niſi ſit impo
ſita ſeruitus ſed facere ſcalas aliũde ut ꝓba
tur in.l.uia conſtitui.§.quodcunqꝫ de ſerui.
ur.pre.& ibi hoc nõ.Bal.Flor.Pau.de caſt.
& ego plenius dixi ſupra de ſeruitute itine
ris ſiue aditus.uer.Nota unũ aliũ caſuꝫ pul
crum ubi omnino uideas. Quid autem
ſi habens ſolariũ ſuperiꝰ ĩ eo cottidie curat
uel eius pueri ſaltant uꝉ pulſant ita q̃ ſint ĩ
pedimẽto exiſtenti in parte inferiori.dic ãt
hoc fit ĩ deſpectũ & damnũ uicini & ñ põt
per ea q̃ dixi ſupra in ti.p̃cedẽti ĩ.ii.q.uide
ibi aut hoc nõ fit in deſpectum ſeu damnũ
ſed pro uſu ſuo ſeu familie ſue & tunc põt

per.l.fluminū.§.fi.cū ſe.& ſe.de dam.infec. & pro hoc uide optimū tex.in.l.ſicuti.§.ariſto ſi ſer.uendi.ubi ēt habetur ꝙ ſi proicere ſ aqua in ſolario cā ſcopādi ꝑ ꝓpter calorez aliquid de aqua caderet iferi⁹ ꝓpter hoc nō teneretur.Circa qđ uide oīo q̄ dixi.ſ. de ſ. ꝓi.in.ii.q. Vltimo adde ꝓ cōplemēto huius materie que dicā infra de meniano.

De tigno iniūcto.C. .LVII

SI due edes eadē cōtiguatōe cōtexte pluribus legētur quiſq3 legatarius hēbit quaten⁹ ꝑs ſua ſibi legata durat nec unus pōt agere ꝯ aliū ut tigna nō ſint uti tpre teſtamēti uel mortis erāt.l.binas edes đ ſer.urba.predio. Ex quo notandum eſt ꝙ ſi unū tignū ꝉ una contiguatio tigni tegit unā domū & poſtea diuidiꝉ īter plures ꝙ illud tignū eſt propriū cuilibet ſociorū quatenus lōgitudo tigni ſe extēdit uerſus partē ſuā.ut dicta.l.binas edes & ibi hoc nō.doc. Item nō.aliud ex predictis ꝙ tigna immiſſa debent remaneꝛ imiſſa tꝑore quo domus aſſignatur pluribus uꝉ inter uiuos ꝉ in ultima uolūtate ſicut erāt pri⁹ ante aſſignatōem uꝉ diuiſionē qbus adde q̄ dixi .ſ.de clauſtro in.iii.q. Sed quid ſi habens duas domos unica cōtiguatōe contextas unam uendit aliaz ſibi reſeruat an emptor poterit inuito uēditore retinere tigna aut cemēta que requieſcūnt in domū uenditā dic ꝙ non niſi forte cōtractus aliter ſe habeat ut.l.ꝙ conclaue de dam.ifec. Vn̄ ſis cautus tu ēptor ut facias in inſtrumento ēptōiſ apponi tigna uel cementa remaneāt ꝓut nūc ſunt ꝓ ſeruitute oneris ferēdi. ita dicit Ang.in.d.l.binas q edes de ſer.ur.predio.& in.d.l.ꝙ cōclaue .ſecus ē qn̄ dicta domus legareꝉ alteri quia ſēp itelligitur legari cū ſuitute oneris ferendi ꝓut erat tꝑore teſtamēti per.d.l.binas q edes.& ita eſt i hoc dr̄ia īter cōtractus & ultimas uolūtates ſecūdum Bar.Ang.& doc.in.d.l.ꝙ cōclaue ꝙ nō. An autem & qn̄ ſit licitū tigna immittere in cōi muro uide omnino Ang.& doc.i.l. īter quos in prin.in pe.colꝰ.in fi.de dam.infec & plenius per eūdē in.l.quida iberus in fi. de ſer.ur.predio.& uide que plene dixi.ſ. de ſerui.tigni immit.in.iiii.q. & adde oīo que dixi .ſ.de pariete ſiue muro i penꝉ.q.℣. occurit mihi circa ꝓdicta. Sed quid ſi uolo facere mollēdinuz in flumine publico an poſſim tigna imittere in ripam uie publicē dicas ꝙ nō niſi uolēte eo qui habet ꝓpe uiā fūdu ar.l.maritus de acqui.re.do.& pro h⁰ glo.inſti.de re.diui.§.riparum & ita tenet Bar.in.d.l.maritus & in.l.quominus in.yii.q.de fluminibus ubi plenius per eū & per Bal.in.l.lapilli in.yiii.q.de re.diui .& uide ēt nō.per eum in rubrica.eo.ti.Cetera circa iſtā materiā uide ſupra de ſer.tig.immit. & ſupra de clauſtro ſeu cōclaue & porticu & ſupra de pariete ſiue muro & nō.in to.titu. de tig.iniūc.& uide oīo que dicā in ſe.ꝑica. in prin.

De onere ferēdo. C. LVIII

QVe ſit dr̄ia inter ſeruitutē tigni immittēdi.& oēra ferēdi dubitari poſſet & dic quod eſt in ſignificatiōe uerborū ſeu ordine ut ꝓbaꝉ in.l.eū debere columnā de ſer.urba.predi.iūcta.l. ſicuti in prin.ſi ſer.uēdi.quod ſic declaro.hec uerba promitto ferre uel ſuſtinere onera domus tue hoc importāt ut dn̄s ediū ſeruiētiū ſeu ipſe edes aliquid faciant hēt eni in ſe in iſta oratiōe domus ſeruiēs per modū agētis qa ipſa debet ſuſtinere onera & agit hūc actuz ſuſtinēdi onera ſed in his uerbis ꝙ liceat tibi immitteꝛ tigna nihil importat ꝙ debeat facere dn̄s ſeruiēs ſ3 cōcediꝉ facultas domio edium dominantium ut probaꝉ in.d.l. euz debere coniuncta.d.l.ſicuti in prin. ſecūdū Bar.qui ita nō.in.d.l.ſicuti in prin.& adde que ſcripſi ſupra de ſeruitute oneris ferēdi ℣.ſed quero quis debet mihi ſeruitutē plenius declaraui quomodo cognoſcatur ſeruitus oneris ferendi & ſeruitus tigni immittendi & quomodo una cognoſcitur ab alia. Et ex his nō.ꝙ licet alie ſeruitutes regꝉr. n̄ competant ad factum ſed ad patientiam tm̄ ut.l.quotiēs la prima.§.i.de ſeruituti. tn̄ aliud eſt in iſta ſeruitute oneris ferendi quia cōpetit etiaz ad factū.l.ſi & forte.§.ēt ſi ſer. uēdice.de quo dic ut dixi ſupra de ſer. one. ferēdi.℣.huius aūt ſeruitus. Ex quo nō. aliud quod licet eo caſu quo alicui incūbit onus ferēdi non dicaꝉ ſeruitus ſed poti⁹ obligatio perſonalis.l.ſeruituti.§. opus & ibi nō.& in.l.pecoris de ſer.urba.pre. & hētur in.l.fi.§.fi.ff.de cōtra.emp.tamē hoc fallit in ſeruitute oneris ferēdi ut.d.§.etiā & ibi h⁰ nō.Flor.de hac ſeruitute oneris ferēdi non uidetur fieri mētio niſi in predio urbano.l.

eu3 debere colūnā de ſer.urba.predio.ſecu3
dū Flor.in.d.§.etiā Sed tu dic quod pōt etiā
eſſe in predio ruſtico ut dixi.ſ.de ſeruitute
oēris ferēdi ī pri.dic ut ibi. Circa iſtā ſer
uitutē oneris ferēdi pone murus uicini db3
ſeruitutē oneris ferēdi & ſuſtinēdi onera
domꝰ ſi corruit uel r̄fectione īdiget uicinꝰ
tenetur onera reficere non ego ut dicto.§.
etiam & dixi ſupra de ſeruitute oneris fe
rendi.ꝟ.ſed nūquid ille. Quid ſi uicinꝰ
non uult reficere ſed ei cedere & mihi reli
quere an poſſit & dicas ꝙ ſic qa iſta ē obli
gatio ī re non ī perſonā tex.eſt no.in.l.& ſi
forte.§.labeo ſi ſerui.uē.quod facit ad nō.ꝑ
Bar.& doc.ī.l.ſi cum quo de aqua plu.ar.&
per Flor.in dicto.§.etiam & per glo.i.c.que
in eccleſiarū extra de cōſtitu. Quero ēt
cāu quo uicinus tenetur reficere murū one
ris ferēdi qualiter debeat fieri iſta refectio
uide tex.& quod ibi nō.in.d.l.& ſi forte.§.
modus.Et adde ꝙ parietē ꝓpriu3 quis me
liorem q̄ ī ſeruitute impoſitum ē facere l3
non deteriorē qa tūc tenet᷑ actione confeſ
ſoria l' prohiberi poteſt per noui operis
nūt.per dictā.l.& ſi forte.§.fi.cū ſe.ubi etiā
ponitur quis ſit euētus harū actionū. Itē
q̄ro duo habent murū cōmunē q ſuſtinet
onera cōmunia puta ediū ſuarū.Alter eoꝝ
uult eum deponere & melius fundar̄ l' alio
modo ipſum fortiorē facere forte ut poſſit
ibi arcum ſuum uolte lapidee fundare l' for
te grauiora pondera ſuper imponere q̄ cō
ſueuit que ſecū dū ſui primā formā ſuppoī
tunc nō poſſent.Queritur an poſſit iuito
altero ſocio & dicas ꝙ nō tex.ē & ibi hoc nō
doc.in.l.parietem de ſer.ur.pre. niſi paries
eſſet ad iſtum uſum deſtinatū ul' niſi hoc eſ
ſet actū uel niſi īdigeat tali r̄fectione & his
modis pōt intelligi.l.ſi cōmunes edes cōmu
ni diuidū.& ibi hoc nō.& habetur per bar.ī
.l.in cōis & in.l.damni.§.cū pariete de dam
no īfec.& per.Cy.& doc.ī.l.ſi ut proponis
.C.de edi.priua.& per dictā.l.parietē ſecū.
Bal.& doc.ibi fuit determinata.iſta.q.ꝙ ſi
unus ex habētibus cōmunem molendinum
uult inponer̄ moles meliores & altero ſoci
orum non uult teneri ad illas expēſas ꝙ n̄
tn̄atur qa meliō ē cōditio ꝓhibētis.l.ſabinꝰ
cōmuni diuidū.nec ob.l.cū duobus.§.idem
reſpondēdū ſocius qui ceſſātis pro ſocio ꝑ
quā quidā dicebāt contrariū quia ibi res e
rat aliter peritura non facta iſta expenſa
hic ſecus & eodē modo debet reſpōderi ad
.l.ſi ut proponis.C.de edifi.priua.An autē
actio que competit pro illa ſeruitute oneriſ
ferēdi ſi edes plurium dominorū ſint cōpe
tat iſolidū dicas ꝙ ſic ut.d.l.& ſi forte.§.plu
riū tibi uide.Item in hac actione ueniunt
fructus.i.comodu3 ꝙ haberet ſi onera ediū
eius uicinus ſuſtineret.ut eſt tex.in.d.l.& ſi
forte.§.pē.Cetera circa iſtā materiam uide
ſupra de ſeruitute oneris ferendi.

De refectionē. C. LIX.

q Via in materia ſeruitutum plu
ries occurrit de refectione &
maxime in ſeruitute oneris fe
rendi.iō de ea aliqua utilia uide
amus.Et primo quid ſit r̄ficer̄.Dic r̄ficer̄ ē
rem ad priſtinum ſtatum r̄ducere.hoc eſt
nē qs dilatet aut ꝓducat aut exageret ut ē
tex.in.l.iii.§.reficere de itī.actuq3 priua.

Secūdo nūquid aliquis compellatur re3
propriam reficere.dic aut querit᷑ de domo
ſeu re ſua.aut aliena.aut de cōmuni.Primo
caſu aut domus eſt deſtructa ꝓrſus uſq3 ad
aream.& tūc nō compellitur eā reficere.qa
de nouo quis nō cōpellitur ad reedificādu3
ut.l.ſingularu3.C.de edifi.priua.& ibi hoc
nō.glo.& in.l.ad curatores/de dam.īfec.iſta
enim uidetur eſſe noua conſtructio non re
fectio.l.i.§.ſi quis edificium de no.op.nun.
&.l.iter ſtip.§.ſacram de ꝟ.obli.Fallit ī cu
rialibus ut.d.l.ſingularum. Fallit etiam
ſecūdo quādo per ſtatutū uel cōuētionē id
eſſet cautū. Fallit tertio quando eſſet im
poſita ſeruitꝰ oneris ferendi ī domo dſtru
cta.quia tunc cogeretur eam r̄edificare dn̄s
ſuis ſumptibus ad hoc ut poſſit onera ſuſtie
re.l.eum debere columnam de ſeruitu.ur.

Aut domus nō ē ī totū deſtructa qa nō
eſt diruta uſq3 ad aream & tunc ſiue ſit uni
us ſiue plurium debet refici.& pōt dn̄s co
gi ꝑ curatorem ſeu adminiſtratorē reipub
lice ut reficiat/& inq̄tū nō ſit potēs ſumptu
publico refici debet tex.ē nō.ī.d.l.ad cura
toris.& ibi per glo.& doc.& habet᷑ in.l.ſi ꝑ
ſes.ff.de of.pſi. Ex quo nō.ꝙ licet conuer
ſantibus per uiā publica3 ubi ē domꝰ ruino
ſa uentū habens nō ſuccuratur ꝑ remediu3
cautionis damni īfecti.quia n̄ timetur dam
num ī rem ſed ī perſonas ut.l.qui binas.&
.l.qui damni.de dam.īfec.in fi.tamen ſubue
nitur alio remedio/qa poſſunt iudicis offici
um implorare.ut aut rē in totum deponat.

aut reficiat ut tranſētibꝰ damnū darī non
poſſit & ita ſentit glo.in.d.l.ad curatoris &
ibi hoc nō.Ang.& ita alias dum eſſē iudex
ꝓcuratoris cōis uerone coegi quēdā ad refi
ciendum domū ſuā ruinoſam quē tranſeū-
tibus minabaꝛ ruinā.Itē ex hoc nō.aliud ꝙ
qn̄ domus eſt diruta & deformitas ꝑducitꝛ
in ciuitatē ſi dn̄s ad refectōꝫ ē potēs pōt cō
pelli ut reficiat & hoc ſpectat ad officiū cu-
ratoris & inq̄tū ille nō ſit potēs dictus cura
tor ſūptu publico illam reficiat ſeu reficere
poterit & niſi infra tēpus a iudice aſſigna-
tū reficiatur cū uſuris eā reſpub. detrahere
poterit pro iure dicti ſūptus & uſurarū ut
ē tex.ualde no.in.d.l.ad curatoris.§.domuꝫ
& ibi hoc no.Ang.& doc.de dam.infec.pōt
etiam dn̄s ſi nō hēt un̄ reficiat cogi ad uen
dendum alteri qui ſit potens ad reficiendū
& ſi eam iuſto precio uēdere nō poſſet non
cogiꝛ ad uēdēdū ſed licite poterit a republi
ca petere tātū q̄tū ſufficiat ad repatōem do
mus.dictū.ē ſinglꝛare & aureū ſpec.in ti.de
ſatiſda.§.hoc quoqꝫ qui allꝛat in ar.l.lege in
prin.ad ſille.&.l.ii.& fi.C.de ſerui.q ꝓpri-
mi.lib.accep.qđ dictū Spe.ſeqtur Lodo de
roma cccxxxvi.no.qđ incipit no.ꝙ i pluri-
bus locis tibi faciet honorē. Secūdo caſu
principali qn̄ res uel domus eſt aliena i to-
tū an cogatur reficere.& regulꝛr dicas quod
nō.Fallit qn̄ de hoc eſſet facta ꝑmiſſio.Fal-
lit ſecūdo in caſu no.l.ſicuti ſi ſer.uēdi.i pri.
de quo dixi.ſ.de ſerui.one feren.℟.qūo aūt
paries uel columna.Tertio caſu principali
qn̄ domus ſeu res ē cōmunis pluriū dn̄oꝝ
& tunc ſubdiſtingue aut nullus uꝛlt edifica
re aut reficere & nullꝰ ꝯpellitꝛ niſi qn̄ ti-
metꝛ dānū tranſeūtibꝰ uel qn̄ inducit defor
mitatē ciuitati qa ſicut unꝰ dn̄s cogi pōt ita
& plures per.d.l.ad curatoris de dam.īfec.
& ſupra dixi in primo caſu principali.Aut
ūterqꝫ uꝛlt reficere.& tūc aut cōcordāt in re
fectōe & non eſt dubiū.aut diſcordāt i mō
reficiendi & tūc aut uult unus reficere i ma
iori qualitate q̄ prius eſſet alter in eodē ſta
tu & iſte ultimus ꝑfertur iſtud eſt ꝓprie re
ficere.l.iii.§.reficere.de iti.ac.qꝫ priua.& ꝓ
hoc uide q̄ dixi.ſ.ti ꝓxio ℟.& ꝑ predictaꝫ
.l.parietē aut quilibet uꝛlt reficere iuxta pri
orem formā diuerſis tn̄ modis.& tūc ꝑfertꝛ
ille qui uult reficere magis idonee.l.in refi
ciendo & ibi hoc no.Dy.Bar.& doc.de dam
infec.& Ang.in.d.l.quidam iberus in prin.
in.iii.colꝛ.℟.reſtat uidere de ſer.urba.ꝑdio.

ubi dicit ꝙ idoneus debet intelligi qn̄ non
peccat i extremo qa nullū extremū ē lau-
dabile ſecūdū phy.& ꝓbaꝛ i.d.l.i reficiēdo
cū glo.aut unus tm̄ uult reficere alter uero
non & tūc aut ille qui uult reficere uult re-
ducere i meliorem ſtatuꝫ rem q̄ prius eſſet
ſed non eſt neceſſarium puta quia ē molē-
dinū habēs binas moles & uult imponere
meliores & alter nō cogiꝛ.l.parieteꝫ đ ſer.
urba.predi.& ibi hoc no.doc.& tūc ꝓcedit
illa regula ꝙ i re cōi melior ē cōditio ꝓhibē
tis.l.ſabinꝰ cōi diui.& dixi in precedēti ti.
ante fi.aut uult unꝰ tm̄ reedificare rem co
munem reducēdo ad priſtinā formā.& tūc
aut uult in re cōi reedificare iure ſeruitutis
& nō pōt.d.l.parietē aut uult edificare iure
comunionis & tūc aut uult facere id ad qđ
erat parata res ſeu deſtinata & pōt iuito ſo
cio.l.cū duobus.§.idē reſpōdēdū &.§.idem
mella ꝓ ſocio &.l.in tm̄.§.in cōe de re.di.&
.l.ſi cōes edes & ibi no.cōi diui.aut res non
eſt ad hoc deſtinata & tūc aut eſt hoc actū
& pōt aut nō eſt actū & tūc aut n̄ intereſt
alterius ſocii ꝓhibere & pōt eo iuito refice
re.l.ſi fiſtulā.§.pe.& fi.de ſerui.urba.p̄.&.l.
quidā.iberus.§.fi.eo.ti.aut intereſt alterius
ſocii & tūc eſt melior condicto ꝓhibentis
& ita loqꝛ.d.l.ſabinus cōi diui.&.d.l.pietē
& ita tenet Cy.in.d.l.ſi ut ꝓponis.C.đ edi.
priua.Et ꝓ hoc habes expeditū ꝑfecte iſtū
articulū.Tertio q̄ro que actio ꝯpetat ſocio
reficere uolēti in cāu ꝑmiſſo cōtra aliū ſoci
um ꝓhibentē dic aut res eſt cōis iter plures
heredes & agi poterit iudicio fami.her.l.i.
& per totum.ff.famil.her.aut nō inter here
des & tūc nō iure ſocietatis & cōpetit iudi
ciū cōi diui.uel uti poſſi.l.ſi quis cōes edes
cōi diui.aut ē cōis iure ſocietatis ad hoc pri-
cipalꝛr ordinate et tūc pōt agi pro ſocio tex.
eſt cū glo.in.§.ſi inter quos inſti.de obli.q̄
ex qua.contrac.& nō.Ang.in.d.l.quidā ibe
rus in prin.ii.colꝛ. Quarto queritur nū-
quid ſi unus ſociorum ſuo ſūptu reficit edi-
ficiū cōe iure ſocietatis ſeu cōmunionis ad
uſum ad quē paratū ſeu deſtinatū erat.pu-
ta domū ruinoſaꝫ aut mollēdinū i flumine
aut parietē cōem an poterit agere cōtra illū
qui recuſauit.dic aut ſuo noīe aut noīe cōi
aut dubitaꝛ quo noīe.primo caſu nihil recu
perat.l.ſi is.C.de edifi.priua.ſecundo caſu
qn̄ reficit noīe cōi & res ē cōis iur̄ ſocietatiſ
& ſocius fuit req̄ſitus & cōtumax in ponē-
do expēſam & tūc hēt tria remedia.primū

ꝙ reficiens uſq; ad quatuor mēſes ſūptus rē
repeterē pōt cū uſuris cēteſimis. Secundū ꝙ
elapſis dictis quatuor menſibus reficiēs cō
ſequitur rē refactam iure dominii. Tertiuʒ
ꝙ ſi non uult reficere iure dominii pōt re-
petere omnes ſūptus & intereſſe. caſus eſt
not. in. §. idem reſpondit ſocius qui ceſſante
.ff. ꝓ ſocio. & i dicta. l. ſi ut proponis. C. de
edifi. priua. & ē ſimile ꝙ ꝓpter ſocietatē &
contumatiam nō audiatᷣ uolens cedere rei.
alias eſſet ſecus. l. cū fructuari⁹ de uſu fruc.
ſecūdū Ang. in. d. l. quidaʒ yberus. in prin.
ad quod adde que dixi in ti. precedēti. ℞. cir
ca iſtam ſeruituteʒ. Et nō. proptᷣ ſecundū
remedium quod ſingulare uidelicet quan
do res communis indiget refectione. puta
domus uel molendinum. & un⁹ ſociorū ab
altero requiſit⁹ nō expoſuit ſumpt⁹ ꝓ par
te ſua ſi alter ſocius reficit ī totū de ſuo. &
poſt refectionē requirit ſocium ꝙ reſtituta
ſibi ſumptū pro ſua parte ꝙ ſi ſtat ꝑ quattu
or menſes a die r̄fectionis facte per aliū ſo
cium & nō reſtituat pro parte ſua dominū
toti⁹ tranſit pro refectione tex. eſt elegās ī
dicta. l. ſi ut proponis. & in. d. §. idē reſpōdē
dum ſocius qui ceſſante ꝙ perpetuo tene
mēti. Et nūquid dominium tranſeat ipſo
iurē ł requiratur ſententia & nūquid trāſeat
etiam poſſeſſio uide per glo. & doc. in. d. §.
idem reſpō. Aut contumax. non fuit contu
max in reficiēdo. & tunc ſolū agitur ad ſum
ptus & l. ſi ſocius. §. ſi tecū. ff. ꝓ ſoc. & ita te-
net ang. in. d. l. quidā yberus in pri. aut res ē
cōmuni s non tamē iure ſocietatis ſicut con
tingit in duob⁹ cōmuniter rem ementib⁹
aut duobus legatariis uel heredibus eiusdeʒ
rei. uel alio modo ī coniūctione īcidentibus
& unuſ iſtoꝛum r̄ficit rē communē ſuo ſūp
tu ꝓprio. & tunc aut alter ſocius fuit contu
max & habent locum duo prima r̄media ſi
licet repetitō ſūptuū cuʒ uſuris. & ad iudica
tio dominii contra cōtumacem. qui noluit
in ſumptu cōferre. Sed tertiū non habebit
locum ſcilicet ut poſſit agere preciſe ut r̄fū
datᷣ ſumptibus cū omni intereſſe. tex. eſt in
dicta. l. ſi ut proponis. aut alter ſocius n̄ fuit
cōtumax. quia nō fuit requiſit⁹. & hoc caſu
conueniri non pōt niſi tātūmodo ꝓ r̄ſtitu-
tione fructuum dicta. l. ſi ut ꝓponis. & nō.
in dicto. §. ideʒ r̄ſpon. & ang. in. l. quidā ybē
rus Tertio cāu pricipali quādo dubitatᷣ
quo nomine ſocius refecerit an ſuo an com
muni. dic ꝙ in dubio uidetᷣ refeciſſe nomie

cōmuni. l. merito. ff. pro ſoc. qa hoc eſt ſibi
licitū contrariū ē illicitum. l. ſi is. C. de edifi.
priua. Item quia faciēs nomine ꝓprio ītelli
gitur donare ſumptus donatio uero ī dubio
non preſumitᷣ. l. cū de in debito de proba.
ita tenet Ang. ī. d. l. quidā yberus. ī prin. in
.iii. colū. Quarto queritᷣ quid ſi un⁹ ex
ſociis uult reficere parietem communē altᷣ
uero timet ne ſibi damnum immineat ex
ea refectione qualiter ſibi ſuccurratur uidᷣ
plene per bar. & docto. in. l. damni cum pa-
riete de dam. infec. & pleniſſime per Ang.
ī. l. iter quos. & ī. l. in pariete eo. ti. & per Io.
pe. de papia. ī ultimo libro ī glo. antepenul.
Quinto queritᷣ ad quē ſpectat refectio
parietis debentis ſeruitutem oneris ferēdi
dic ad eum qui debet ſeruitutē. & non ſolū
de pariete exiſtēte tempe ſeruitutis ſʒ etiaʒ
de ſubrogato. l. eum debere colum. de ſerui.
urba. pre. & uide que dixi ſupra de ſeruitu-
te oneris ferendi uide. l. ſicuti. in princip. ſi
ſerui. uē. Sexto queritᷣ quidā nobilis ꝓ-
miſit cuidam comitatēſi reficere pontē tūc
pons erat ꝑuus poſtea creuit aqua ꝙ opor-
teret creſcere pontem. qualiter iſte nobilis
teneatᷣ iſtā. q. diſputauit Frā. accur. Bal. eam
ſic decidit in. l. non modus. C. de ſeruitu. aut
augumentū ē onus refectionis intrīſece cir
ca eandē latitudinem pōtis ut quia aqua ꝓ
fodiens hoc facit ut neceſſaria ſit maior im
penſa ſolito & tūc pertinet ad nobileʒ quia
eſt augumētatio ītrinſeca. aut ē augum̄tatio
extrinſeca ī maiori latitudine pontis & tūc
eaten⁹ ad nobilē non pertinet quia temp⁹
contractus īſpicitᷣ. d. l. non mod⁹. & l. iii. &
. l. rutilia polla de contrahen. emp. & l. dam
ni. §. ſi is qui de dam. infec. & l. hoc iure. §. ſi
aqua de aqua coti. & eſti. & de riuis. l. i. §. pe.
de uer. ob. l. quicqd aſtringende per quas lē
ges Fran. accur. determinauit per illaʒ pro
miſſionem nobilē non teneri. Septimo
queritᷣ ſi paries alien⁹ per mediū pedē īcli
nauerit in domū alteri⁹ an poſſit cōtra euʒ
agi ut ipſuʒ erigat & reficiat. dic ꝙ ſic tex. ē
nō. ī. l. ſi cū meus ī ſi. & in. l. ſi quo modo. in
pri. ſi ſeruit⁹ uē. & ita tenet Io. pe. de papia
in ſuo ult. li. ī glo. antepenul. ad fi. ꝙ nō. pro
turri que bononie pendet ſupra turriʒ aſel
lorum. Octauo queritur ad quem ſpec-
tat onus reficiendi rem uſufructuariam. dic
aut queritᷣ de cura & ſolicitudine refectio
nis. & iſta ſimpliciter ꝑtinet ad uſufructua
rium. l. i. ī fi. uſufru. quemad. caue. & l. inter

fructuarium de dam.infec.&.l.i.§.fi.de no.
ope. noncia.& nō.Bar.quē oio uide in.l.co
tem ferro.§.qui maxios in pe.col.in fi.de pu
blica.aut queritur de impēſa .& tūc aut eſt
magna & pertinet ad proprietariū. aut eſt
ꝑua & ſpectat ad uſufructuariū .l. hacten⁹
& ibi nō de uſufruc.&.l.eū ad quē & ibi ꝑ
glo.& doc.C.de uſufruc.&.l.dāni infecti &
ibi nō. per gl. & illa eſt cōis opi.an autē ſit
faciēda drīa an uſufructuari⁹ hēat uſūfructū
ex cauſa lucratiua uel oneroſa, &. Flo. in.l.
hactenus uidetur dicere ꝙ ſit facienda dif-
ferentia .uz ꝙ habēs ex cā oneroſa nō tenea
tur ēt ad modicā per.d.l.ſi quis dominū &
l.ſi quis fundū .ff.loca.de quo dīc ut ifra di
cam i.xiii.q.Et qn̄ eſſet tāta īpēſa ut equiua
leret receptōni fructuū non teneatur uſu-
fructuarius quīa ego reputo eā magnā ipen
ſaz ar.l.qui cōcubinam.§. qui ortos de leg.
.iii.& per ea que nō.Bar. in.l. his uerbis.§.
idē teſtator eo.ti. Nono queritur ad quē
ſpectat refectio rei uſurarie.dic ut tex. nō.
& quod ibi nō.in.l.ſi domus de uſu & habi.
ubi fit alia diſtinctō quam i uſufructuario

Decimo queritur ſi locatus eſt fūdus uꝉ
domus ad quē ſpectat refectionis ipēſa/ dic
ad dominū locātē nō aūt ad conductorē.l.ſi
merces.§.uis maior.ff.loca.&.l.ex conducto
in prin.eo.ti.& uiđ tex.cū glo.īn.d.l.ſi mer
ces .§.conductor &.l.in ſumma & ibi per
Pe.Cy.& doc.C.de pig.Et ideo ſi ſtatutum
dicit ꝙ quilibet ante domuz teneatur ſolare
ſcolares uel alii domū conducētes nō tene-
buntur quia non poſſidēt.l.ſolet.ff.loca. &
ſi ſoluerēt poſſunt imputari locatori ꝓ pē
ſioue uel repetere actōe ex eo cōtractu &
ſi nō ſolueret poſſet ocupare domū.l.ediles
.ff.de uia pub.ſecudū Pe.Cy.& doc.in.d.l.i
ſumma & idem tenet R.ofre.in libello de
offici.iudi.ne aliquid fiat in uia pub.in fi.&
idē tenet Alber.de roſa ſecūdum odofre.in
ſuo opere ſtatutorū i prima parte queſtiōis
cxxxvi.& Flo.in.l.ſi pēdēte.§.ſi quid cloaca
rii & uide Pau.de caſtro in .d.l.ex conduc-
to in prin.ff.loca.& Bal.in.l.ob cauſaz đ ac
tio.& oblig.Et intellige p̄dicta qn̄ cōducto
res cogi poſſunt ad refectōem ꝉ ꝓgatōez
uie expenſis tn̄ pēſionis .ut.d.l.ediles.Item
ītellige ēt ſi qs grat⁹ habitet ſi purgatio ē
taꝉ ꝙ ꝑtineat ad utilitatē momētaneā ſec⁹
ad perpetuā.l.iiii.§.i.de impēſ.ſecūdū bar.
qui ita nō.in.l.ediles.Item adde ꝙ uiam de
ſtructā quis reperare ſeu reficere tenetur

quatēnus protendit latitudo ſue dom⁹ ſm
Ang.in.l.ſing.per illum tex.C.de edi. pri-
ua. Vndecimo querit̄ quid in emphiteo-
ta ſeu liuellario ſeu feudatario.dic cum iſti
poſſideāt & habeāt utile domini.l.i.§.q i ꝑ
petuū.ff.ſi ager uecti.uꝉ emphi.ꝑeta.&.c.i.
§.rei aūt in ti.de inueſti.de re.alie.fac.impē
ſa refectionis ſpectat ad eos nō aūt ad dn̄m
ut probat̄ in.l.ii.C.de iure emphi.& ibi h°
nō.p Alber.de roſa.& per eundē i ſuo ope
ſtatutorū in prima ꝑte.q.cxxxvi.& ideo in
inſtrumētis inueſtiture ſolet cōiter dici ꝙ
dn̄s dat ad meliorādū nō ad peiorādū.&c̄.
& idem eſt dicēdū in ſuꝑficiario eadē rōne
per.l.ſuperficiario cū ſe.de rei uēdi. Quid
aūt in re dotali.dic ut in to.ti.de impenſ.&
maxīe in.l.iii.§.i.& in.l.ꝙ dicit̄ eo.ti.& i.l.
diuortio.§.impendia cū ſe.ſo. ma. Duođ
cimo querit̄ quid ſi legant̄ fructus uel red
ditus alicuius fūdi uel domus ad quez ſpec-
tabit refectio in hoc debet conſiderari aut
intelligit̄ legatus uſuſfructus ꝓprie & tūc
dic ut dixi.s̄.in.viiii.q.aut nō cenſet̄ legat⁹
uſufruc.& tūc ſpectat refectio ad heredem
iſtud ꝓbat̄ in.l.fūdi trebaciani de uſufru.
lega.Quomodo aūt cognoſcat̄ an itelligat̄
tūc legatus uſuf.uel non uide glo.ordi. in.l.
ſi quis ita & quod ibi nō.per doct.ff.de uſu
fru.& in.l per ſeruū.§.i.de uſu & habita.&
in.l.idemqꝫ.uſufr.quēadmo.ca. Decimo-
tercio querit̄ an eccleſia & clerici teneant̄
ad reꝑatiōnē murorū ſeu refectionē & for
tiliciorū ciuitatis & pōtiū & uiarū & porta
rū & aq̄ductus & ſiꝉia.& dicas ꝙ ſic ut.l.ad
portus.C.de ope.pub.& ita tenet Azo.i ſū-
ma.C.de oper.pub.in prin.& Bal.in ti. de
pace conſtan.in.viii.colum.de quo uide ꝑ
glo.que aliter dicit & ibi per Bar.& omnes
doc.in.l.adminiſtrationem.C.de ſacroſanc.
& per Bal.in.l.qui pendentes de uſufruct.
in apoſtillis & ꝑ archi.xvi.q.i.iuxta & per
Anto.de but.& doc.in.c.non minus de im-
mu.eccle.& per Io.pe.de papia in primo li
bello in glo.in uerbo iure dominii uꝉ quaſi
in ultia colum.qui etiam tenet ꝙ ſic. De
cimoquarto querit̄ an eccleſiam parrochia
lez teneant̄ reficere layci parrochiāi an nō
clerici.dic ꝙ clerici ut.x.q.i. diſcernimus.&
nō.glo.xii.q.ii.quatuor & ibi per archi. &
uide omnino glo.xvi.q.i.ſi monachus & ꝑ
Inno.& omnes docto.& glo.in.c. de his de
eccle.edific.& per Alber .de roſat. in.l. ad
inſtructionem de ſacroſanct.eccle. De-

cimo quintō quērit ex ēdificatōe ēccl'ie acq
ritur iuſ paroāt⁹.ut in.c.qm̄ &.c.nobiſ de iu
re patro.nunquid ex refectione uel repara
tione etiam queratꝰ.uide ꝑ hoc glo.ordína.
in.d.c.qm̄ & ibi per omnes doc.& per alia ʒ
glo.magnā.de conſe.di.i.de fabrica. Deci
moſexto queritꝰ an tutor poſſit edificia pu
pilli collapſa & deformata reficere.& dic ꝙ
ſic.ut ꝓbatꝰ i.l.lex que tutores.C.de admi.
tu.& ibi hoc nō.ſali. Decimo ſeptimo q̄
ritur ad quē ſpectet refectio rei debentis ſ
uitutem.dic ut habetur ī.l.loci corp⁹.§.ſi qs
mihi ſi ſerui.uē.& in.l.& ſi forte.§.ēt eo.ti.
& in.l.refectionis.ff.cōia predi.& in.l.iter
ſi ſerui.uē.i.l.i.ī fi.de aqua plu.ar.& uide q̄
dixi ſupra de ſeruitute oneris ferēdi ꝯ.ſed
nūquid ille.& ꝙ ſupra dixi in prin.huius
libri i.viiii.q.prin. Decimooctauo q̄ritꝰ
an poſſit nūtiari nouū opus reficiēti edifici
um uel cloacā.dic regulariter ꝙ non.l.i.§.
ſi quis edificiū.&.l.de pupillo.§.ſi qs riuos
de no.op.nū. Decimonono & ultimo q̄
ritur.an refectio domus dicatur pia cā dicaſ
ut eſt caſus ſingularis in.l.ſi qs ꝓ redēptio
ne.§.fi.de dona.Ex quo nō.ꝙ fideicom.ſeu
executores teſtamentorū ꝓ relictis ad piaſ
cauſas.poſſunt diſpēſare ꝓ refectione ali
cuius dom⁹ cōbuſte ł ruinoſe quod ītellige
qn̄ dn̄s domus eſſet paup.ſec⁹ ſi eſſet diueſ
per nota.i.l.illud de ſacroſanc.ec.

## De ponticello.C. LX.

Onſueuerunt in multis ciui
C tatib⁹ & locis pōticelli ſeu pō
tes appēſi ſuper domib⁹ priua
torum pendentes ſuper uiam
publicam uel ſolū publicū.nūquid de iure
qs eos tenere poſſit uel de nouo fabricarꝰ.&
dicēdū eſt ꝙ nō regulariter ut ī.l.ii.§.tracta
tum.& ibi glo.ne quid in lo.pub.& i.l.fi.ne
quid ī flumi.pu.& i.l.fi.ī prin.& ibi Flo.de
ſerui.& in.l.qui ſellā.§.ī ruſticis.& ibi hoc
nō.ēt.Flo.de ſerui.ur.predio.niſi conſuetu
do eſſet ī contrarium.ut.l.an ī totū.de edifi.
priua.uel niſi hoc eſſet cōceſſū a pricipe uł
ſenatu uel adminiſtratore ciuitatis poteſta
tē habētis.l.ii.§.merito.&.§.ſi qs a pricipe.
ne quid in loco pub.& ī eadem.l.in prin.&
ibi per glo.& in.l.ꝓhibere.§.plane.& ibi ꝑ
Bar.ꝙ ui aut clam.uel niſi eſſet ꝑmiſſum a
ſtatuto.ut.d.§.plane ibi ſi uero lex munici
palis uel niſi eſſet preſcriptum ſcilicet ꝑ tā
tum tēmpus ꝙ nō ēxtēt mēmoria ī ꝯriū qa
tale tempus habet uim conceſſionis & pri
uilegii.ut ī.c.ſuper quibuſdam.§.ꝑterea de
ꝯ.ſig.in fi.& in.c.i.in fi de preſcrip.in.vi.ł
niſi eſſent facti pacicēte uicino & nemine
cōtradicēte nec ꝑtore ꝓhibente quia tunc
nō deberēt demoliri.ne urbs deformetꝰ rui
nis.l.ii.§.ſi quis nemine ꝓhibente nequid
in loco pu.&.l.fi.eo.ti.& nō.ꝑ glo.in.l.me
niana.C.d edi.pri.uł niſi eſſēt pōticelli ſub
ſtililcidio domus quatenus ſtillicidia inter
ſe ꝓtendunt eo tn̄ caſu quo ſolū ꝙ ē ſub ſtil
licidio ſit eius cui⁹ ē ſtillicidiū ſiue domus
ꝙ qn̄ ſit uide q̄ plene dixi.ſ̄.de ſuitute ſtil
licidii auertēdi in.viiii.q.& adde ꝑdictis q̄
dixi.ſ̄.de ſerui.ꝓtegendi ī.iii.q.& ſupra de
ſtillicidio ſiue tecto. Circa tn̄ ꝑdicta alitꝰ
cōſiderādo pōt ita diſtingui qn̄qꝫ pōticell⁹
trāſcēdit uiam.qa forte unus habet duas do
mos.& ī medio earum ē uia publica.an ſit
licitū eū habere quē pontem per queʒ itur
de una domo ī aliam.uel etiā ut qn̄qꝫ uidi ꝑ
talem pontē nō poſſit iri de domo in aliaʒ
tn̄ trāſcēdit totā uiā.& reqeſcit ī alia domo
ultra uiā & ſolum publicum.Et his caſibus
nō licet habere ut ē tex.ī.d.l.ii.§.tractatū.et
ibi glo.& bar.ne quid in loco pub.& ē tex.
apertus in.l.fi.eodem ti.& nō.Bar.in.l.quo
minus ī.xiii.q.d'flumi.& in.l.ſi duo.§.labeo
ꝑ illū tex.uti poſ.& Bal.in.l.lapilli in.v.co
lumna ꝯ.dicto de occupa.de rerū diuiſiōe
& nō.dominus do.de ſancto geminiano in
capitulo cum ex eo.de exceſ.prela.li.vi.et di
xi ſupra d ſeruitute protegēdi in.iiii.q.niſi
conſuetudo uel ſtatutū uel princeps aut ſe
natus aut preſcriptio hoc permitteret per
ea que.ſ̄.dicta ſunt qn̄qꝫ ponticellus n̄ trā
ſcendit totā uiā ſed pendet ſuper uia ł ſolo
cōi qn̄qꝫ nullū eſt de ſuper ſtillicidium &
idem eadē rōe quia eſt ſup cōi qn̄qꝫ ē ſtilli
cidiū deſup & tūc aut ponticellus ſe exten
dit ultra ſtillicidiū & idem eadē rōe aut pō
ticellus ſe nō extendit ultra ſtillicidiū ſed ī
tm̄ ł minus & tūc uidetꝰ ꝙ poſſit licite fieri
& teneri per.l.fi.§.fi.de ſerui.urba.predi.in
telligendo ꝙ lex illa locum habeat etiaʒ qn̄
ſolum ꝙ eſt ſub ſtillicidio ſit publicum.in
dubio tamen ego teneo contrarium uideliʒ
ꝙ per edificationem ſtillicidii ſuper ſolum
publicum edificans non efficiatur domin⁹
illi⁹ ſoli ut dixi ſ̄ ꝓ ſerui.ſtillicidii auertēdi
Sʒ orticellū & ſilꝰia ex quib⁹ nō timetꝰ dam
nū trāſeūtib⁹ bene poſſūt apponi ēt ſupra

ſolum publicū de quo dic ut dixi.ſupra de ſer. ꝓtegē.maxime in.v.q.& ꝑdicta ꝓcedūt niſi per ſtatutū ēēt aliter ꝑmiſſum uel de ꝯſuetudine aliter ſeruaretur ꝑ.d.l.an i totus .C.de edifi.priua.uel niſi hoc eſſet permiſſū a pricipe uel a ſuperiorē aut preſcriptū ut ſupra dixi. Quādo ponticelꝰ edificatꝰ non ſuper ſolo uel uia cōi ſed ſuper ſolo alieno priuato uel cōi cū uno priuato & tūc diſtigue i oibus & per oia ut ſupra dictuꝫ eſt qñ edificatꝰ in ſolo publico excepto quia ſi habet ſtillicidiū quatenꝰ ſe protēdit pōt pōticellū fabricare per ea que hñtꝰ in.l.fi.§.fi. de ſer. urba predio.de quo uide que plene dixi ſupra de ſeruit.ſtillicidii auer.i.viiii.q.& ſupra de ſerui.proteg.i.ii.q.uide que dicam infra de neceſario & camino. Sed circa predicta dubitari pōt quid ſi eſt licitū edificare ponticelū ſupra ſolū publicū ex cōceſſione facta a principe nel ſenatu aut ex gubernatōe ciuitatis uel ex conſuetudine uel ex forma ſtatuti & quis uult edificare dictiſ caſibus pōticellos ita latos & lōgos ꝗ iferūt damnū uel incomodum & impedimentuꝫ uicis ſeu trāſeūtibus cū plauſtris & aīalibꝰ oneratis. qui nō poſſūt cōmode ꝑtranſire uel etiam aliter nō poſſit huiuſmodi pōticellos edificare puto ꝗ ſit ita diſtiguēdū aut ex forma ſtatuti uel conceſſionis.aut cōſuetudinis non eſt certa forma pōticellos facēdi & tūc ſine dubio nō pōt quia huiuſmodi conceſſiones i dubio intelligūtur ſine dāno & incōmodo alicuius.ut eſt tex.ad hoc nō. in.l.ii.§.merito &.§.ſi quis a pricipe ne qd in loco pub.& ibi glo.allꝫat ad hoc mlta iura & probatur i.c.quāuis in fine & ibi notatur per glo.Archidiaconū & doc.đ reſcrip. in vi.& i.c.de his & ibi ēt.glo.extra đ priui. cū ſimilibus & hoc caſu tales pōticelli & ſimilia edificia que obſtant uſu publico đbēt deponi.ut ē tex.in.d.l.ii.§.ſi quis nemine ꝓhibēte aut eſt data certa forma edificandi & tunc ſubdiſtinguo aut illa forma ē generalis puta ꝗ quilibet poſſit pōticelos facerē per totā ciuitatē tā de lignis quā de lapidibus ꝓ libito.uolūtatis & tūc dicas idē ꝗ i ꝓcedenti quia i generali cōceſſione intelligitur ſemper ꝗ ſine dāno & incomodo.alteri us fiat .ut ē glo.nō.in.d.§.ſi qs a principe in glo. in pri.dū dicit neqꝫ ſic cōceditur.ſ.generali cōceſſiōe.&c.& allꝫat ad hoc iura aut illa forma cōceſſionis & licencie ē ſimplex quia dū ſimplr dicitꝰ ꝗ poſſint pōticelli fabricari ſuper ſolū publicū & idē dicēdū eſt quia ſi in generali cōceſſione ītelligitꝰ ſine incomodo & dāno alicuius multo fortius i ſimplici.pro hoc eſt tex.in.d.§.ſi quis a pri. in prin.dum dicit ſi quis a principe ſimpliciter impetrauerit ut in publico loco edificet & ibi glo.in prin.dum dicit generali cōceſſione uel ſimplici aut iſta forma cōceſſionis uel licētie ē ſpecialis puta ꝗ pōt fabricare quis pōticellos in tali cōtrata uel i tali domo & idē eadē rōe quia in dubio dicēdū eſt ꝗ cōcludens ītellexerit ſine iiuria & icomodo alicuiꝰ qa quotiēſcūqꝫ aliqd fieri permittitꝰ ita permitti oportet ut ſine iniuria cuiuſqꝫ fiat ut ē tex.nō. in.d.§. merito . aut forma eſt ſingularis puta ꝗ quis poſſit fabricare pōticelos ſupra ſolū publicū tāte altitudinis & lōgitudinis & latitudinis tunc ſecūdū formā illā poſſūt fieri ꝓ hoc ē tex. cū glo.nō.in.l.i.C.de edifi.priua.que ponit exēplū qñ ē ſtatutū certis modis edificādi ſicut eſt florētie & etiam glo. ſingularis in .l.qui luminibus de ſer.urba.predio.in pri. puto tamē ꝗ hoc caſu ītelligatꝰ talis cōceſſio ſingularis ſine incomodo alterꝰ per ꝑdicta iura & per hāc rationem quia i dubio cōceſſio quātūcunqꝫ ſpecialis & ſingularis ſēper ītelligitꝰ ſine damno & iomodo alterꝰ niſi i cōceſſione dicatꝰ exꝑſſe etiam ſi hoc faciat damnū uel incomodū alteri ut ē tex. q hoc ibi uult in.l.ii.§.ſi quis a pricipe ibi niſi hoc impetrauerit & iſto modo debꝫ limitari dicta glo.uidelicet in.l.i.de edifi.pri.& in dicta.l.qui luminibus & ſic nō.ꝗ i oibꝰ predictis caſibus ītelligitꝰ cōceſſio uel licētia edificādi i loco pub.uel ſupra ſolū publicū ſine damno & icomodo alterius niſi expreſſe dicatꝰ ēt cū damno & icomodo alterius.Et predicta conceſſio.ſ.ꝗ poſſit edificari cum icomodo & damno alterius ualet ut eſt tex.in.d.§.ſi quis a pricipe ſed intelligitur de damno ſiue incomodo paruo ut ibi nō.aut de maximo ſiue magno ar.l.quotiens de ꝑci.ımpa.offe.&.l.ſi quis ſepulchrū. in prin.de religioſis & ita debet intelligi.l. ſeruitus.§.idem ſeruitus & ita tenet ibi glo. & in.d.§.ſi quis a principe in ꝟ.impetrauerit ſecūda ſolutione quā puto uerā facit ad hoc quod no.bar.in.l.quo minus in.xii.q.đ flumi.niſi in conceſſione fuerit dictuꝫ etiā cū maxio damno uꝫl icomodo alterꝰ iuxta no.in.d.l.quotiēs.Quomodo autē dicatur maximū uel magnū uel paruū icomodum

uel damnū dic arbitrio iudicis ar.glo.no. in .§.ꝑtio.i.ꝟ.diffinierit.iſti.de ↄhen.emp.facit.l.i.§.i.de iure deli.&.c.de cauſis de offi. delega. Item quero quis dicaᷓ damnum pati. dic qn̄ quis comodū amittit ꝙ ex publico cōſequebaᷓ tale quale ſit.& iō ſi cui ꝓſpectus ſi cui aditus ſit deterior ſi anguſtior dicitur dānuꝫ pati.& agere pōt.ut eſt tex. in.d.l.ii.§.merito i ꝟ.damnū & intelligo ſiue iſtud damnū cōcernat publicā utilitateꝫ ſiue priuatā.quoniam loca publica priuatorum uſibus deſeruiūt iure.ſ. ciuitatis non quaſi ꝓpria cuiuſqꝫ.ut.d.l.ii.§.i. que omnia ſingulariter tenementi.non ſolū ꝑ pōticellis .ſed.etiā ꝑ quibuſdā aliis edificiis factis i loco publico. Quid aūt ſi ſtante ſtatuto ł cōſuetudine ꝙ pōticelli poſſint fieri ſuper uiā publicā & duo ſunt unus ex una ꝑte ſtrate.alius ex alia.an poterit qlibet eorū ſe extēdeᷓ ad medietatē ſtrate cū pōticellis. dic ꝙ ſic.& non ultra ſicut dicitur i alueo & i aqua cōmuni.& in ſua .ut inſtituta.de reꝝ diui.§.inſula.& ita tenet Bal.in.l.lapilli i ultima colum.de reꝝ diui.Et ex hoc nō.ꝙ ubicunqꝫ eſt permiſſum ſupra ſolū publicum edificare pōticellos.nō eſt licitu edificare niſi uſqꝫ ad medietatē ſoli publici i medio exiſtētis .& idē ſi poſſit edificari ſupra ſolū cōmune.ꝙ ē nō. Itē qd ſi ꝓmiſi tibi dare uiā ad fundum tuū per fundm meum an ſupra uiam poſſiꝫ facere pontē.dic ꝙ ſic ſi tibi non nocet uel ēt ponticellū.& mihi ꝓdeſt.l.hoc iure.§.ſi.de aqua coti.eſti. quia ſolū ē meum.& non tuū.& ſupra meum. edifico .& tibi non officio.ambulabis ergo ſubtꝰ pontē ł ponticellū meuꝫ & ſatis eſt tibi.qa nō i plus teneor.ita dicit Bal.et bene i dicta.l.lapilli.in penul.q.qui dicit ꝙ ita de facto uidit florētie. Dictū ē ſupra nūqd ponticeli poſſint edificari ſupra ſolū publicum uł priuatum.ſed an quid poſſit edificeri ſupra ſolum cōem.per unuꝫ ex ſociis.& dicas ꝙ nō ut.l.ſi duo.§.labeo & ibi hoc nō Bar.uti.poſ. Sed quid ſi habeo ab utraqꝫ parte uie unam domū & pontē ſupra ſollū publicū uel etiam ſupra priuatū.uel cōem. in caſu ꝓmiſſo.an ſi uendo unam domū de domibꝰ meis.uidear uēdere pontē q requieſcit i alia domo.uide.l.ꝙ conclaue.de dam infec.& ꝙ ibi nō.Bar.& doc.& ꝙ nō.Bal.in dicta.l.lapilli.in.ul.col.Vltimo adde ꝑdictis que dixi ſupra de ſeruitute ꝓtegendi.in.vi. .q.& predicā in ſequenti ti.de menianis.



m Eniana dicūtur ſolaria ſeu ponticelli q ſunt i muro & ita ꝓiecti ſeu emiſſi ꝓuehunᷓ ut nunq̄ requieſcāt.ſicut & ſunt ſubgrūda ut ē tex.i.l.malū.§.i.de ꝟbo.ſig.&.l.ii.§. cum qd & ibi glo.ne quid in loco pub.& i .l.meniana.& ibi glo.ii.i prin.C.de edi.pri. & dicuntur meniana a menibus ut no.glo. in.d.§.cum quidē. Differūt auteꝫ meniana ab immiſſis qa meniana ut dixi ita prouehūtur ut nō requieſcāt i alia parte immiſſa q̄ ita ſunt ut i aliquo loco alieno reqeſcāt ueluti tigna trabes que mittunᷓ ut ē tex.in dicta.l.malum.§.i.& nō.glo.i.l. ſeruitutes q̄ in ſuperficie.§.i.& ibi ēt per alber. de roſa. de ſeruituti.urba.pre. Pro declaratione huius materie quero de qbuſdā. Primo qs uult edificare menianum i muro ſuo uerſꝰ domuꝫ uicini priuatam.uel uerſus edificiū publicum quantum ſpatium debeat dimittere dic aut edificat uerſus edificiū priuatū &.x.pedes debet dimittere liberi aeris aut uerſus edificium publicum .& tunc debet dimittere interuallum.xv.pedum ut ē tex. in dicta.l.meniana.& ibi hoc tenet glo . & idē tenet glo.i.l.impatores de ſerui.urba.ꝑ. & facit ad hoc tex.cū glo.i ꝟ.xv. pedibus i .l.i.C.de aqueduc.li.xi.& plus uult illa.l.meniana ꝙ ſi quis uult edificare edem i domo uerſus ſolū publicū debet dimittere ſpatiū decē pedum ut patet ibi quē inter capēdis modū edificatoris &c̄.& ſi cōtra fiat illud ꝙ edificatū eſt debet detruncari & fabrica dono fiſco aſſignāda ē que.l.eſt intelligēda qn̄ tale edificiū fieret uicino neſciēte uel ↄdicēte ſecus eo ſciente & paciēte qa tūc deſtruere nō compelleretur ar.l.prius de mō. inſe.&.l.q bona.§.ſi quis iuſuꝫ de dam.iſec. & ita tenet glo.in.d.l.meniana.facit ad hoc .l.ſabinus communi diui.Item.l.meniana ē itelligenda ſecūduꝫ Ang.ibi qn̄ ex obiectu alicuius edificii laboraᷓ ſecus ſi a latere qa tunc illud interuallum non requiriᷓ &.iō dicit ꝙ uidemus habitatores domorum habere edes communes a latere.ſꝫ dicit gl.pe. in ꝟ.xv.ꝙ illa.l.non ſeruatur.& uerum dicit ꝙ non obſeruaᷓ in q̄tū loquiᷓ de meniano uel alio edificio facto iux̄ aliud priuatū ſed ſeruaᷓ diſpoſitio.l.ſi.finium reg.lꝫ glo. dixerit i.d.l.meniana ꝙ illa lex loqᷓ qn̄ edificaᷓ iuxta agrū uel ſepem quā ego non te

neo ut dixi.s̄.d̄ pariete ſiuē muro circa pri.
ſ; in quãtũ loq᷑.d.l.miana qñ edificat᷑ iux
ta edificiũ publicũ puta muros ciuitatis uel
horrea publica tũc debet dimitti ſpaciũ.xv.
pedũ.ut ē ēt tex.in.l.ſi cui & ibi glo.iii.C.de
edifi.priua.& dicit Ang.ꝙ ita obſeruat᷑ qa
iuxta muros ciuitatis uel caſtri nõ ꝑmitti᷑
edificari niſi tãta latitudine ĩtermiſſa ad hᵒ
ut nihil mali uł ſiniſtri ex cogitari poſſit ut
proter ꝑiculũ incẽdii & ruine ut ibi & ꝓdi
mẽti quia habens edificiũ ſuũ iuxta muros
ex parte ſui poſſet clam murũ ſuum perfo
rare & ingreſũ dare hoſtibus.& ita dicit ſe
plures uidiſſe & audiuiſſe ſubdit tñ ꝙ in q
busdam locis hoc nõ ſeruat᷑.tu dic ſicut ē in
ciuitate neapolis.ſed hic iciuitate padue bñ
ſeruatur.ſtãdũ eſt itaq; in hoc cõſuetudini
ut in.l.i.&in.l.an.in totũ.C.de edi.priuat.
Vbi aũt nõ ſit aliqua cõſuetudo an ſit ſtãdũ
illi.l.meniana uidet᷑ ꝙ non quia ſicut que
ſtio glo.dicit ita ſeruatur de cõſuetudine qa
hẽt᷑ pro lege.ut hẽtur ĩ aũt.hoc locũ.C.ſi ſe
cundo nup.mu.& ꝑ bar.in.l.titia cu; teſta
mẽto.§.fi.de leg.ii.ita uidetur ſeruari cõtra
qñ glo.dicit ꝙ nõ ſeruatur cõſuetudine &
maxĩe quia uidetur ꝙ lex tollatur ꝑ cõſue-
tudinẽ.ut tenet glo.inſti.in prin. ꝓhemii.
in.§.igitur.ff.de conſuetudine & ĩ.l.de qbꝰ
de legi.& glo.in.c.ſi terra extra de priui.&
uide ad hoc glo. optimã.xv.q.fi.c.cũ multa
in ff.cum dubio in fi.Ego aũt teneo ĩ hoc ꝯ
trariũ qa lex ꝑ decõſuetudine nõ tolli᷑.l.
fi.in prin.& ibi nõ.Cy.C.de iure do. impe.
ſed per contrariã cõſuetudinẽ bene tollitur.
& ideo ego in hoc ſic cõcluderẽ aut queri-
mus de edificio ꝙ fit iuxta edificia publica
ubi nõ ſit aliqua conſuetudo certa & tunc
puto ẽẽ ſtãdum.d.l.ſi cui.C.ed edifi. priua.
ex quo arie ut dixi obſeruatur de cõſuetu
dine.aut q̃rimꝰ de edificio priuato ꝙ fit iu-
xta edificiũ priuatũ & tũc nõ ē ſtãdum.d.l.
meniana ſiue edificiũ fiat ex obiectu alteri
us ſiue ex latere quia nullo caſu hoc ſeruat᷑
& ideo ſtãdũ ē deciſioni.l.fi.fi.regũ.d' quo
dic ut dixi ſupra de pariete ſiue muro Con
cludo ergo ex predictis ſi queritur quãtum
debeat diſtare menianu; ſeu aliud edificiũ
ab alio edificio priuato uel publico aut con
ſtat ex ſtatuto ł cõſuetudine ſuper hoc diſ-
ponẽte & illis ſtãdũ eſt.ut.l.i.&.l.an in to-
tũ.C.de eifi.priua.& nõ.per glo.in.rꝰica in
fi.C.que ſit lon.conſu.que loq᷑ de portici-
bus aut nõ cõſtat de conſoetudine ł ſtatu
to & tũc ſi queri᷑ qñ edificat᷑ iuxta edificiũ
publicũ & ſtãdũ eſt deciſioni dicte.l.meni
ana &.l.is cui.C.de edifi.priua.aut de edifi
cio ꝙ fit iuxta aliud edificiũ priuatũ & tũc
ſeruat᷑.l.fi.fini.regun.Secundo principali᷑
queri᷑ an quis poſſit ſuper meniano ſiue ſo
lario aut põticelo extẽdere pãnos ſeu lintia
mina aut alia ſi ꝑ que aufferat lumen uici-
nis in hoc ſic diſtingue aut uult ponere in
ſuo tm̃ ita ꝙ ſe non protendit extra ut puta
uult extendere in altũ.ut faciunt illi q hñt
põticelũ ſupra tectũ ut ē uenetiis & maxĩe
per ẽptores & ſicut cõiter ĩueni᷑ i ciuitate
neapolis & põt quia quatenus durat ſolum
ſuũ põt edificare & ponere & facere regula
riter quicquid uult uſq; ad celũ.l.fi.in prin.
de ſerui.&.l.ſi uitem in.§.pe.ꝙ ui aut clã &
probat᷑ i.l.i.§.pe.& ibi glo.eo.ti.ẽt ſi ex hoc
tolleret᷑ lumẽ uicio niſi hᵒ faceret i deſpec-
tũ uicini uel ad eiꝰ emulationẽ ut.l.opus cũ
glo.de opi.pub.i dubio.non ꝑ̄ſumi᷑ malus
aĩus ut ē glo.nõbilis ĩ.l.fluminũ.§.fi.d' dam.
ĩfec.circa ꝙ uide que dicã ĩ ſequeti ti.ff.ſi.ſe
cũdo.fallit ſi uellet aut quis uult ponere.s̄.
ſuo & extendere ultra ſuum.ſicut qñ quis
ſuꝑ uno ligno extendit linteamina uł ſimi
lia q̃ protendunt extra menianũ uł ſolariũ
uel feneſtra;.& tunc aut uult extendere.s̄.
ſolũ uicini & nõ põt per dictam.l.fi.in prĩ.
de ſeruituti. cum aliis ſi . ſupra allegatis.
aut uult extendere ſupra ſolum publicum
& tũc aut nõ fit damnũ aliquod uicinis uł
tranſeuntibꝰ & tũc põt quia ita ſeruatur ut
ibiq; de conſuetudine.aut fit damnũ uicio
puta quia aufert ſibi lumen exemplum.

Quis uult extendere pãnos a latere me
niani ſeu ponticelli uerſus feneſtram uici-
ni ex obiecto ita ꝙ eius lumen obſcuret uł
ĩgreſſũ ſolis aufert uł quis uult extẽdere pã
nos ꝑ directũ ultra menianũ uel feneſtra;
ab alio latere eſt feneſtra uicini que ꝑ hoc
obſcuraret᷑ uel ſi quis habet ſolariũ ſuꝑius
& ꝑs inferior eſt alterius & ſuperior uult
extendere pãnos ſuꝑ põticello ab extra ſu-
ꝑ lõgitudine q pãni pẽdentes deſcendunt
extra ponticellũ ita ꝙ auferrẽt lumẽ uel ſo
lem feneſtris ꝑtis ĩferioris & iſtis caſibus ñ
põt ut ē tex.qui ĩ omnibus iſtis caſibus põt
exemplificari ĩ.l.ii.§.cũ quidam ne quid in
loco pub. Tertio principaliter queritur
q̃ actio cõpetat contra ꝓtẽdentes huiuſmõi
pãnos dic utile ĩterdictũ ne quid ĩ loco pu.
immittas ut ē tex.i.d.§.cũ quidã & ideo cõ

petit utile et non directum quia in ſuo ñ
in publico facit licet in publico ꝓtendatur
ut nõ.ibi glo. ĩ ꝟ.utile. Vltimo circa iſtã
materiam adde que dixi ĩ ti.precedẽti.& ſu
pra de pariete ſiue muro poſt prin.& de ſ
uitu.tigni ĩmittẽdi in.vi.q.

## De feneſtra.C LXII.

u

Ideamus primo an quis in ſuo
poſſit feneſtrã facere etiam ſi p
eam iſpiceret ĩ fundũ uicini &
dicendũ eſt ꝙ ſic regulariter ut
ꝓbatur ĩ.l.altius in prin.C.d' ſer.& aqua &
ibi hoc nõ.Bal.& doc.& eſt ratio quia in re
ſua quis põt edificare dũmodo non mittat
in alienũ etiã ſi noceat uicino.l.fluminum
.§.fi.cũ duabꝰ ſequẽ.de dam. infec. in re.n.
ſua quilibet ẽ moderator & arbiter.l. in re
mandata.C.man.& intellige ẽt ſi quis habe
ret murũ iuxta fundũ uicini factum iã cen
tuꝫ annis & in eo nunquã fuerũt feneſtre
qa põt dñs feneſtram facere ar.glo.nõ.in.l.
q luminibus de ſerui.ur. pre.quia lꝫ murꝰ
ille ſteterit longiſſimo tẽpore ſiñ feneſtris
non propter hoc tollitur dño facultas ĩpas
faciendi niſi quãdo uoluiſſet facere & per
uicinuꝫ fuiſſet impeditus & ꝓpter hoc d'ſti
tiſſet per.l.hec aũt iura cum ibi nõ.de ſui.
ur.pre.Sed iſta regula ꝙ quis doſſit in ſuo
murum facere ĩuito uicino fallit in quibuſ
dã caſibus. Primo qñ eſſet impoſita ſer
uitꝰ ut in tali muro nõ poſſet fieri feneſtra
Nã poſſum tibi cõſtituere ſeruitutẽ ut non
poſſim in meo facere feneſtrã per quã ĩ do
mo.tua proſpicere poſſim ut ẽ caſus in.d.l.
altius ſecundum unaꝫ lec.in uerbo pariete.
.C.de ſeruitu.& ibi nõ.Bal.qui dicit ſe hoc
uidiſſe de facto in ciuitate Peruſii in domi
bus que nunc ſunt comitis al's dñi Iuliani
& idẽ tenet Pau.de ca.in.l.quotiẽs de ſuitu.
ti.generali ubi dicit ꝙ talis cõuentio ualꝫ ſi
tua intereſt ꝓpter honeſtatem qm̃ nõ poſ
ſes uti domo tua libere cum hoĩes nolint in
oĩbus uideri.& iſte caſus poterit cõtingere
quotidie inter fratres diuidẽtes inter ſe do
mos.pro hoc etiã facit.l.uenditor in prin.co
munia p̃dio .& ꝙ ibi no.Bar.per illũ tex.q
dicit ꝙ ſi ego uẽdo tibi aliquam domum cũ
pacto ꝙ non poſſis exercere talem artẽ ua
let iſta conuẽtio ut obligeris tu & heredes
tui lꝫ iſta nõ ſit ſeruitꝰ cũ nõ ſit p̃diũ dñas
de quo dic ut dixi ſupra de ſeruitu. ꝓiciẽdi
in.iii.q. Secũdo fallit ſi uellẽ in meo face
re unam feneſtram in loco in quo eſſe non
cõſueuit qñ facerem hoc ad emulationẽ uel
deſpectũ uicini puta qa uellẽ uiderẽ omnia
ſecreta ſua per.l.opus cũ ibi nõ.de oper.pu.
& ita tenet pe.Cy.& pau.de ca.ĩ.d.l. altius.ĩ
dubio tm̃ non eſt preſumẽdum ꝙ faciat ad
emulationẽ uel deſpectũ ut eſt glo.nõ.in.l.
fluminũ.§.fi.de dam.infec.niſi qñ per eam
poſſet uideri ſecreta uicini & nullã ex hoc
faciens feneſtrã perciperet utilitatem quia
tunc crederem ꝙ hoc faceret in deſpectũ &
ita ſentit pau.de ca.in.d.l.altius.puto tamen
ꝙ hoc ſit remittendũ arbitrio iudicis q ꝯſi
derabit qualitatẽ uicinoꝝ ſi ſunt amici l' nõ
& maxime qualitatẽ facientis feneſtrã & ſi
ueriſimiliter feciſſet eam ẽt ſi eſſent amici
ar.l.i.§.i.de iure delib.&.c.de cauſis de offi.
dele.&.l.iii.§.i.de teſti.cũ ſi.& ſi faciẽs fene
ſtram ẽ ſolitꝰ facere ideſpectũ uicini tũc ꝯ
euꝫ ẽ preſumẽdũ ar.l.non omnis.§.a barba
ris de re.mili. Q uibus adde omnino q̃
dixi ſupra de ſolo ſiue area ĩ.v. fallentia ꝟ.
ſꝫ dubiũ ẽ. Tertio fallit qñ quis habet pa
rietem iuxta domũ ul' ortũ cuiuſdã puelle
ul' religioſarũ ul' monialiũ ut poſſit uidere
illã puellam aut moniales aut religioſas qa
ſi hoc faciat ad inhoneſtatem ul' emulatõeꝫ
hoc nõ põt ar.d.l.opus de op.pub.& .l.i fũ
do de rei uẽ.ibi dicit̃ ꝙ maliciis hominum
obuiãdum ẽ & ita tenet Cy.ſecũduꝫ Pe.quẽ
ſequit̃ Bal.& communiter doc.in.d.l. altiꝰ
.C.de ſeruitu.quod bene nõ.contra uicinos
edificãtes ad deſpectum alterius uicini qa
ſi hoc faciunt ut noceant non poſſunt etiaꝫ
in ſuo ſecus ſi faciunt principaliter ad ſuaꝫ
utilitatem licet noceat quia tunc poteſt ut
nõ.in.d.l.fluminũ.§.fi.de dam.infec.& hoc
uult etiam Pau.de ca.in.d.l. altius. Nunc
dicamus an quis poſſit facere feneſtram in
muro communi ignorante uel inuito ſocio
& dicas regulariter quod non ut probatur
in.l.quidam yberus de ſerui.ur. pre. & ibi
hoc nõ.Ang.& docto.& idem nõ.Ang. in
.l.inter quos in.iiii.columna uer.ex his ĩfer
tur ꝙ in pariete de dam.infec.dicens quod
ratio eſt quia per eam puta feneſtram mu
tatur facies puta parietis & debilitatur pa
ries & per conſequens nocꝫ. ſocio.& idem ĩ
effectu tenꝫ Bal.in.d.l.altius in.ii. no.C.de
ſeruitu.& Pau.de ca.in.l.quociens de ſerui
tu.& ĩ.l.pariete in fi.de ſerui.ur.pre.& in.l.
pe.que incipit eos eo.ti. Dixit tamẽ nõ.

Pau.de ca.in.d.l.eos ꝙ ſocius pōt ī re cōi fa-
cere feneſtrā uel aliquid aliud quod alterat
rem niſi aliquod afferat nocumenuʒ ꝑ.d.l.
qdā iberus &.l.fi.in prin.de ſer.urba.ꝑdio.
Quod nō credo ēē uerū indiſtincte quia
uix pōt ēē quin afferat dānuʒ uicino ſi al-
terat parietē ut dixi.s̄.ſecūdū Ang unde in
hoc puto ſic ēē diſtinguēdū Aut murus eſt
cōis quo ad oīa qa ſic actū fuit iter eos & po
teſt.aut iter eos ē cōis quo ad certū uſuʒ tan
tū puta ꝓ diuidēdo ortū cōem & tūc nō po
terit facere feneſtrā ī muro uni⁹ ex ſociis ꝑ
ea que dixi ſupra de pariete ſiue muro ī pe.
q.℣.occurit mihi.aut eſt cōis ſimpliciť &
tunc aut faciendo feneſtrā facit dānū muro
cōi & non pōt.d.l.quidā iberus in prin.aut
non facit damnuʒ muro ſed pōt reſpicere ī
domuʒ uicini de pn̄ti uel futuro ſi ī area ui
cini poſtea edificaretur domus & non pōt
eadem rōe ut per regula ʒ.l.ſabin⁹ cōi diui.
aut nullo modo facit dānū nec facere poteſt
qa murus ē fortiſſimus & ſic ꝑꝑ feneſtraʒ
alterari nō pōt nec ēt ꝑꝑ dcāʒ feneſtrā pōt
fieri ī terra ſeu fundo uicini nec de pn̄ti nec
ī futurū ita ut ſocii nullo modo interſit nec
intereſſe pōt & tunc equuʒ eſt diceř ut poſ
ſit ar.d.l.quidā iberus .§.fi.&.d.l. fiſtulaʒ.§.
pe.& ar.glo.in.l.ſabiu⁹ ī prin. ꝑalľatto aut
ſumus in dubio ſi nocet uel nocere pōt &
tunc.ſtanduʒ eſt regule .d.l.ſabinus q̄ dicit
ꝙ ī re cōi melior ē conditō prohibentis .Et
predictis adde q̄ plene dixi ſupra de ſcalis
℣.qd aūt dicēduʒ & q̄ dicā īfra de camino
& de neceſſario & de ſolario .Sed circa pre
dicta uidi dubitari quia unus ex ſociis pōt
murū cōeʒ altius tollere.ut dixi.s̄.de parie-
te ſiue muro ℣.tertio principalitet ē uidē-
duʒ &c̄.an illie qui altius tollit murū cōem
poſſit ī muro ēlleuato feneſtrā facere & ꝓ
ſua tātū utilitate & iſta.q.dependet a ꝑdic-
tis naʒ murus cōis altius elleuatus ꝑ unum
tm̄ ex ſociis efficiť cōis.ut ē caſus in hoc ꝙ
dictus.§.ſi ex tribus ſecundū unam lec.glo
de ſerui.urba. predi. & tenet Bar.Ang. &
Flo.& doc.in.d.l.quidā iberus.& dixi ple-
ne ſupra de pariete ſiue muro.℣.tertio pri
cipalr eſt uidendū.Ergo in caſibus ī qbuʒ
in muro cōi pōt fieri feneſtra per unum ex
ſociis tm̄ in illis caſibus poterit muruʒ elle
uans in eo feneſtrā facere & nō alius ut pa
tet ex predictis quia ſepe cōtigit ꝙ unus ui
cinus elleuat murū cōeʒ & facit feneſtram
uerſus uicinū a latere ſupra culmen ipſius
uicinī cōiter tn̄ uidi obſeruari cōtrariū in
facto quia indiſtincte dicte feneſtre fiūt &
maxīe in ciuitate uerōe ubi infinitis domi-
bus elleuatis hec feneſtre reperiunť & ita
fuit alias iudicatū & ubi eſſʒ conſuetudo ī
hoc illi ſtādū eſſʒ ut dictū ē ſupra dꝰ menia
n̄is & predicta intellige in muro cōi ꝓ īdi-
uiſo ſecus ſi eſſʒ pro diuiſio communis qa
tūc quilibʒ poſſʒ partē ſuā elleuare & ī ꝑte
ſua feneſtraʒ facere ſicut quis pōt in muro
proprio edificare regulariter ut eſt ꝓdictuʒ
ſupra in prin.Et hoc qn̄ groſicies muri pa-
tereť ut nō.Bar.in.l.damni.§.cum pariete
de dāp.infec.& dixi.s̄.d̄ pariete ſiuē muro.
ſed poſito pro conſtanti ꝙ dicte feneſtre in
muro altius elleuato fieri poſſunt per unū
tm̄ de ſociis ſiue de iure ſiue de conſuetudi
ne ut qa tāto tēpoř ibi fuerit aꝑte ꝙ īducta
ſit preſcriptio ꝙ ibi ſtare poſſint an ſi alter
uicinus ſocius uult eleuare domū ſuam iux
ta dictū murū prius eleuatū & ponere cul
mē dom⁹ ſue equaliter cum culmine dom⁹
uicini uel etiam ſupra an poſſit obſcurādo
dictas feneſtras uicinī ipſo iuīto & uideť
quod ſic.l.cum eo de ſeruitu.&.l.eos eodem
ti.& ꝑ.l.altius.C.eodē ti.& licet illa.l.altius
loquatur ī edificāte ī ſuo tantuʒ tn̄.d.l.cū eo
&.d.l.eos loquūť generaliter inquocunqʒ
edificante ſiue in muro proprio ſiue in cōi
.l.i.§.& generaliter de lega. preſtā. cum ſy.
maxime cū uideať eſſe eadem ratio quia ꝙ
ꝯmune ē pro eo iure.ꝙ ad me ſpectat meū
eſt.l.pupillus.§.fi.de uer.ſigni.& audio qď
ita de facto ſeruať uerone.In contrariuʒ ui
deť ꝙ nō poſſit.Nam cum ille murus prīo
eleuatus ī quo ſunt feneſtre ſit cōis uidetur
ꝙ alter ſocius n̄ poſſit edificare domū ſuaʒ
que eſt a latere claudendo uel obſcurando
dictas feneſtras quia regula eſt ꝙ ſocius in
uito ſocio non pōt aliquid edificare ī muro
cōi propter ꝙ fiat damnū aut īcomodū alii
ſocio.l.ſabinus cōi diui.& nō.Ang.& doct.
in.d.l.quidā iberus & pro hoc uide q̄ dixi
ſupra de ſeruitu.ne luminibus officiatur in
vii.q. Ego autem teneo primam partē ui
delicet ꝙ poſſit maxime per iſtam rationē.
Nam cū ille.murus ſit principaliter deſtīa
tus ad recipiendū tigna uel culmen domus
poterit elleuari domus ſua depreſſa ēt ob-
ſcurando lumina alteri⁹ uicini per.l.ſi cōes
edes & quod ibi nō.cōi.diui.& quod nō.in
.l.ſabinus ꝑ glo.eo.ti.& ideo ſi eſſet iam edi
ficata domus utriuſqʒ.uicini ſuꝑ dicto mu-

ro & unus ipūꝫ prius elleuaſſet & alter poſ
ſet eū iterū eleuare ēt obſcurādo lumina ui
cini qui prius elleuauit & in muro elleuato
feneſtras fecit. Naꝫ ſi aliter dicerem⁹ tollerē
ē ſibi ꝑ directuꝫ poteſtas altius tollendi do
mum ſua & utendi re ſua & cōi ad uſuꝫ de-
ſtinatū que eſſet contra predicta iura. ſed
ubi murus nō eſſet deſtinatus ad edificium
domus ſed forte ad diuidēdū tātū & uni ꝑ
miſſum eſt ut in muro elleuato ſuꝑedificet
domū tūc alter nō poterit nō tm̄ reficerere
feneſtras ſed ē quia nō poterit uti re cōi ad
uſuꝫ nō deſtinatū maxīe nocēdo uicio per
nō. per glo. i. d. l. ſabin⁹ & qa cōceſſio ibi fac
ta pri⁹ nō dꝫ tolli ſibi ſine facto ſuo ꝑ r̄gu
lam. l. id quod noſtruꝫ de reg. iu. quod bene
nō. quia cotidie de facto contigit. ſupereſt
nunc ut dicamus ſi qs pōt facere i alieno fe
neſtrā. domino inuito & dicas breuiter ꝙ
n̄ niſi eſſet impoſita ſeruit⁹ ꝙ fieri pōt ut ē
caſus ſecundū unā lec. glo. in. l. altius. C. de
ſeruitu. de quo uide que dixi ſupra de ſer.
tut. luminū ℞. Item ē alia differentia &c̄.
Vltra ꝑ̄dicta pōt queri an ſit licitū facere
feneſtrā de ligno ꝙ dicitur balconus & ip̄ꝫ
aperire in publico ſupra ſolū uicini & dic
breuiter ꝙ ſic ut dicitur de ianua qa quate-
nus ſe ꝓtēdit ſtillicidium pōt ultra n̄ ut ꝓ-
batur in. l. fi. §. fi. & ibi nō. per glo. de ianua
de ſeruitu. ur. pre. de quo dic ut dixi ſupra
de hoſtio ſiue porta. Itē queri pōt ſi pro
miſi uicino ſub certa pena non facere fenes
ſtrā i muro domus mee & poſtea illam do
mū uendo an emptor poterit facere fene
ſtraꝫ uideī ꝙ ſic quia iſta non fuit ſeruitus
ſed obigatio quedā perſonal̄is ꝙ apparet
ex forma obligationis ī qua non cōtinetur
cauſa quare promiſi. Si eniꝫ cauſa aliqua ex
primer̄tur puta ne aliquis uſus uicini impe
diretur tunc ſeruit⁹ preſumeretur ita dicit
Spe. i ti. de emp. & uendi. ℞. ſed pone cauit
& Flo. refert in. l. ut pomū in prin. de ſuitu.
& uide nō. in. l. iii. §. opus & ibi Bar. de alie
na. iudi. mu. cā fac. & in. l. fi. de no. op. nun.
& in. l. fi. de contraben. emp. Et uide oio
dictū Pa. de ca. ī. l. pe. que incipit lutius titi⁹
de ſer. ru. pre. & in. l. ii. §. iteꝫ ſi ī facto circa
mediū de uer. obli. ℞. adde quod dixi. Spe.
ubi idem tenet & uide omnino que dixi. ſ̄.
in prin. huius libri in illa qōe quomodo co
gnoſcaī an ſint ſeruitūtes reales uel ꝑſona
les ubi plene hoc examinaui. Item q̄ri
pōt an dn̄s dom⁹ poteſt obſcurare lumina

domus locatē alteri uel ī qua alius habꝫ uſū
fructum de domo locata dic ꝙ non licet do
mino obſcurare & ſi obſcurareī etiaꝫ ab ex
traneo ēt dominus tenereī. l. ſi merces. §. fi.
ff. loca. & ibi uide no. & idē tenet glo. i. l. is
qui binas & ibi no. doc. de uſufru. De do
mo uero ī qua alius habet uſumfructuꝫ dic
aut dn̄s pleno iure uult edificare in ſua do-
mo propria & pōt licet obſcurareī domus
uſufructuarii. d. l. is qui binas edes aut uult
edificare in domo in qua alius habet uſum-
fructū. & non pōt ut no. ibi Flor. & uide. l.
gaius alias incipit binas de ſerui. ur. pre. &
quod no. ī. l. i. §. fi. ſi uſufr. pe. Et adde qđ
uſufructuarius pōt bene feneſtras aperire
fundi fructuarii tex. eſt in. l. equiſſimū. §. ſꝫ
ſi ediū de uſufru. Sed non pōt claudere ut
eadem. l. §. nerua & ibi hoc no. gl. i ℞. obſcu
rare & no. glo. in. d. §. ſed ſi ediuꝫ. Quid
autē ē dicēdū de feneſtris uitreis ligneis &
papireis que uulgo ſpere dicuntur an quis
poteſt eas feneſtras domus ſue apponer̄ &
dic regulariter ꝙ ſic quia in ſuo poteſt quis
edificare ut dixi ſupra in prin. niſi eſſet ſui
tus impoſita ꝙ feneſtra ſtet aperta ut uici-
n⁹ ex ea poſſit lumen habere & recipere. l.
lumen de ſer. urb. pre. uel niſi talis feneſtra
protenderet extra parietem & ſtillicidiuꝫ
ſupra ſolum uicini quod debet eſſe liberuꝫ
. l. fi. in prin. eodē ti. circa ꝙ uide que dicam
in titulo ſequenti de ſpecularibus ℞ ſi. circa
iſta ſpecularia. Sed an quis cogatur dic-
tas feneſtras imponere & tenere i feneſtriſ
ſui parietis & dic r̄gulariter quod non niſi
ſeruitus eſſet impoſita ut ꝓbatur i. d. l. alti⁹
ſecūdū unā lec. quod nō. quia ſepe cōtingit
inter fratres diuidentes inter ſe domū quia
quādo uni obuenit ꝑs domus que habet fe-
neſtras reſpicientes in ortū uel ꝑteꝫ alteri⁹
fratres conueniūt ꝙ ipſe debeat tenere clau
ſas feneſtras cum feneſtris puta uitreis qm̄
ualet iſta conuētio ut dixi. Sꝫ quid ſi ali-
qua uitrea eſſent fracta uel tella uel purpu-
ra ita ꝙ in domo alterius fratris poſſit uide
ri an debēs ſeruitutem teneaī reficere ſuis
ſumptibus dic ꝙ ſic ꝑ. l. eū debere columnā
in fi. đ ſer. urba. predi. cōiūcta. l. & ſi forte ſi
ſeruitus ue. ꝙ nō. qa eſt quotidianū. Vlti
mo circa iſtā materiam de feneſtra & balco
no uide ſupra de ſerui. ſtillicidii auertendi
in. viiii. q. i fi. & de ſeruitu. ne ꝓſpectui offi
ciaī cū trib⁹ ti. ſequē. & de pariete ſiue mu
ro ℞. ſecūdo principal̄r ē uidēdū & đ ſtilli

cidio ſiue tecto .i.ii.q.& de penu.in pri.& ꝑ Sali .i.l.alti⁹.C.de ſeruit.& ibi et ꝑ oẽs doc.

## De.ſpecularibus.C. .LXIII.

S Pecularia ſũt que uulgo geloſie dicũtur ab inſpiciendo dicta ut eſt tex. cũ glo. in.l.ſed ſi quid.§.ꝓprietatis in.ꝟ.ſpecularibus de uſufruc.& in.l.q̃ ſitũ.§.ſpecularia de fund.inſtruc.& inſtrumenta ſunt dom⁹ lignea que i feneſtris poni ſolent ut ibi ſtantes maxime mulieres uidere & non uideri poſſint & ſi ſunt afixa feneſtris pars domus ſunt & domo uendita continẽtur ẽt ſi ſint in edificio poſita & ad tp̄s detracta & reponant̃.ut eſt lex.in.d.§.ſpecularia & ibi glo.& pro hoc.l.fundi.§.ſi.cuz .l.ſe.&.l.grãnaria de acti.emp. Sed ſi ſunt de nouo facta & nũdũ impoſita ſed ad hoc facta ut imponãtur & ſupleãt̃ ſi q̃ dſũt tũc ñ ſũt pars domus ſed inſtrumento dom⁹ cõtinẽt̃.ut eſt tex.in.d.l.ſpecularia.ꝟ.ſi & ſi non ſunt.& iõ ſi quis hẽt uſũfruc. domus ueniũt ẽt ſpecularia tã q̃ domus iſtrumẽta & ꝓprietarius non põt ꝓhibere fructuariũ illis uti ut eſt tex.in.d.l.ſed & ſi quis .§.ꝓprietatis ď uſufruc.& ꝓpterea uidtur eſſe legata uel uendita domus ſine inſtrumento.iõ non ueniũt dicta ſpecularia que nũquã fuerunt appoſita feneſtris quia illa ſunt iſtrumẽta domus ut dixi ſed ſpecularia affixa uel ad.tẽpus detracta ut reponãt̃ bene cõprẽderẽt̃ quia ut dixi iſta pars dom⁹ ſunt nõ inſtrumẽta.ut probat̃ i.d.l.q̃ſitum .§.ſpecularia de fund.iſtruc. Circa iſta ſpecularia poſſet dubitari an idiſtiĉte poſſint poni in feneſtris.diſtigue breuiter aut quis uult ea Ponere i fenſtris ſuis & tũc regulariter poteſt niſi eſſet ſeruitus cõſtituta ut dixi.s̃.de feneſtris.ꝟ.ſupereſt nunc ut dicamus.i.ꝟ.ſed an qs cogat̃.aut uult ponere i cõi feneſtraz ſocio iuito & nõ põt ꝑ .l.ſabinus co.di.& per ea que dixi.s̃.ti.proximo.ꝟ.nũc dicamus.aut quis uult ea ponere in feneſtris alienis & nõ põt regl'ariter niſi eſſet ſeruitus conſtituta ſicut dixi.s̃.de feneſtris.ꝟ.ſupereſt nũc ut dicamus & uerſi.an quis cogat̃.aut uult quis ponere in ſua feneſtra propria & tunc aut ſpecularia non extẽdũt parietẽ ſuũ proprius & breuiter põt ſicut ẽt i ſuo feneſtrã facere ut.l.altius.C.de ſui.niſi eſſet ſibi ſeruitus impoſita ut nõ poſſit ibi tenere ſpecularia ad hoc forte ut ex illis feneſtris poſſit haberi lumẽ in domo uicini.ut habet̃ in.l.lumen de ſer. urba.predi.& dixi.s̃.de ſer.lumi.uerſi.item eſt alia differentia & in ti.prece.in prin.in uer.ſupeſt nũc & in uerſi.quid aũt.aut ſpecularia excedũt partẽ & tũc aut ſũt ſup ſolũ publicũ & de cõſuetudine ſeruat̃ ubiq3 ꝙ poſſint .l.i.&.l.an in totum.C.de edi.priua. cũ ſy.aut ſunt ſupra ſolũ uicini priuatus & tũc ſub ſuo ſtillicidio quatenus ꝓtẽdit ſtillicidiũ uel circa fieri poſſunt ſed non ultra ꝑ .l.fi.§.fi.cũ ibi nõ.per glo.& doc.de ſer.urb. predi.& per idẽ quod dixi de feneſtra de ligno.s̃.titu.prece.uer.ultra predicta poteſt queri.

## De camino. C. LXIIII.

I N camino quinq3 principal'r conſiderari poſſunt primũ camini loc⁹ i quo ignis fit alterũ ipe ignis q fit in eo.tertium capa eius.quartũ tuba.quitũ fumus qui exit de camino de ſingulis uideamus. Et prio de loco ubi fit ignis dicas ſi fiat ſuper ſolario & ſolarium eſt ignẽ facientis & poteſt facere quando uult quia quis põt uti.re ſua ꝑ uoluntate niſi uicin⁹ timeat piculum incendii.Itẽ quãdo ſolariũ eſt cõe & ille qui eſt inferior timeret piculũ incendii quia ſolariũ nõ hẽret ſub ſe murum & tũc põt peti cautio damni ifec.l.fluminum.§.ꝑterea & ibi nõ Bar.& docto.de dam.infec.&.l.ſi fuus fuum.§.ſi fornicarius ad.l.acquil.cũ glo.& per ea que dixi.s̃.ď furno imo pl⁹ poſſet facer̃ uicinus inferiõ murum ſub ſolario ar.l.i.in fi.de aqua plu.ar.

Sed cuius expenſis uidet̃ quod faciẽtis ar.d.l.i.in fi.niſi eſſet ſeruitus appoſita illi⁹ oneris ferendi quia tũc deberet fieri expenſis cõmunibus ar.l.& ſi forte.§.etiam ſi fui. uẽ. Aduerte tñ quia nec hec ſeruit⁹ oneris ferendi eſſe põt hic in re cõi ꝑ indiuiſo .l.in re cõi de ſer.urba.ꝑdi.& ideo non põt dici ꝙ fieri debeat expenſis cõib⁹ fiet ergo murus ſub ſolario p edificantem caminum expenſis ſuis & non domini inferioris q ſolũmodo pati tenet̃ ar.l. quotiens la prima. §.i.de ſerui.ſed nunquid faciens caminum põt facere murũ in ſolario cõi inuito uicio credo quod ſic quia ut dixi nedũ ẽ utile ſed ẽt neceſſariũ ꝓpter periculuz icẽdii. De ſecũdo uero.ſ.de igne qui fit in camino dic ꝙ ſi murus a latere eſt ita groſſus qui ẽ cõis

ꝙ ex igne non pōt recipere detrimētū3 & tūc alter ex socijs pōt facere igne3 iuxta pariete cōem etiam maximū ſicut fit tpe nuptiarū3. & ita tenet Ang. & Pa. de ca. i. l. qda3 yberus de ſerui. ur. pre. aut paries non ē ita groſſus & tunc aut uult facere ignem familiare3 & temperatū & pōt etiam ſi aliquod dānu3 faciat ex quo utitur ad uſum deſtinatum ar. l. fiſtulā in prin. eo. ti. & l. ſi cui. §. fi. ſi ſerui. uen. & ita tenet Ang. in. d. l. quidam iberus circa prin. etiam pro hoc allego optimum tex. i. l. arboribus. §. ſi nauis de uſufr. & quod ibi nō. per glo. & doct. & maxime Flo. Item quia utit̃ re ad uſū deſtinatu3 ut nō. i. d. l. ſi cōes edes & l. ſabin⁹ cōi diui aut uult facer̃ ignem nō familiarē nec tēperatu3 ꝓpt̃ ꝙ fit dānum parieti cōi & nō pōt per. d. l. quida3 iberus per glo. i ℣. adiciat̃ & hoc tenet ibi Bar. & Bal. & cōit̃ doc. & Ang. in. l. int̃ quos de dā. īfec. De ſtio ſilicet cappa camini dic aut edificiū fit i muro ꝓprio edificātis aut in alieno aut in cōi. Primo caſu qn̄ fit in ꝓprio n̄ hēt dubiū quia poteſt niſi ſit in cōtrariū ſeruitus conſtituta per ea que dixi ſupra de feneſtra in prin. Secundo cāu qn̄ fit in alieno & breuit̃ n̄ pōt. l. ſed ſi iter me. in pri. de ſui. ur. p̄. & l. queadmodum. §. fi. ad. l. aqul. cū ſi. niſi eſſet ſeruitus impoſita per ea que dixi ſupra de feneſtra ℣. nuc ſupereſt. Tertio caſu quando fit edificiu3 in cōi piete & tūc ſubdiſtingue aut paries eſt cōis ad unum uſu3 tm̄ puta ad ortū diuidendū & in eo nō poteſt fieri caminus per id quod dixi. s̄. de pariete ſiue muro i penultima. q. & s̄. de feneſtra in ℣. nūc dicam⁹ Aut nō ē cōmunis ad unū uſū tantum ſed ad omnia uel ſimpliciter & tūc ſi querit̃ an poſſit cauare murū & tūc aut mur⁹ ē pro diuiſio pōt uſq; ad dimidiam & uſq; quo durat pars ſua quia tūc dicit̃ facere i ſuo & pro hoc glo. i. l. hoc ꝙ dictum. §. i. i. ℣. paries in prin. de ſerui. ur. p̄. aut ē cōis pro idiuiſo & tūc etiam pōt ultra quia in omni parte muri dicit̃ laborare i r̄ cōi hēt. n̄. quilibet portionē i q̄lbet pticula pro idiuiſo ut nō. glo. i. l. qui rome. §. duo fratres de uerbo. obli. & in. l. ſi familie. c. fa. her. & i. §. quedā inſti. de acti. Fallit hoc in trib⁹ caſibus. primo qn̄ paries nō poteſt cauaturā pati per. l. cui edificium de ſeruit. ur. pre. Secundo fallit qn̄ alter ſocius uelit ab altera parte ſua facere caminum quia unus pluſ iuris non habet quā ali⁹ ut dixi & habet̃ i. d. l. quidam yberus maxime per Ang. qui dicit circa prin. ꝙ ita ſeruat cōſuetudo quoniā uidem⁹ in pariete communi quēlibet ſociorū caminū habere i parte ſua

Tertio fallit quando murus eſſet ita debilis ꝙ ēt faciendo ignem ita temperatum pro uſu ſuo torreret̃ & ſibi damnum fieret per dictā. l. quidā iberus i pri. cū ibi nō. per glo. & doc. i ℣. annoꝝ. Et adde omnino que dicā iſra in uerſi. s3 hic pōt dubitari. Aut querit̃ de ipſa cappa camini tātū & tūc aut uult mitter̃ tigna uł lapides ſuſtinēteſ cappā ultra dimidiam muri & nō pōt ſi ē communis pro diuiſo ſecus ſi ꝓ indiuiſo per ea que ꝓx. dixi de cauatura. Aut uult mittere tigna uſq; ad dimidiam uel circa uł ultra qn̄ eſt cōmunis ꝓ diuiſio & tūc aut ꝑ talē edificationē n̄ fit damnuū muro puta qa per eam murus communis nō debilitat̃ neq; mutat̃ ei⁹ facies & tunc poteſt ar. l. fiſtula de ſui. urba. p̄di. & nō. Bar. Bal. & docto. in. d. l. qdā iberus aut fit damnum muro cōmuni & nō poteſt per dictā. l. quidā iberus in prin. cū ibi no. & ibi ſi uellet apponer̃ lapides magnos in muro communi ꝓ ſuſtinēda cappa camini q deſtruerēt muꝝ communem ꝓpter ponderoſitatē n̄ poſſet per dictā. l. cui edificiū & per ea que dixi. s̄. d' feneſtra uerſi. nūc dicamus. Sed hic poſſet dubitari quādo aliquis uult edificari caminū i pariete cōi & murus ē ita debilis ꝙ faciendo ignem temperatum etia3 pro uſu ſuo torreret̃ ut dixi. s̄. ℣ ſi. tertio fallit an hoc caſu poſſet ſibi ꝓuidere faciēdo ſcilicet unu3 murum paruum a parte ſua puta unius pedis & altitudinis q̄tu3 pōt cōiter aſcendere flāma ignis ſicut ſepiſſime uidi & uidet̃ ꝙ non quia prope murū cōem nō eſt licitum uni ſocio facere aliū murū propriū per. d. l. quidā iberus i prin. ℣ ſi. ad parietem ſecundum lec. ultime glo. que dicit quod debet diſtare per duos pedes uel unu3 per. l. fi. fini. regun. & ita uult Ang. & intellige de duobus pedibus quādo edificat̃ murus cu3 domo s3 quādo ē mur⁹ ſimplex ſufficit dimiſſio unius pedis per. d. l. fi. & ita uidetur i caſu noſtro ꝙ debeat ille murus diſtare ꝑ pedem a muro cōi & ſic. d. l. fi. locum hab3 nō ſolum in edificante iuxta murū alienu3 ſed ēt iuxta murū cōem quod eſt notādū in cōtrariū tamē uidet̃ tex. in. l. fiſtulam. §. iuxta de ſerui. urba. predio. Ego puto in hoc eſſe diſtinguēdū aut quis uult facere murū pro

priũ iuxta murũ cõem ita ꝙ incũbat & nõ
põt.d.l.quidã iberus in pri.& ita tenet glo.
in.d.§.iuxta uerſi.manet aut uult facere mu
rũ iuxta cõem ita ꝙ cõi nõ ihereat & ꝙ ſub
lato pariete.cõi remanere poſſit ſi paries cõ
munis refectõem nõ impedit poteſt caſuſ
eſt in.d.§.iuxta & licet ille tex.loq̄r dꝰ came
ra ex figulo opere facta iuxta parietẽ cõem
& glo ibi exponit ex figulo.i.ex lateribus
non coctis & lotoſa mã.& ſic non uideaɼ lo
qui de muro tñ credo ꝙ idẽ ſit in dicto mu
ro paruo quia eſt eadẽ rõ utroqꝫ caſu.nec
obſtat.l.fi.fini.regũ.& glo.i.d.l.qdã iberus
in.uerſi.amites in fi.quia itelligitur quãdo
quis uult edificare murũ fodiendo in terra
proter quod ueriſimiliter poſſit dãnũ infer
ri muro cõi tũc.n.debet diſtare per pedem
quia ita taxatũ eſt per.d.l.fi.ſed qñ eſt mu
rus edificatus ſuper ſolario uel ẽt in terra ꝓ
dicto camino ad defendẽdũ murum cõem
& ſic pro eius utilitate quia ex eo nõ põt ſo
cius dãnuꝫ pati ex illa modica foſſione imo
utilitateꝫ tũc põt nec habet locũ.d.l.fi.ꝑ.d.
.§.iuxta facit ad hoc.l.ſi ticius horreũ de ac-
qui.re.do.& quod dixi.s̄.dꝰ pariete.ſiue mu
ro.Et quid ſi eſſet paries ligneus & uide.s̄.
que dixi de ſcalis.℣.uideamus de muro cõi
Ex quo etiã inferro ea rõne ꝙ.quis põt iux
ta mururuꝫ alienũ ẽt nõ dimiſſo ſpacio uni
us pedis facere murũ ſine fundamẽto lꝫ mo
dico puta pro ſedendo uel cauſa ponẽdi ſu
pra orticelos dũmodo humoreꝫ nõ faciant
muro cõi per.d.l.quidaꝫ iberus in prin.que
omnia bñ nõ.ꝓ intellectu.d.l.fi.fini.regũ.

De quarto pricipali.ſ.đ tuba.camini dic
aut illa tuba ẽ extra murũ cõem a.ꝑte faciẽ
tis caminũ & ꝑ eam ſolam fumus aſcẽdit &
ignis nõ apropinquauit & põt ꝑ.l.fiſtulam
de ſerui.urba.ꝑdi.& ita tenet Bar.Bal.in.d.
.l.quidã iberus in prin.& Ang.in.d.l.inter
quos in prin.in.iiii.colꝰ.de dam.infec.Aut
illa eſt cauata in muro cõmuni & tũc aut ꝑ
illam cauaturaꝫ flãma ignis torrereɼ &.de
terior fieret murus & nõ poſſet per.d.l.q
dam iberus in prin.& ibi per omnes doc.&
per Ang.in.d.l.inter quos aut per illam tor
reretur murus cõis nec per hoc deterioraɼ-
tur & tũc diſtingue aut illa cauatura ẽ ultra
medietatem muri uel circa & tũc dic in om
nibꝰ ut.s̄.dictũ eſt de cappa. De quinto
& ultimo pricipali.ſ.de fumo qui exit de ca
mino ſiue de eius tuba dic ut dixi de fumo
uerſi.adde que dixi.s̄.de pariete ſiue muro
℣.pricipalꝛ ẽ uidendũ ubi diciɼ ꝙ ex cap-
pa camini põt cognoſci an murus ſit ꝓpriꝰ
uel cõmunis de quo dic ut ibi plene dixi &
uide que dixi.s̄.de ſerui.ſtilli.auertẽ.in.xi.
.q.in fi.

## De neceſſario. C. LXV.

n Eceſſariũ tres habet partes prima
eſt feneſtra in qua locꝰ fit ad ſedẽ
dum alia eſt caua eius que ſolet ex
uaſis fictilibus fieri.tertia eſt fouea ad quã
omnes inmũdicie deſcendunt.De feneſtra
ſiue loco neceſſarii ad ſedẽdũ/an & qñ poſ-
ſit fieri in muro ꝓprio uel alieno aut com
muni diſtingue ut dixi ſupra de cappa ca-
mini in titulo ꝑcedenti &uide que dixi .s̄.
de feneſtra. De ſecunda parte neceſſarii
uidelicꝫ de ipſius caua an illa poſſit fieri di
ſtingue/aut qs uult facere cauaꝫ neceſſarii i
ſuo proprio aut i alieno aut i cõmuni ſi fit i
ſuo ꝓprio regulariter licet/niſi fiat iuxta pa
rietem uicini/quia ſi tunc ledaɼ paries uici
ni fieri nõ põt.l.fi.§.fi.ſi ſerui.uen.& idẽ di
cas ſi noceret puteo uel ciſterne uicini ut
diceɼ infra de fouea neceſſarii.tamen uidi
dubitari an illa poſſit fieri muro ꝓprio.s̄
ſolum publicum uel uicini/dic de puteo qđ
non põt niſi aliter ſit de conſuetudine.Su-
pra ſolũ autẽ priuatũ uicini ẽt non põt/niſi
habeat ſupra ſtillicidiũ domus per.l.ſi uitẽ/
.§.fi.ꝙ ui aut clã.&.l.fi.de ſeruituti.Sꝫ ſi hẽt
ſtillicidium poteſt ſub eo/quatenus durat
dictã cauã protendere.l.fi.§.fi.de ſerui.urb.
pre.circa que uide que dixi ſupra de ſerui-
tu.ſtillicidii auertendi in.viiii.q.& ſupra đ
feneſtra in ℣.ultra predicta & de ſpecula-
ribus in fi. De.iii.uero parte neceſſarii uꝫ
ipſius fouea an illa poſſit fieri diſtingue ãt
quis uult facere eam in ſuo proprio aut i cõ
muni aut in alieno ſi uult facere in ſuo pro-
prio regulariter licet niſi fiat iuxta parietẽ
uicini qui ex hoc ledaɼ ut.l.ſi quando.§.fi.
ſi ſer.uendi.& idem ſi noceret puteo uel ci
ſterne uicini ut dicã infra de fouea neceſſa-
rii/uel niſi eſſet ſeruitus impoſita ꝙ in ſuo
facere non poſſit/ar.l.altius.C.de ſeruitu.ſi
uero uult facere in cõi muro dictam cauam
neceſſarii/uideɼ ꝙ non poſſit quia in re cõi
melior eſt cõditio prohibẽtis.l.ſabinus cõi
diui.In cõtrarium uideɼ ꝙ poſſit per.l.fiſtu
lam de ſer.urba.predio.& per glo.in.d.l.ſi
qñ.ff.fi.ego aũt in hoc ſic diſtinguo/aut eſt

aliquid conuētū inter ſocios & illud eſt ſer
uādū.l.ſemper in ſtipulationibus de reg.iu
ris aut nihil eſt cōuentuꝫ & tūc aut eſt con
ſuetudo ī loco ſuper hoc/& illa ē ſeruanda
per.d.l.ſemper & per.l.an ī totuꝫ.C.de edi
fi.priua.aut nulla eſt cōuentio uel conſuetu
do/& tunc aut murus eſt cōmunis ad unuꝫ
uſuꝫ tm̄ & nō pōt ut dixi.s̄.de cappa cami
ni in ti.precedēti aut eſt cōis ad omnia ſim
pliciter & tunc aut ex dicta cauea neceſſarii
nō fit aliquod damnū muro cōmuni & pōt
ar.d.l.fiſtulā & dicta.l.quidam iberus.§.fi.
eo.ti.& per nō.in.d.l.ſi quando.§.ſilicet.&
hoc tenet Io.pe.de papia in ſuo ultimo li.ī
glo.in.⁊c.& ī futurū percipiendiſ.⁊c.an au
tē ſocius/aut īfertur damnū muro cōi puta
quia murus eſt ſubtilis & nimiū debilitare
tur & nō pōt per.l.cuius edificiuꝫ/de ſuit.
ur.pre.uel quia propter humorē caue neceſ
ſarii murus communis debilitatur per.d.l.
quidam iberus in principio cum ibi nō.&
per.l fiſtulam/ſi ſeruitus uen.& dictam.l.ſi
quando.§.fi.cum glo.e.ti.& hoc tenet etiaꝫ
dictus Io.pe.in loco preallegato/q dicit idē
ſi ex dicta caua exit putredo uł mal9 odor
& ad hoc nihil allegat/ſed tu allega tex.cuꝫ
glo.in.l.ii.§.idem ait ſi odore/ne qd in loco
publico & tex.cū glo.in.l.pe.§.pe.ꝙ ui aut
clam & uide que dixi ſupra de cloaca ī ante
pe.q.  Idem etiā dicaſ ſi ex dicta caua exit
humor uel putredo in domo uicini/qa quis
non poteſt etiā laborando īn ſuo īmittere
aliquid in alieno ut nō.glo.in.d.l.ſi qn̄.§.fi.
& dicā infra de fouea neceſſarii  De quar
ta parte & ultima.ſ.fouea neceſſarii poſſet
q̄ri an poſſit illa fieri ꝓ uolūtate domini/dic
aut uult facere foueam ſubterraneam etiā
ultra ſuū ſolū ſub ſolo uicini & non pōt ut
dixi ſupra de penu ⁊c.quid ſi unus uult fa
cere,aut uult facere quatenus durauit ſoluꝫ
& pōt,nec tenet dimittere ſpaciū aliquod
.l.fi.fini.reg.ut dixi ſupra de penu & de pu
teo,nec etiā hoc ſeruat de conſuetudine ut
dimittat aliquod ſpaciū & p̄ſertim quādo
fiūt huiuſmōi fouee undique remurantur
que uulgo leuolte dicūtur.  Secūdo queri
pōt,quid ſi ex fouea murata uł nō murata
exit humor uel putredo/& deſcendit in pu
teū uel ciſternā uicini uel eius uenis aut in
penu an poterit cogi ad reficiēdū dictam fo
ueā,ita & talit ꝙ nō noceat puteo uł ciſter
ne aut alii loco uicini dicas ꝙ ſic/quia nō ē
licitū quiq̄ facere in ſuo ꝑ quod aliud im
mittat ī alienū.l.ſicuti.§.ariſto.ſi ſerui.uē.
&.d.l.ſi qn̄.§.fi.ſi ſerui.uen.l.fluminū.§.fi.ī
glo.pe.in fi.de dam.infec.& ita tenet Io.pe.
de papia ī ſuo ultimo li.in loco preallegato
& ita nō.Flo.in.d.l.quando.§.fi.qui dicit ꝑ
illum tex.ubi aliquis cōſtruit loca ꝯmunia
iuxta domū uicini ex quibus cauſetur ad il
laꝫ humiditas cogi poterit ad talia loca pur
ganda & purgata retinenda/aduerte tamen
quia glo.in.d.l.ſi quando.§.fi.uidet tenere
ſecūdū Aꝫo.ꝙ ſit licitum ſterquiliniū ī ſuo
ponere licet alius ſentiat inde humorē per
.l.ſicuti.§.ideꝫ ait ſi ſerui.uen.& per.l.fiſtu
lam ī prin de ſerui.ur.pre.quā glo.ītelligo
quando raro humorem faceret/ſecus ſi aſſi
due per.d.l.fiſtulā ī prin.& adde q̄ dicam ī
ti.i.poſt prin.& infra de ſterquilinio.  Sꝫ
pone ꝙ habēs neceſſariū plenū uult ipſum
purgare/an poſſit credo ꝙ nō ꝓpter fetorē
& ideo de nocte tm̄ fieri dꝫ per ea q̄ dixi.s̄.
de fornace ⁊c.& predicta teneo ubi uide &
adde que dicā ī ti.ſeq.

## De ſeclario. C. LXVI.

Eclarium quinqꝫ habet partes
prima ē lapis ſiue lignū ſuper
quo leuatur ſupplex.  Altera
eſt ſimiliter alius lapis uel
lignum d' ſuper in quo pendēt ſitule & his
ſimilia/ac ēt ſuppellectilia coquine ponūt.
Tertia pars ē foramē per ꝙ aqua deſcēdit.
Quarta eſt fouea ad quā aque & cetere īm
mōdicie diſcurūt.Quita eſt qn̄qꝫ camera ī
qua ſtatur ad lauādū ſuper prio parte de la
pide ſeu ligno ſeclarii ſuper quo lauari ſo
lēt ſuplectilia.ſi querit an imponi poſſunt
ī muro ꝓprio aut ī cōi aut ī alieno/dicēdum
ē breuiter ſicut dixi de cappa camini.  Sꝫ
quid ſi uult edificare iuxta parietem cōem
ipſuꝫ nō tāgēdo diſtingue aut per talē edi
ficationē ſeclarii nō fit dānū uicio ſeu ſocio/
nec impedit refectio cōis uł alieni parietis
& pōt ar.l.quidā iberus ī prin.&.l.fiſtulaꝫ.
§.iuxta de ſer.urba.p̄dio.aut ipedit refecti
oneꝫ & nō pōt per.d.§.iuxta aut nō ipedit
refectionē ſed nocet uicino & tūc aut nocet
aſſidue/quia aſſiduū humorē emittit & nō
pōt.aut nō nocet aſſidue ſed interpolatim,
tūc pōt per.d.l.fiſtulā ī prin.& ita tꝫ.Ang.
in.d.l.ſi inter quos in ultīa col.⁊c.ſi aūt qs
non uelit edificare/de dam.infec.& adde q̄
dixi.s̄.de camino ⁊c.ſed hic poſſet dubitari

& in ti.pre.Itē quid ſi ex ſeclario ſpargitur
aqua & deſcēdit per ſolariū ad partē inferio/
rem uicini uel madefacit ſolariū cōe/an pōt
prohiberi ne amplius ſpargat/dic aut ſpar
git̃ pro uſu cotidiano ſue familie/& pōt ar/
gumēto.l.ſicuti.§.fi.ſi ſer.uēdice.&.l.fiſtu/
lam in prin.de ſerui.urba.predio.aut ultra
uſum cottidianū & nō pōt.ut dictis iurib?
circa quod uide que plene dixi.s̄.de ſeruit.
prohici.in.ii.q.ſuper. De.ſecūda pte ſe/
clarii dicēdū eſt in omnibus ſicut de prima.
Sed i hac ſecūda in primis cōſiderādū eſt ſi
murus eſſet cōis/& pp pondus ſuplectilis
appēſe debilitaret̃ prohiberi poſſit p.l cui?
edificiū/de ſerui.urba.predio.De.iii.iiii.v.
parte ſeclari.ſ.de foramine & fouea & eius
camera/dic in omnibus & per oīa ut conclu/
ſū fuit.s̄.in ti.prece.de neceſſario.& addē q̄
dixi ſupra de ſeruitute proiciendi & ꝙ di/
caꝫ in ſequēti ti.

## De aquarolo ſiue cānali.C. LXVII.

d Iximus de iſta materia ſupra in ti.
de fiſtula uerum/quia multū con/
uenit ſeclareo ideo eam hic cōme/
morare cōſtitui.Et appello aquarolū par/
uum ſeclariū uel uas lapideū in muro imiſ/
ſum habens fiſtulas ferreas ad ſimilitudinē
capitis ſerpentis uel leonis aut hominis/de
quo exit aqua pro manibus lauandis/ſi quis
aūt aquaroluꝫ ſiue canale in ſuo aut alieno
fabricare uoluerit ea que de ſeclario dicta
ſunt obſeruare tenetur per iura in duobus
titulis precedentibus allegata. Sed iuxta
ea dubitari poſſet/quis habet aquarolum in
ſuo & ducit aquā per unaꝫ regulaꝫ que ſilʳi
ter cadit in ſuū puta in curiā uel ortuꝫ dein/
de illa aqua paulatim deſcendit i fundo uel
penu uicini uel cōi/an cogi poſſit ut dictam
aquā i ſuū retineat & i alienū ueniat & uid/
tur ꝙ non per glo.ordi.in.l.ſi qn̄ ſi ſer.uen/
dice.In cōtrariū uidetur.l. fluminū.§.fi. in
glo.pe.i fi.de dam.īfec.puto ꝙ ſit dicenduꝫ
aut illa aqua aſſidue deſcēdit in fundo uici/
ni uel cōmuni & prohiberi pōt p.l.fiſtulaꝫ
i prin.de ſui.urba.ꝑdio.Aut nō diſcurit aſ/
ſidue & tūc ſecus p.d.l.fiſtulas & pro hoc
uide que dixi in ti.prece.circa primaꝫ pteꝫ/
Quid aūt ſi ego uidēs aquaꝫ uicini mei de/
ſcēdere & cadere in ſuo ad curiā meaꝫ/facio
aliquid in meo propter quod impeditur flu/
xus aque.ita ꝙ remaneat in ſolo uicini/an
poſſim dicas ꝙ ſic ar.l.i.§.ſunt qui putāt.ff.
ne quid in loco publico/& uide que dixi.s̄.
in quarta diuiſione ſeruitutuꝫ ꝟ.& primo
uideamus & ſupra de curia in fi.Item quid
ſi aqua deſcendit ex canali uicini in funduꝫ
meū.dic ꝙ eū prohibere poſſuꝫ per.l.ſicuti/
.§.ariſto.ſi ſerui.uēdi.& per ea que dixi.s̄.
de ſerui.prohici.in.i.&.ii.q. Item quid ſi
ex aquarolo tuo deſcēdit aqua i uia publica/
an ego uicinus poſſim agere cōtra te.dic ꝙ
ſic ſi nocet uel nocere pōt mihi traſeūti/ar.
.l.ii.in pri.ne quid in loco pub.circa q̄ uide
que dicā infra ti.ſequē.& que dixi.s̄.in ti.ꝑ
cedenti. Item nunquid in pariete cōi ſit
licitū mittere cānale recipiens aquā de celo
cadētē uel aquā de ciſterna diſcurenteꝫ aut
de aliquo receptaculo aque ꝙ caſtellum ap/
pellat̃.dicas ꝙ nō per.l.fiſtulam/de ſerui.ur
ba.predi.& eſt ratio quia per talem diſcur/
ſum aquarū parietē corūpi ueriſimiliter ē
ſecūdū Ang.in.l.inter quos in prin.in.iiii.
col.de dam.ifec.Reliqua circa iſtā materiaꝫ
uide.s̄.de fiſtula.

## De aque proiectu ſiue aliarum rerum Cap. LXVIII.

q Vero primo nūquid ſit licituꝫ
immittere aquam in fundo uici
ni & dic ꝙ non niſi ſit ſeruitus
impoſita.l.ſicuti.§.ariſto.ſi ſui.
uēn.de quo dic ut plene dixi de ſeruitute ꝓ
iciendi. Q uero ſecundo an liceat ꝓicere
aquam uel alias imundicias in ſtratam pu/
blicam uel alio loco publi.& puto ꝙ ſic dū/
modo nō noceat uſui publico uel tranſeūti
bus uel in ea exiſtentibus ar.l.ii.in prin.ne
quid in loco pub.iūcta.l.i.i prin.de his qui
deie.uel effu.niſi ex.l.uel ſtatuto uel cōſue/
tudine aliter eſſet prouiſū.d.l.ii.in prin.nā
cōiter circa hoc per ſtatutum locorū ē pro/
uiſū & aliter q̄ ſit de iure cōi. Q uero ter
tio pediſſiqua uel famul? uniꝰs proiecit ex
feneſtra aliquam putredinem puta lauatu/
ram uel aliud putridū & deſcendit ſuꝑ ue/
ſtem uel caputium cuiuſdam tranſeuntis ꝑ
uiam publicā & ibi ſtantis & ueſtem uel ca
putium deturpauit.An dominus eius tene/
atur & i quantū & dic regularit̃ ꝙ i duplūꝫ
damni dati ut eſt tex.in.l.i.in prin.& ibi hᵒ
nō.Flo.de his qui deiece.uel effude.quod ē
uerum qn̄ eſt proiectum in loco qᵒ uulgo
iter fieri ſolet ſecus ſi eſſet proiectū in loco

non cõſueto quo uulgo iter non cõſueuit eſſe ut eſt tex.i dicta.l.i.§.ſumma cũ utilitate eo.ti.facit.l.ſi putator.& quod ibi nõ.ad .l.acquil.ꝙ nõ.quia accidit ſepe de facto & ita ẽt ſeruatur ſ; pene aliter ſolẽt imponi ꝑ ſtatuta locorum que ſunt ſuanda.l.omnes populi de iuſti.& iure ubi autem nõ eſſent ſtatuta ł conſuetudo ſerua quod ſupra dixi.

Quero.iiii.quid ſi cõcedo tibi duos pedes terre ut ibi ꝓicias aquam an proprietas uel uſus concedi uideat̃ & uidet̃ ꝙ proprietas eo quia nõ fuit cõditio proiciẽdi & cauſa dãni ut eſt tex.in.l.ſi mulier de iure do.de quo dic ut ibi per doc.Vltimo de iſta materia de eiecti onibus & effuſionibus uide plene in ti.de his qui deiec.uel effu.per totũ & adde que dixi ſupra de ſuitu.ꝓiciẽdi

## De aqueductu.C. LXIX.

n On licet alicui aqueductũ habere i ſuo ꝑquẽ aqua i alienu; fluat.& ſi contra fiat põt agi ꝯ eu; ita ius illi non eſſe ut probatur in.l.fiſtulã ſi ſerui uen.Ex quo no.ſecundũ Flo.ibi ꝙ faciẽs aqueductũ in ſuis domib⁹ non põt quatenus per eũ fiat damnum domui uel parieti uicini & ꝓ hoc etiã.l.fiſtulas in prin.de ſeruitu.ur.pre.Item nõ.ſecundũ eũdẽ Flo.in.d.l.fiſtulas ꝙ ductus aque ad fontem uel ad aliam utilitatem uel commoditate; publicã ſi trãſeat ꝑ domũ priuati ita debet ſeuari & manuteneri expenſis publicis ꝙ illi priuato nõ noceat & ad hoc põt agi ut dicta.l.fiſtulas niſi aliter actũ ſit ł ꝯſuetudine ſuatũ.facit ad predicta.l.ii.§.merito &.§.ſi quis a principe ne quid i lo.pub. Sed nũquid ſit licitum aqueductu; facere per fundũ uicini dic ꝙ non & ſi fiat poteſt uicinus propria auctoritate deſtruere ut eſt tex.in.l queãdmo.§.ſi ꝑ rotectũ ad .l.acquil. Sed pone in aq̃ductu ego priuatus habebã aliquod i⁹ an poterit diuerti a ſolito curſu dicas ꝙ ñ imo poterit cogi diuertens ut in priſtinũ ſtatũ aquam ducat ut eſt tex.ubi hoc nõ.doc.in.l.ii.C.ad.l.acql.ꝙ nõ.quia aluei aquaꝝ in quib⁹ uicini conſuerũt aurire uel tollere aquam uel pannoſ lauare nõ poſſunt puerti in eoꝝ ꝑiudiciu; Vltimo nõ.ꝙ quis põt ex pactũ uel conſuetudine habere ius aquã tollendi ꝑ rota; ex flumine uel ex caſtello ut eſt tex.i.l.ii.cõia predi.de.quo dic ibi per glo.& doc.Cetera circa iſtam materiã uide que dicã in ſeq.ti.de ſeruitute aqueductus.

## De ponte.C. LXX

p Ons proprie dicit̃ ille q eſt de lignis non de lapidibus ut.l.ſ.iter in prin.de aqua plu.ar.& ibi hoc nõ.Bar.& Ang.q dicũt ꝙ licet iſtud ſit de iure tamẽ de conſuetudine pons & arcus lapideus ſinonima ſũt qa continent̃ appellatione pontis cui cõſuetudini ſtãdu; eſt. Et pons põt eſſe duobus modis in urbe ſeu i municipio Vno modo quãdo ẽ ſupra ſolũ publicum & de iſto põte dixi ſupra in ti.de ponticello ubi uide. Alio modo qñ ẽ ſupra flumẽ uel aquam & de iſto dicamus. Nunqd i flumen diſcurrit per ciuitatem & unus habet domus ab utraq; parte ripe an poſſit facer̃ pontẽ ſuꝑ flumẽ per quẽ poſſit ire de una domo i aliam dicas ꝙ non caſus eſt in.l.fi.ne quid in flumine pub.ſicut non põt ſupra uiam publicã.l.ii.§.tractatũ ne quid i loco pu.&.l.fi.& ibi hoc nõ.Bal.de ſuituti. Secundo nũquid poteſt in flumen facere partem uniuſ pontis puta longitudinẽ.x.pedũ per quem poſſit ire ad accipiẽdũ de aqua uel ſtar̃ ibi ad lauandũ pãnos & teneo ꝙ nõ quia ſicut in loco publi.ſiue priuato non licet aliquid immittere.l.i.&.ii.ne quid in loco publico ita nec in flumine publico ar.d.l.fi.ne qd i flu.pub.de conſuetudine tamen ſeruat̃ contrarium cui conſuetudini ſtandum eſt quia regula eſt ꝙ in poteſtatibus & aquis ſtãdũ eſt antiquitati ut eſt tex.& ibi hoc nõ.Bal.in ti.de pace conſta.in.vi.col̃.quam regula; perpetuo tene menti quia per eam decidere potes plures.q. Tertio ad quẽ ſpectat onus faciendi & reficiendi pontem ſuper flumine publico per quem fit iter trãſeũtibus neceſſarium diſtingue aut ẽ põs qui d; retineri & cuſtoſtiri per dominũ ciuitatis & d; expẽſis ipſi⁹ domini fieri & refici qa ad ipſum dicit principaliter ſpectare ſicut etiã ſpectant alia fortilicia aut eſt pons qui non cuſtodit̃ ſed ſimplex tantũ pro tranſitu & tunc aut deſeruit.omnibus de ciuitate & ꝑ omnes de ciuitate fieri & refici debet̃ aut deſeruit uni tantum cõtrate ſeu uicinie & illi de illa contrata ſolũ contribuere tenẽtur ſicut de puteo cõi dicit̃ ar.l.ſecũdũ naturam de reg.iur.&.c.qui ſentit onus eo.ti.li.

.vi.facit.l.ediles & quod ibi nō.de uia pub.

Quarto an appellatione uie publice ueniat pōs & dicas ꝙ ſic qn̄ per illum uulgo iter ſit ar.l.fi.ne quid in flu.pub.iuncta.l.fi. in prin.ff.de ſerui.Et ideo ſtatuta loquētia de maleficiis comiſis in uia publica uerificātur in comiſſis ſuper pōte publico. Et adde predictis que dixi.s.de ſerui.tig.imitē.in.vi.q.& ſupra de refectōe in.vii.q.& ſupra de ponti.& uide.l.ſupra.iter in prin.& ibi per Bar.& doc.de aqua.plu.arcen.Reliqua que ſpectāt ad materiā pōtis dicā plene in ſequēti libro.

De.picturis.ſeu.incruſtationibus.
.C. .LXXI.

Non ē dubiū ꝙ licet ſocio ī pariete comuni picturas haberē qa eſt tex.l.quidā iberus i prin.de ſer.urba.pre.& ibi per oēs doc.& nō.Ang.i.l.iter quos in prin.i ulti.col̄.de dam.infec. qui dicit ꝙ non eſt quia p eas nō fit aliqđ damnū uicino ſed toti ſocietati prodeſt ſalti quo ad ornamētū & ideo inuito ſocio ēt fieri poſſunt ad hoc tu allega.l.impēſe in fi de uerbo.ſigni.& ſic nō ꝙ parietē cōe3 un⁹ ex ſociis poterit ēt altero inuito đalbare & depingere & ſimilia ſuper ea facere ſecundū lo.pe.de papia in ſuo ultimo libro i glo. antepe.℣.licet hoc caſu quilibet eorū & ita tenet Ang.in.d.l.quidā iberus ante fi.drin. pōt ēt incruſtatōes facere ut eſt tex.in.d.l. quidā iberus.§.fi.exēplū ponit Ang.in.d.l. inter quos in florētinis uolētibus icruſtare parietem que incruſtatio fortificat parietem& incruſtatōes dicuntur cruſte ſubtileſ marmoris que ponunť extra murū ut tota marmorea uideať ut eſt tex.cū glo.in.l.impenſe in fine in ℣.icruſtatōes.Et pone exēplum tu ſicut eſt tota eccleſia ſancti marci đ ueneciis poſſunt ēt capi inſtructiones pro opere muſaico quo teſtudies dicte eccleſie ſunt ornate.Et per predicta ēt concludo ꝙ ſi murus eſſet ſimiliter factus poſſet unus ſociorū ēt altero inuito calce impleri facere & ipm dealbare quia per hoc efficiť melior & pulcrior ſine aliquo damno ſocii. Sed qđ ſi ē cautu3 de damno infecto illius muri an hēť rō illarū picturaru3 & incruſtatōnu3 dic ꝙ non ut eſt tex.in.d.l. quidā iber⁹ .§.fi.& ibi per glo.& doc.& per Ang.i.d.l. inter quos in prin.in ultima col̄.ſed quid ſi in parietē cōi ſunt picturē an aliter ſocius poſſit pulſarē puta cā imponēdi tigna ſi pp illā pulſationē fieret dānū illis picturis.dic quod non idem ſi uellet mittere aqua3 per ſeclariū ul̄ neceſſariū & proter humiditatē delereť picture nā dictis caſibus nō pōt debet.n.ſocius ita uti re cōi quod nō fiat damnum parieti cōi per.d.l.quidam iber⁹ & p .l.fiſtulam ſi ſer.uēdice. Quid ſi uolo facere depingi crucifixum uel aliquid aliud in eccleſia utrū poſſim prohiberi dicas ꝙ n̄ quia iſtud pertinet ad ornamētū non ad diformitatē.l.ne quid in loco ſacro & ibi hoc nō.Bar.in modico plus ꝙ legatū factū pro pictura ſanctoꝶ cēſeť factum in piā cauſa3 .l.linea margaritarū & ibi hoc nō.Bar.ff.ad .l.fal.& probať ēt in.l.ticia in ſfi.de aur.& argē.lega.& uide oīo que dicā infra ℣.ultimo no.Itē poteſt relinq uſufruct.ſtatue uel imaginis.l.ſtatue & ibi no.per glo.de uſuf.

An aūt uſuffructuarius uel inquilinus poſſit in domo uſufructuaria uel conducta facere depigi inſignia ſua q̄ uulgo arma dicūť & dicas ꝙ ſic p.l.ſed & ſi cuius.§.ediu3 de uſufruc.& ibi hoc nō.Flo.qa per hoc nō uideť eſſe deterior cōditio rei & mutari ei⁹ ſubſtātia alias ſecuſ eſſet.C.de relig.l.monumentorum &.C.ne quis uel a regia & proterea ꝙ in picturis q̄ faciliter deberi poſſūt procedere ſecus ſi uellet ſculptas in lapidibus ponere. Item nullus etiam poteſtas uel officialis uel priuat⁹ pōt depingi facere iſigna ſua uel ponere nomen ſuu3 edificio publico puta in palatio uel platea ſed ſolu3 nomen & inſignea principis ut eſt tex.i.l. opus i fi.cū.l.ſequēti.ff.de op.pub.quod nō. quia ſeruatur totum contrarium in pratica. Item ille cuius pecunia opus publicū factū eſt pōt nomen & iſignia ſua depingi facerē ut ē caſus.in.l.ii.& in.l.opus in fi.& i.l.fi.de op.pub.& ita obſeruať maxime qn̄ fabricatur una eccleſia ul̄ capella & itellige quādo de ſua pecunia ſecus ſi de pecunia aliena.& ideo cū quidā epiſcopus ueronēſis qui etiā cardinalis erat & uicecamerari⁹ pape expoſuiſſet de bonis erogādis pauperibus in fabricā maioris eccleſie uerone duo milia ducatorū & fecit ſculpi iſignia ſua ſup capella ſua cū collumnis fuerūt ſibi abraſa & merito qđē quia illa nō erat pecunia ſua cū oīo tenebať ea3 errogare ar.c.relatū cū ibi nō. per glo.& doc.extra de preben.Item pone unus fecit fieri capellam uel eccleſiam & i

memoriam ſui noĩs ibi facit apponi iſignia ſua prout ſolitũ eſt an poſſint illa inſignia clerici delere & altera imponere dicas ꝙ ñ immo puniri debẽt arbitrio iudicis.l.qui li bertatem ad fi.&.l.opus.ff.de ope.pub.ſecũ dum Lodo.de roma i.cclv.ſingulari & nõ. Bar.in.d.l.qui libertatem qui dicit no.con tra fratres minores & aliquos religioſos q capellas aliquorũ defunctorũ attribuũt no mini alterius qui hoc facere non debẽt. Ite3 cõtra eos qui abradunt arma alicuius & po nũt arma alteri⁹. Aduertas tñ quia arma eorũ q proter traditionẽ de patria expulſi ſunt poſunt d'leri.caſus eſt in.l.eorũ qui.ff. de peis ſecundũ Lodo.de roma in ſuo ſin gulari .cccliii.ꝙ incipit eorũ arma & ita ẽt ſepiſſime obſeruatur. Item adde ꝙ ſi ali quis eſſet depictus tãq̃ ꝓditor i aliquo loco publico & unus deleret illã picturã ſine li cẽcia pricipis icideret i edictũ de quo habe tur i.l.ſi familia de iuriſdi.omni.iudi.et ibi hoc nõ.Ang. Ite3 ꝙ percutiẽs imaginem dei uel ſanctorũ puniri põt.l.cornelia de ſi cariis.l.hoc ſenatus de ſiccariis & ibi hoc nõ Ang.qui dicit ꝙ uidit peruſii frãgẽtẽ maie ſtatẽ ligneã amputari ſibi man⁹ & ꝙ ẽt gra uius puniri põt pena mortis.de quo uide ẽt per eum in.l.i.C.de rap.uir.& quod ha betur in.c.ii.de offi.ordi.li.vi. Item no. ꝙ pictores & miniatores qui miniãt & pigũt cũ adultrinis coloribus ut teneãtur domino ad intereſſe ut.l.ii.& ibi hoc no.Bar.C.de murilegulis li.x.Item tenẽtur crimine ſte lionatus.l.iii.§.ſi quis ſeruos de cri.ſtelio.& no.Bar.in.d.l.ii.ad fi.qui dicit idẽ in tincto ribus pãnorũ & ſi. Item nũquid pictura cedit tabule uel carte an econtra.uide tex. i ſti.de re diui.§.ſi quis aliena tabula &.l. in rem.§.ſed id quod in carta de rei uen. & ꝙ no.in dictis iuribus. Vltimo no.ꝙ multi inſideles reprehẽdunt imagines ſanctoru3 dicẽtes ꝙ ſim⁹ idolatrii & ꝓpterea.iperator leo qui fecit .. dies feſtos.C.de feriis &.l.ſi queq̃.de epiſ.& cleri.ex ſugeſtione quorũ da3 hereticorũ habuit cõtẽtões cũ eccleſia romana quia fecit remoueri oẽs picturas de eccleſiis tãq̃ idolatria cõtinẽtes ſ3 papa qui tũc erat cõgregauit cõſiliũ rome & i pm leo nẽ exiſtẽtẽ i.cõſtãtinopoli excomunicauit q leo lepra percuſus poſtea mortuus eſt ut ſcribit Paul⁹ de caſtro in.l.fi.C.de feriis & tu dicas d'fendẽdo criſtianos ꝙ imagies ado rare non debemus uidelicet colores earum ſeu lapides ſed ẽis debẽmus rẽuẽrẽtiã ꝓter deũ & ſanctos q p eas repreſentatur. Vnde ſcribit Gregorius papa ſerẽo epiſcopo ma ſiliẽſi qui imagines ſanctoꝝ fregerat ſub ex cuſatiõe nec adorare debuiſſent & habet̃ d' cõſecra.di.iii.p latũ i hec ꝟba.Et qde3 ima gines adorari uetuis ſ3 oĩo laudamus fregiſ ſe uero reprẽdimus. Aliud eſt eni picturas adorare aliud p picturã iſtoriã & ꝙ ſit ado rãdũ adiſcere. Nam qd' legẽtibus ſcriptura hoc ideotis preſtat pictura cernẽtibus qa i ipſa ignorates uidelicet ꝙ ſeq debẽt i ipſa legũ- u3 qui litteras neſciũt unde & ꝓcipue legẽtibus ꝓ lectiõe pictura ẽ.Itẽ ex ſepta ſi nodus.ſcribit̃ uenerabiles imagines xp̃iani nõ deos appellãt neq3 ſeruiũt eis ut diis ne q3 ſpẽ ſalutis in eis ponunt neq3 i eis expec tãt futurũ iudiciũ ſ3 ad memoriã & recor dationẽ primicioꝝ uenerãt̃ eas & adorant ſ3 nõ ſeruiũt eis cultu diuino nec alicui cre ature ut eſt tex.d' cõ.di.iii.& ibi omnio ui de ꝙ no.ꝓ fide.noſtra ut ſcias qualit̃ imagi nes dei & ſanctorũ ſint adorãde.Et d' mã. picturarũ uide ẽt per Bar.i ſuo trac.d'ſigi niis & armis.

De horreo. C. LXVII

Si quis habeat horreũ in ſolario cõ muni an poſſit ipſum implere fur mẽto uel aliis mercibus & dicas ꝙ ſic quia dicit̃ uti re cõi ad uſu3 deſtinatũ.l. ſi cões edes cõi diui.& no.in.l.ſabinus eo.ti. facit.l.arboribus.§.ſi nauis de uſufructu.

Sed quid ſi nimiũ põderat ita ꝙ ſolarius nõ põt ſubſtinere dic ꝙ ñ põt cogi ad ſuſti nẽdũ columnaas q̃ ſuſtineant ſolariũ ar.l.ſi cuti in prin.ſi ſer.uẽdi.& ſi nõ ſuſtinerint ut̃ ẽt nõ ſubſtitueit & ſolariũ nõ poſſit ſu ſtinere uel ꝯ paries cõis dbilitaret̃ tũc poſ ſit cogi ad ſubleuãdũ põdus per.l.cuius edi ficiũ de ſer.urba.predio.uolentes ẽt edifica re iuxta horrea publica debemus dimittere ſpatiũ.x.pedũ liberi aeris.ut.l. meniana.C. de edi.pri.& no.glo.i.l. ſicui.eodẽ ti.de quo dic ut dixi.ſ.de menianis Sed quid ſi ali quis horreũ frumẽtariũ nouũ ex tabulis li gneis mobile factũ in ſolo alterius poſuerit in ſolo cedat dic ꝙ nõ & ſic nõ efficitur dñi predii ut eſt tex.in.l.cui⁹ horreũ de acqui. re.do.& uide.l.granaria in prin.de acti.ẽp. Secus ſi eſſent tabule terre affixe.l.ſi.ſ.totũ de acquir.re.do.&.dic.l.granaria & no.glo.

H.ii

in.d.l.cui titius horreū. Vltimo nūquid ruſtici debeant i hōrea deferre decimas ad eccleſias dic ꝙ ſit ita ut a clericis uel eorum nunciis non ſint colligende in agris ꝑ tex. xvi.q̄ſti.i. reuertimini & ibi hoc no. gloſa in ꝟ.in horea.uide no.ꝑ Specula.in titulo đ decimis ꝟ.ultimo q̄ro. Et de horeo. uide.l.cum i plures.§.locator horei.ff.loca. & in.l.dominum horeoꝝ in prin. & in.l. cū domini horeorū eo.ti.

## De armatura.C. LXXIII.

a Rmatura que machina dicitur illa ſuper qua operarii ſtāt ad edificandū.l.ſi ut certo.§. interdū.ff.comoda.ea ita uidi dubitari. Nunquid uicinus edificans domum poſſit armaturam ponere ad muruȝ ſupra ſolum uicini ut laborantes ualeant ſuꝑ illa armatura ſtare ad laborandū & uidetur ꝙ nō ar.l. queādmodū.§.i.ad.l.acquil.&.l.i.§. edificare de mor.inferen. Sed ē ar.contra in.l.refectionis cōmunia predi.& iſtud puto uerius quādo aliter cōmode fieri nō pōt Nam ſi ē licitū mihi murū meū altiꝰ tolere .l.altiꝰ.C.de ſer.itelligitᷣ ꝙ poſſim ea facere per que poſſiȝ ipm altiꝰ tollere uel reficere etiam apponendo ad ea loca que non ſeruiant ut eſt tex i.l.refectionis i prin.facit ad hoc.l.ſi iter ſi ſer.uē.&.l.ueteres de itinere actuq; priua. Sed nunquid ſit licituȝ ponere armaturam i fundo uicini uidetur eſſe tex.ad litteram ꝙ no.in.d.l.i.§.edificare ꝟ. ceterum de mor.infer.ꝑ hoc quia non licȝ in alienū imittere.l.ſicuti.§. ariſto.ſi ſerui. uen.l.queādmodum.§.i.ad.l.acql.puto ꝙ ſi aliter non poſſit quis domum ſuaȝ reficere niſi ponat armaturam i fundo uicini tunc poſſit ꝑ.d.l.refectionis & dicta.l.ueteres.Sȝ ſi aliter poſſit ſicut eſſet ita itelligitur.dictꝰ .§.edificare & alia iura ſuperiꝰ ad hoc allegata quod ē no.quia quotidianū. Quid aūt ſi qs habet armaturā i ſuo muro & eam uellet ponere i muro uicini ita ꝙ i eo requieſcat dic ꝙ non pōt ut eſt tex.in.l.ſi duo.§. ſi uicinus uti poſſide. Et ex his omnibus ꝯclude ꝙ armaturā quis non pōt in ſolo uicini neq; in pariete uicini neq; ſupra ſoluȝ alterius regulariter apponere niſi aliter in ſuo edificare nō pōt. Sed pone ꝙ armatura fuit male ligata l' i ea fuerūt poſite ꝑtice uel funes que erantᷣ uetuſte propter ꝙ unꝰ ex armatura cecidit an magiſter de armatura teneatᷣ dic ꝙ ſic ut eſt tex.& ibi gl. no.in.d.l.ſi ut certo.§.interdū.ff. commo. Et predictis adde que dixi ſupra de ſeruitute tigni imittēdi i.v.q.circa mediū.ꝟ. & iō ſi tibi cōceſſi.&c.

## De ſtabulo. C. LXXIIII.

ſ Tabulum dicitur ille locus qui tantū equos recipit ſecūdū glo. in .l.palam in pri.de ritu.nup. que ponit quid ſit taberna caupona & ſtabulum nō autem dicitur ꝓprie ſtabulum locus i quo recipiuntur alia aīalia ut.l.ex conducto in prin.aut ſtabulum ubi greges eius ſtare oportet.ff. loca.de cōi tñ uſu loquēdi ēt dicitur ſtabulū in quo nōdū equi ſed alia animalia ut boues & pecudes ſtare cōſueuerūt facit.l.eo iure.§.ſtabula.ff. i qui ca.pig.ta.ꝫha.& ſi ſtabulū ē predium urbanū uel ruſticū uide tex. in.d.§. ſtabula & que dixi.ſ.in.iiii.diuiſione ſeruitutū ꝟ. ſed quid de ſtabulo. An autē uſufructuarius poſſit ſtabulū domus locare pro ſtabulo ad recipiēdū iumenta dic ꝙ nō.l.ſi cuius alias equiſſimus de uſufruc.ꝑ quē tex. dicit Flo.ꝙ inquilini nō poſſunt domū cōductā reducere ad ſtabulū uel ad uſum carrectaꝝ .i.plauſtrorum. Sed nunquid locator domus teneatur nedum ipſam domum reficere ſed etiam ſtabulum dicas ꝙ ſic regularitᷣ ut eſt tex.in.l.ex conducto in prin.ff. loca. & uide etiam i.l.ſi merces.§.conductor eo. ti.& ꝙ i eis nō. De letamine auteȝ quod procedit de ſtabulo uidē que dicā infra de ſterquilinio. Vltimo adde ea que habentur i toto ti.de nau.campo.ſtabu.& in ti.furti aduerſus nautas.

## De ingreſſu ſeu introitu. C. LXXV.

Epe cōtingit inter duos domus a latere uel poſteriori earum ꝑte ſolum relinqui unius pedis l' duoꝝ ut plurium iuxta.l.fi.ff. fini.regū.ꝙ ſolū igreſſus ſiue itroitus dicitᷣ circa ꝙ dubitari uidi cuius ſit ſolum de quo dicēdū ē aut per illud ſolū habetᷣ aditus & exitus uſq; ad loca publica & tunc aut illud ſolum ē relictuȝ ex collatione priuatorū fūdorū & tūc dicitᷣ uia publica & etiā uicinalis ſi uicinis tātū ſeruit & non licet eā cuiq;

occupare uel claudere.l.ii.§.uiam publicam .§.uicinalis ne quid in lo.publico. Aut illd' ſoluȝ ē ex collatōe uicinorū fundorū relictū iuxta.d.l.fini.regū.& dicitur tūc uia priuata ſicut locus rerū priuatarū.d.§.uicinalis. Sed eſt dubiuȝ cuius eorū eſſe dbeat dic ꝙ ſi cōſtat quis relinquerit illud ſolum eius eſſe dicitur ſi uero nō conſtat qs illud ſolum relinquerit puto ꝙ ſit conſiderādū qui ipm poſſideat quia in dubio pſumam illum uicinuȝ ſoluȝ illud dereliquiſſe q poſſidet.ar.l.merito .ꝓ ſocio & ꝓ hoc ēt allego ꝙ no.Bar.in.l.cuȝ ſeruus de uerbo.obli. ubi dicit qñ aliqua expenſa facta eſt i dubio intelligit̄ eſſe facta ab illo poſſeſſore & ita ēt dixi.s̄.de pariete ſiue muro.℟.nunquid aute in dubio. Sed ſi null⁹ poſſideat tūc ſi ſupra dictū ſolū uicini haberet ſtillicidiū.dicendū ē ꝙ tūc ſaltem quatenus ꝓtendit ſtillicidiū unius eatenus ſit eius ſolū inferius ar.l.fi.& quod ibi no.C.de ſerui.urba predi. ſi aūt nullus poſſidet nec ſtillicidiū habeat tūc eſt inſpiciēduȝ ſi ſunt lapides in domo ſeu muro ipſorū uicinoꝝ protēdetes ſe ſupra ſolū pdictū ſicut poni per nō nullos cōſueuerūt cauſa oſtēdēdi quaten⁹ durauit lapis i fixus i una domo eatenus iudicabimus ipſius eſſe ſolū inferius. facit ad hoc.l. nō ſoluȝ.§.ſed ut ꝓbari de no.ope.nūcia. Si uero nihil de his cōſtat tūc in dubio iudicādū eſt ꝙ ſit utrinſqȝ ꝓ dimidia quia omnia que ſunt in cōfinio in dubio ſunt eorū qui ab utraqȝ parte poſſident.ar.l.arbor cōi diui.&.l.ii.& preterea de aqua plu.arcē. &.l. adeo.§.ſi.cū.l.ſe.que incipit pro negotiatōe de acqr.re.do.ſicut dicimus d iſula & alueo qui ſunt in medio duorū fundorū ut.l. adeo ex inſula &.§.quid ſi toto eo.ti.ſicut dicim⁹ in foſſa que eſt poſita in medio duorū fundorū que eſt eoruȝ.ut.d.l.ii.§.pterea & ibi per glo.& Bar in ſuo trac.tiberiadis in prima parte in prin.in ℟.flumē ubi ponit ēt idem de foſſatis & ſicut dicitur ēt de flumine exiſtente inter duo territoria.nā in dubio iuriſdicio cōpetit cuiqȝ ciuitati uſqȝ ad mediū flumē.ut nō.Bar.i.d.tractatu.tiberiadis .℟.itē uidēdū ē utruȝ iuriſdicio & Bal.i .c.ex litteris in pe.col' ad fi.de probacio.& ideo ſi dicti uicini non cōcordāt i uſu & poſſeſſione dictū ingreſſū poſſūt per cordulaȝ diuidere ita ꝙ uerſus domum unius ſit ſua dimidia & uerſus domū alteri⁹ ſimiliter ſit altera dimidia iuxta nō.ꝑ Bar.& doc.in.l.

quod conclaue de dam.infec.& per Bal.in .c.i.§.ſi quis de manſo.in.v.col.℟.quid ſi quedā plateola eſt in medio.in.ti.de cōtro. inueſti.in uſib⁹ feudorū & dixi.s̄.de curia ſiue curte.& hoc itellige qñ patit̄ comodaȝ diuiſionē ſi.n.eſſet ita paruus ingreſſ⁹ ſiue itroitus ꝙ comode diuidi non poſſit tūc dicēdū eſt ꝙ dicit̄ de ueſtibulo ut remaneat cōis.l.arbor.§.ueſtibulo cōi di.& notat Bal. in.d.§.ſi quis de manſo. Et predictis add que dixi.s̄.de pariete ſiue muro ℟.ſed uidi dubitari cū tribus ſequentibus. Predicta aūt intellige de ingreſſu ſiue introitu priuato.de publico aūt dubiū non eſſet qñ non ē priuatorū & intellige eſſe publicum etiā ſi ſeruit tm̄ uicinis & ducit in domo uicinoꝝ tm̄ uel ad flumē publicum dummodo non ſit factū ex collatione fundorum priuatorū .l.ii.§.uicinalis ne quid in loco pu.quod bñ no.quia multi putāt ꝙ huius ingreſſus qui non habēt exitum in uiam publicam ul' ad flumē publicū ſed dicunt ſolum ad domos priuatoꝝ que uie uicinales appellant̄ ſint priuatorū uicinorū ut poſſit per eos claudi quod non eſt uerum per dic.§.uicinales.

Item enim uicinales uie dicunt̄ quia pricipaliter deſeruiunt uicinis publice tamen ſunt ut.d.l.ii.§.uiarum ne quid in i loco pu. et ita alias iudicaui et aperir̄ feci uerōe unā uiam uicinalem clauſam per uicinos q̄ habebat additum ad flumen pub. Et de iſta uia uicinali dic ꝙ i ea quis nō pōt edificare ſine licentia principis uel ciuitatis.l.ii. in prin.ne quid i loco publico & ſi daret̄ licētia intelligeret̄ ſine damno alterius ut dixi ſupra de ſolo ſiue area in.vi.fallētia & adde que dicā infra in ſequēti libro in ti.de ſeruitute uie.

## De orto. C. LXXVI.

ORtus quando dicatur predium urbanū uel ruſticū uide tex.in .l.urbana predia de uer.ſignifi. &.l.iiii.§.pe.ibi & in urbe ortorum latitudo & ibi Flo.fini.regū.& ꝙ dixi ſupra in.iiii.diuiſione ſeruitutis ℟.quid de orto. Et an ortus contineat̄ appellatione domus dic ſi ē emptus unico pcio cū domo uel ſi ē paratus uel deputat⁹ ad uſū domus uenit appellatione domus.al' regulariter ſecus etiam ſi per domū ad eum habeat̄ aditus.l.ſi.i prin.& ibi hoc nō.Bal. Ang.Flo.

& doc.de ſerui.ur.pre.& probatur in.l.prediis.§.pe.& ibi per Bar.& Nico.de neapoli de le.iii.facit.l.teſtatrix in prin.ſi ſerui.uē.& uide glo.iii.xii.q.iiii.religioſaʒ que poit an ille qui dat domū uideatur dare ortū & uide.c.rainutius ī pri.& ibi Io.an.& canoniſtas extra.de teſta.uide Bal.in cōſilio ſuo ꝙ incipit. Quid ſi quis legauit cōtēta ī domo & dicitur ortus paratus ad uſuʒ domus ubicūqꝫ ortus ē cā dilectationis.d.l.prediis.§.pe.ꝉ ē pediſſequs domus ſecūdū Bal.i dicto cōſilio. Sed quid ſi duo fratres diuiſerūt domos & ī medio ē ortus dic ꝙ ille ortꝰ cedit illi domui ꝓ qua teſtator utebaᵗ illo orto ſed ſi hoc nō apparet cedit illi domui ꝑ q̄ habebat intrinſecū aditū ad illuʒ ortuʒ dicta.l.prediis.§.q domū de le.iii. Si hec nō appareant cedit utriqꝫ domui. ſecundum Nico.de neapoli qui ita nō.i.d.§.qui domū Et ſubdit ꝙ ſi cōſuetudo regni diſpoit ꝙ primo genitus babebat domuʒ itelligitur etiā ꝙ hadebat ortuʒ. Si quis legat uni habitationē domus cui cōtinetur ēt ortus ad queʒ per eā aditus habebatur an legatarius teneatur preſtare aditum heredi per.d.dominū dic ꝙ ſic ut eſt tex.i.l.fi.i prin.de ſerui.ur.p̄.& ibi nō.per doc. Non pōt quis domum diuertere cauſa ortuʒ faciendi.C.de edifi.priua.l.an ī totuʒ & probatur i.l.ſenatus ī pri.de contrahen.emp.& i.l.cetera.§.i.&.§.hᵒ ſenatus de le.i.& in.l.ſi quis per hanc.C.de edifi.priua. Quod no.contra multos qui diruunt domos & faciūt uiridaria. Sed bene pōt quis ortum ad pratum reducere.l.apud trebatiū.§.ſi uicinus de aqua pluia ar.niſi eſſet uſufructuarius quia nō poſſet uiridarium in quo habet uſūfruc.ad aliū modū cōuertere.l.ſi cui.§.ſed ſi edium de uſufruc.

Poſſum etiam conſtituere tibi ſeruitutē ne faciam in muro meo feneſtram ꝑ quam poſſim te proſpicere in orto tuo ut.l.altius.C.de ſerui.& ibi hoc no.bal.& dixi ſupra de feneſtra. Item habens domū iuxta ortuʒ uicini nō pōt ex illa domo quicq̄ ponerē ī illuʒ ortuʒ ut.l.i.& ibi hoc no.Ang.de ſerui.ur.pre.& dixi ſupra de ſerui.proiciendi & ſupra.de aque proiectu. Et ideo ſi habeo palatium iuxta ortum tuum licet habeam ī pariete meo uerſus ortum tuum multas feneſtras & ꝑ mille annos tenuerim tamen ī orto tuo poteris edificare dimiſſo legittio ſpacio iuxta.l.fi.fini.regun.& obſcurare lumina mea ī totū uel ī partē.l.qui luminibꝰ de ſerui.ur.pre.& ibi hoc nō.Ange.& nō.in.l.i.C.de ſerui.& dixi ſupra de ſolo.ſiue area circa prin. Nūquid de ortis.i.de his que naſcuntur in ortis decime ſolui debeāt uide tex.in.c.ex parte el primo de decimis & quod ibi nō. Et adde ꝙ ille qui ē in ortis ſiue ī cōtinētibus edificii diciᵗ eſſe p̄ſenſ ut ē tex.cū gl.in uerbo p̄ns inſti.de ſatiſda.§.ſi uero aliquis & habeᵗ in.l.p̄ns cū ſeq.de procur. Appellans tamen nō teneᵗ querere iudicem a quo ut.l.i.§.adeundi qn̄ appel.ſit idē ī ortis inſtructis uide.l.legatū ſub cōditione.§.i.de an.leg.l.queſituʒ.§.i.de fundo inſtru.& de.ortis uide tex.in.l.ſi ita quis.§.ſeia cauit de uerbo.ob.& l.qui concubinā.§.qui ortos de le.iii.& ī.c.rainutius in prin.extra de teſta. Et adde que dixi.s̄.de ſeruitu.ꝓtegendi i.v.q.&.s̄.de camino ante ꝯ.de quarto pricipali.

## De columbaria. C. LXXVII.

St prohibitum capere colūbas de alieno colūbario ēt in ſuo et capientes dicuntur committerē furtū & accuſari poſſunt de furto ut ꝓbatur in.l.pom.§.i.& ibi Flo.famili.her.facit.§.gallinarum inſti.de re.diui.hoc tn̄ caſu qn̄ quis capit colūbas alienas in ſuo pōt.penitere & nō tenebitur eas relaxando ut no.Bar.i.l.ea mēte de furtis niſi poſuiſſꝫ ciminiū uel aliud in ſuo cā ducēdi colūbas alienas qa tūc puto ꝙ nō habeat locū penitentia ar.l.quicunqꝫ in fi.de ſeruis fug.qd' no. Communiter tamen ſunt ſtatuta terrarum que prouident circa hoc ſi aliq ſunt heredes unius qui habebat columbariā cōpetit etiam eius iudicium fami.her.pro diuidentis columbis ut eſt tex.in.d.l.pomponius.§.i.ſi quis habet uſumfructum fundi ī quo ſit columbaria quomodo & quādo uti poſſit comodo columborum collige ex tex.l.uſufructuarium.§.ſi in uariis &.ibi hᵒ no.Flo.de uſufruc.columbarum ſicut pauonū fera natura eſt inſti.de re.diui.§.pauonum ubi uide & de ſeptem proprietatibus colūbe uide per archi.xxxvi.di.qui eccle.& p̄dicatores equiparātur colūbis & agnis ut no.idē archi.q.v.non ōis el.ii.

## De ſterquilino. C. LXXVIII.

Vis habet ſterquilinium in do-
mo facit proicere letamē iuxta
murū cōem uel alienū an poſ-
ſit dic aut tangit murum cōem
uel alienū & nō pōt.ut.l.ſi qn̄.§.fi.ſi ſerui.
uendi.aut nō tāgit ſed eſt iuxta & tūc ſi aſ-
ſiduū humorē facit uſq; ad murū p̄dictuꝫ
& nō pōt.l.fiſtulam in prin.de ſer.urba.p̄
dio.ſecus ſi aliquando & non aſſidue ut ibi
& ita intelligo glo.in.d.l.ſi qn̄ ut dixi ſupra
de neceſſario.℣.de quarta parte & uide q̄
dixi.s̄.de ſeclario de aquarolo ſiue canali &
uide Flo.in.l.ſi ſeruus ſeruuꝫ.§.ſi fumuꝫ ad
.l.acquil.Si quis poſuerit aceruum ſtercoriſ
ī fundo meo aut agro an poſſim agere con
tra euꝫ ꝙ ui aut clam uide.l.ſi alius.§.ſi quiſ
aceruuꝫ ꝙ ui aut clam. Iteꝫ ſi quis ſterc⁹
aut p fundū meuꝫ protuerit cuꝫ id ip̄m fa-
cer̄ fetuiſſeꝫ ſi nil damni mihi fecit nec ſpe
tiem fundi mei mutāuerit nō tenebitur ꝙ
ui aut clam.ut.l.ſi iter.§.ſtercus ꝙ ui aut clā

Quidam uult proicere ſtercus aut uri-
nam fetidaꝫ ī ſolo publico uel ēt priuato ꝑ
ter ꝙ malus odor & fetor fit uicini an poſſit
dic ꝙ non.l.ediles in fi.ff.de uia pub.& eſt
tex.cum glo.in.l.ii.§.idem ait ſi odore ne
quid in loco pub.& in.l.pe.§.pe.ꝙ ui aut
clam & adde que dixi ſupra de cloaca.℣.&
predicta teneo i.q.v.& ſupra de neceſſario
in.fi.nūquid uēdito uel legato fūdo ſterqli
niū ueniat dic ꝙ ſic fit tn̄ diſtictō aut ſterco
rādi agri cauſa paratū ē & ad emptorē & le
gatariū pertinet aut uēdidi eā & ad uēdito
rem uel ad heredē ſpectat niſi aliud actum
ſit & hoc ſiue ſterquiliniū i ſtabulo ſit ſiue
extra ſtabulū in aceruo ut ē tex.i.l.fundi.§.
.i.de actio.emp.

De materie.C. LXXIX.

SI quis uult materiam edificare
iuxta regioneꝫ uel fundū alte-
riuſ pōt nullo ſpacio in medio
relicto dūmō terminū ſuū nō excedat.l.fi.
i prin.fini.reg.Et materies dicitur ꝑies ſi-
ue murus de lapidibus ſine cemento.l.que
pertinet.§.paries de uerbo.ſi.& ibi glo.i.l.ſi
precario cōi.predio.&.l.edes ſacra.§.i.de ꝯ
tra.emp.& glo.ſentit in.d.l.fi.℣.murus q̄
dicit cuꝫ calce & proprie iuxta uulgare di-
citur murus ſiccus.Murus uero ſiue paries
proprie dicitur cum calce ut nō.in.d.l.iuri
bus & dixi.s̄.de pariete ſiue muro in prin.

& ideo.ſi quis uult murū facere d' lapidib⁹
ſine cemēto ſiue calce pōt in cōfinib⁹ agri
ſui ſicut ſepem edificari.d.l.fi.ſed ſi murum
cum calce debet pedem relinquere. Sed nū
quid illa regula que dicit ꝙ edificatū cedit
ſolo.l.adeo.§.cū in ſuo de acquir.re.do.habe
bat locū in muro edificato ēt ſine calce &
uidetur ꝙ n̄ quia de facili remoueri poteſt
ar.l.ſi ticius horreū de acquir.re.do.Contra
riū eſt uerius p.d.l.ſi precario cōia predi.et
ibi hoc nō.Flo.& Pau.de ca.in fi.& ideꝫ no.
paulus de caſt.in.l.ii.ff.de rei uendi.ꝙ nō.
itē uēdito fundo an uideatur uēdita mat-
ria.i.murus ſine cemēto qui eſt in eo & di-
cas ꝙ ſic p.d.l.precario ubi hoc no.Flo.ſi qs
obligatus eſt non prohibere me edificare
ſub pena ſi in uia detinet portantem lapi-
des uel calcē uel ſimilia pro illo edificio in
currit penā.l.i.in prin.& ibi hoc no.Flo.de
mor.infer.pro hoc.§.edificare ea.l.i.&.l.ue-
teres de iti.ac.q; priua.ſi is qui lapides e fun
do emittit tollere eos nō uult ex uēdito cū
eo agi poterit ut tollat eos.l.ſi is qui lapideſ
de act.emp.& ſi eos nō aufferet facta ſibi d
nūtiatiōe ut tolletur dn̄s fūdi eicere pōt p
.l.i.§.licet aūt de pericu.& como.rei.uen.

Quid ſi poſuiſti lapides uł aliqd aliud
in curia uel domo mea ſine mea uoluntate
dic ꝙ propria auctoritate ſine alia denōcia
tiōe poſſuꝫ tollere & eicer̄.l.ſi p̄cario & ibi
glo.cōia predio.l.queādmodū.§.i.ad.l.acq.
.l.ſi inter.§.qui ad ianuā ꝙ ui aut clam. Sed
quid ſi poſuiſti lapides & tigna tua in fūdo
meo de uolūtate mea me precario concedē
te iuxta.l.precarii an poſſim ea remouer̄ ꝓ
pria auctoritate ſi tu ea inde non exportas
teneo ꝙ prius debeam te requirere & inde
remoueri facias alias ego prius mouendo
teneor tibi ad itereſſe ar.d.l.i.§.licet autē &
ita tenet paulus de caſt.in.d.l.ſi precario.

Quid aūt ſi ſimpliciter cōceſſi ut aliqd
apponeres in meo an uidear cōceſſiſſe pre
cario.i.ad meū bene placitū an uero animo
donādi & cōſtituēdi ſeruitutē i meo & glo.
i.d.l.ſi p̄cario i.uer.p̄cario uideť tenere qd'
aīo donādi & ſeruitutē cōſtituēdi ſꝫ aduer-
te ꝙ illa glo.loqť qn̄ ego cōceſſi tibi ut ali
qd facere i tuo i quo habeo ſeruitu.nā tunc
odio ſeruitutis & fauore liberatis r̄cuperā
de uideor cōcedere aīo ſeruitutis remittēde
nos uero loquimur qn̄ ī meo quo caſu dicit
Ang.in.d.l.ſi precario ſe putare ꝙ potius p̄
cario quā donare per.lcum de indebito de

ꝓbatio. Nec obſtat ꝙ qn̄ ceſſat alia cauſa
preſumitur animo donandi.l.ſi cũ auruȝ de
ſolu.l.campanus de operiſ.lib.l.ii.§.circa de
doli.excep. Quia illud eſt uerum ſecũ-
duȝ eum quando quis promittit aliquid da-
re uel facere alteri uel dat aut facit hic auteȝ
promittit in ſuo fieri quia .ſi preſumeret
animus & uolũtas donandi preſumeretur
ĩ partem odioſam quia uideretur ſeruitus
cõſtituta dicit Pau.de caſt.in.d.l.ſi precario
tamen ſibi uidetur in hoc eſſe diſtinguẽdũ
ãt ꝓmiſſi tibi facere tale qd ꝙ de ſui natura
nõ ẽ perpetuum ſed temporale aut ꝓmiſſi
id tibi facere ꝙ de ſui natura nõ e ad tempꝰ
ſed ut perpetuo ſit. Primo caſu quando
id conceſſi quod d' ſui natura non eſt per-
petuum ſȝ temporale puta ꝙ ibi poſſit con
gregare arenã uel calcẽ aut tigna ul' lapi-
des occupantes locuȝ & tunc procedat dic-
tum Ang.& ſic poſſum te compellere ad r̄-
mouẽdũ quãtum mihi placuerit ar.l.i.d' p̄-
cario quia ſufficit ſi cui l' in paucis laboribꝰ
amicis ſuccuramꝰ.l.tutori.C.d nego. geſt.
Qd' ego limito duobus modis.Primo niſi
eſſet facta conceſſio ob aliquam cauſaȝ pu-
ta quia dixi paciaris ꝙ ego ponã lapides ul'
arenam ul' tigna in domo tũa quia in mea
quã edificare uolo ſtare non poſſunt.Nam
tũc nõ poſſem cogi ad remouenduȝ niſi ſe
cũdũ quod edificauero domuȝ ar.l.i cõmo.
.§.ſicut.ff.como. Secundo fallit quando
ego concedens precario uellem ſine cauſa r̄
mouere cũ damno illius cui conceſſeram
quia tunc obſtaret exceptio doli qa p̄cariũ
eſt beneficium & beneficio iuuari nõ deci
pi nos oportet ut dixi tex.eſt.in.d.§.ſicut &
hoc tenet elleganter abbas ſiculus i.c.fi.ex-
tra de precario.ꝓ quo allegat id. quod nõ.
Io.an.in prohemio decretal'.ubi dicit ꝙ ſi
qs imitamit uiatorem & deuiauit & poſtea
eũ penituerit põt agi cõtra eũ facit ꝙ habe
tur i.l.ſi penã de uerb ob.& i.l.pe.C. como.
quod no.pro limitatione tituli de precario
Secundo caſu principali quando conce
do tibi tale quid ꝙ de ſui natura non ſit ad
tẽpꝰ ſed perpetuo ſit puta parieteȝ in meo
facere l' imittere tignuȝ factũ i foramine q°
tectuȝ ſubſtentatur & tũc itelligitur cõceſ
ſio facta animo donandi & cõſtituendi ſer
uitutẽ alias ſeq̄retur dãnuȝ alterius partis
cui fit conceſſio ſi poſt ſumptus factos cogi
poſſit deſtruere & ſic conceſſio itelligitur
facta ſecũdum ſubiectam materiaȝ.l.ſi uno
in prin.ff.loca.quod perpetuo tenẽ mẽnti.
Et adde que dixi ſupra de ſeruitute tigni i
mittendi & de tigno iniuncto & de aque ꝓ
iectu.

## De fouea. C. LXXX.

Vi uult foueam ĩ ſuo iuxta fun
dum alterius facere quantuȝ ꝓ
fundum eſt aut tantũ derelin-
quat.l.fi.fini.regun.que habet
duobus modis in littera uno modo cuȝ illa
diſiũctiua aut & ita cõiter habetur & ẽ ſen
ſus ꝙ debet fodiens tantuȝ ſpatium relique
re a fouea uſq; ad fundum uicini q̄tum ẽ ꝓ-
fundum ideſt profunditas ipſius fouee aut
tantumdem ideſt q̄tum extẽditur fouea in
latitudine ſuper eius ſummitate & hoc ſẽtit
ibi ſup gl.uer.tantũdẽ cũ ibi diſiũctiua refe
ratur ad fodientẽ ſi maior eſſet profũditas
quaȝ latitudo uel ecõtra erit in electione fo
dientis uel relinquere ſpatiũ ꝓfũditatis uel
latitudinis ar.l.plerũq; i fi.de iure do.cũ ſi.
alio mõ habet littera i.d.l.fi.ſine illa diſiũc
tiua aut & ſolũ dicit q̄tũ ꝓfũdũ ẽ tm̄ dereli
quat & tũc ẽ ſenſus ꝙ fodiẽs dȝ idiſticte reli
quere tm̄ ſpatiũ quãtũ ẽ ꝓfũditas fouee & i
telligo illũ tex.de fouea ſiue fiat iuxta uici-
nũ fũdũ urbanũ puta parietẽ uicini quia lȝ
& illa.l.fi.ſit poſita i ti.fini.regun.tñ locum
hẽt ẽt in predio urbano ut dixi.ſ.d pariete
ſiue muro circa prin.& ꝓbat per glo.in.l.
fluminũ.§.preterea i ꝟ.fruct.ibi.Fallit hoc
ubi fodis iuxta parietẽ meũ magis q̄ poſſet
quod nõ licet & uoluit dicere per.d.l.fi.fi.
regun.ſiue fouea fiat iuxta parietẽ ruſticuȝ
Item intelligas foueam ꝓprie quãdo hẽt
iſtud nomen ſpeciale fouee ut.l.i.§.foſſa ne
quid i flu.pub.uel quãdo ſiccãdorũ agroruȝ
cauſa facta ẽ.l.i ſũma.§.i.de aqua plu.ar. uel
qn̄ eſt facta fouea ꝓ animalibus potãdis ul'
pannis lauãdis uel anſeribus ul' anatis i ea
retinẽdis.Secus ſi fouea eſſet q̄ tranſiret in
aliud nomẽ ſpetiale ſicut ẽ puteus qa poſſũ
tũc debet relinq̄re.d.l.fi.fini.regun.& dixi
ſupra de puteo.Idem ſi eſſet fouea q̄ dicit
penus ut dixi ſupra de penu i fine in tantũ
ꝙ ſi uellet facere foſſatũ cõmuni diuidũdo
agrũ ſuũ i fũdo uicini nõ teneret dereliq̄
re illud ſpatiũ imo de conſuetudine ſeruat
ut fiat i cõfinio fodientis ut ẽt i cõfinio utri
uſq;.l.ii.§.preterea & ibi gl.de aqua plu.ar.
& tũc i dubio eſſet cõmunis utriuſq; ut nõ.

ibi glo.& dixi ſupra dē ingreſſu & dicā ple nius in ſeq.li.de foſſatis licitū ē etiam in ſuo fodere & auertere aque uenā que ꝺ̄currebat ad fundū uicini ſi hoc fiat ut ſibi proſpiciat & nō pricipaliter ut uicino noceat.l.flumi. nū.§.fi.cū duabus ſe.de dam.infec.&.l.i.§.d niq; de aqua plu.arcen.& ꝓbatur in.l.quo. tiens la prima in prin. ibi aliter atq; de ſer uit.& no.paulus de caſtro in.l.ſi tibi p illus tex.C.de ſerui.& dixi ſupra de puteo.℟.qd ſi in domo mea ſi quis foſſam fecerit urſorū uel luporū aut ceruorū capiendorū cā in uia publica in itineribus publicis aut i ſilua publica & bos in eas incideret agere potero interdicto quod in publico factū eſt.l.ſi ali us.§.pe.ꝙ ui aut clam & ēt poſſus agere.l. aql.niſi mihi prius denōtiauerit uł niſi ſi. ueri .l.qui foueas ad.l.aquil.& no.glo. in.d. .§.pe.uł niſi eſſet facta fouea in locis ubi fie ri ſolent.d.l.qui foueas & idem dicas in fo. ueis que fiunt cauſa collocādi furmenta ꝓut fit in marchia.ſed an ille poſſit fieri ſub ſolo publico & teneo ꝙ non de iure quia i ſolo publico non ē licitus priuato aliquid immi tere ſine principis licētia uel ſuperioris.l. .ii.in prin.ne quid in loco publico & maxi me ſi ē uia publica ſeu iꝰ publicū.l.ediles.§. cura aūt ē de uia publica alias ē de loco pub lico fruendo & per illas foueas efficiatur de terior uia.Et uia dicitur deterior fieri ſi per illas foueas ipedirꝰ uſus eius ad cōmeandū hoc eſt eūdū uł agēdum aut cum uia plana fuerit cliuoſa fiat uł ex molli aſpera aut an guſtior ex laciori aut paluſtris ex ſicca.l.ii. .§.deterior ne quid in loco pub.in hoc tñ puto ꝙ ſit cōſeruāda cōſuetudo loci per.l.i. &.l.an in totus .C.de edi.priua. per glo.in rubrica.C.que ſit longa conſue.que loquiꝰ de porticibus ubi uero nō ſit cōſuetudo ſer uāda quod dixi.Cetera circa iſtā mā; uide in ſequenti libro in ti.de foſſatis in ſequenti titulo uerſi. nec obſtat quod dixi.

## De.arboribus.C. .LXXXI.

o Liuā & ficū in ſuo plātās a fun do uicini p nouē pedes diſtet alias aūt arbores ſeu tigna per quinq; pedes .ut.l.fi. fi. regun. & ratio potuit eſſe proter radices & ramos & frōdes.ſed ſi aqueductus diſcurrit p locū priuatū debet ab utraq; parte eſſe ſpatium xxv.pedū in quo mille ſunt arbores & ſi q̄ naſcerētur debēt excidi.l.i.& ibi hꝰ nō.bar. .C.de aqueduc.li.xi.& eſt rō ſecūdum Bar. ibi in fi.quia eſt preſūptio ꝙ arbor radices mittat & extēdat p.xxv.pedes.Si uero aq̄ ductus trāſitū faceret per loca publica debꝫ eſſe latitudo.x.pedū mūda omnibus arbo. ribus.l.omnes in prin.eo.ti de aqueductu li.x.& no.Bar.in.d.l.i. Sed quid ſi quis plātauit arborē in ſuo iuxta regionē alteriꝰ dimiſſo legiptimo ſpatio ſecūdū.d.l.fi.fi.re gū.& poſtea ita excreuerunt radices ꝙ fun damētū uicine domus ruinā ſeu periculus aterat an poſſit agi cōtra eū qui plātauit ł qui plātatū habet & uidetur ꝙ nō per.l.gra cus de adul.quia dicitur ꝙ initiū expectan dū ē ut no.plene per glo.& doc.in.c. dudus ad audiēdū extra de elec.cōtrarius tñ ē ue. rius per.l.i.C.de interdic.& ibi hoc no.glo. fi.in fi.& eſt rō qa licet in ſuo ſit licitū facerꝰ quodlibet.l.procul.de dam.infec.tamē illdꝰ uerū dūmodo nihil imittat in alienū.l.ſicu ti.§.ariſto ſi ſer.uendice.& ita tenent doc. i .d.l.i. Dubium tamen eſt an hoc caſu qꝰ radices miſit arbor in fundum meum ſeu i murum domus mee an eas poſſim propria auctoritate incidere an uero cū auctoritate iudicis & uidetur ꝙ ꝓpria auctoritate poſ. ſim.l.quēad.§.ſi ꝓtectū ad.l.acquil.&.l.ſi ui tē.§.qd ad ianuā ꝙ ui aut clam nec uidetur obſtare.d.l.i.de iterdic.qa ſecundū aliquos inducit neceſſitatē de aditione iudicis.l.iii. C.de pigno. Alii dicūt & iſtud eſt ueriꝰ ſm Pe.Cy.& doc.i.d.l.i.ꝙ non poſſim pro. pria auctoritate icidere ſed cum auctoritate iudicis ut.d.l.i.& ſi plures .§.ſi arbor arbo. fur.ceſarū.Nec obeſt ꝙ dixi quādo qd ē im miſſū i meū poſſū ꝓpria auctoritate tollere qa i hoc ē diſtinguendum aut aliquid imit tit in ſuo qs & a ſe poſſeſſio tñ ꝫ iꝰ mihi de bitū & tūc ē neceſſe recurrere ad iterdictū ꝙ ui aut clā & de.no.op.nun.ut.l.ſi uitē.§.q ad ianuam ꝙ ui aut clam &.l.de pupillo.§. meminiſſe de no.op.nū.Aut qs uult i rem meam immittere & tūc aut illud immiſſū nō tangit rem meam ſed pēdet ſupra & tūc illud propria auctoritate non poſſus remo uere.d.l.quēadmodū.§.ſi ꝓtectū ad.l.acquil. aut tangit rem meā & tūc aut illud imiſſus eſt artificiale ꝙ conuenit opere manu facte quia foueā facit p quā incurrit aqua p mu. rū & tunc ꝓpria auctoritate mea poſſū tol lere ut.d.§.ſi ꝓtectū aut in ſuo nō ē artifici alis ſed naturalis ut qñ uicinus meus plan

tat in ſuo & poſtea r̃adices naturaľr itrãt i meũ & tũc ꝓpria auctoritate euelleř & ici dere nõ poſſum .d.l.plures.§.ſi arbor. arbo. fur.ceſa.&.d.l.i.C.de interdic.& ibi hoc nõ. Cy.Bar.& doc.Et predicta ꝓcedunt i radici bus Sed quid in frondibus & ramis pone arbor tua pẽdet.s̃.domũ meã ľ fundũ meũ an poſſim totuꝫ ꝙ ex arbore ſuper meo pẽ det ꝓpria auctoritate abſcindere & uideť ꝙ ſic per.l.i.§.i.de arbo.cede.& hoc tenuit glo.ibi ꝑ.l.pignoris .C.de pigno. acti.&.l. liberuꝫ.C.qñ lic.unicuiqꝫ ſine iudi.uen.i cõ trariũ glo.allegat ĩ.d.§.i.l.iiii.C.de pigno.ſ. ꝙ cuꝫ iudi.auctoritate hoc fieri debet & ꝓ hoc.d.§.ſi ꝓtectuꝫ Ac ẽt qa ſi ingredior in tuũ ꝯ tuã uoluntatẽ tibi teneor actõe iiuria ruꝫ i ſi.de iiuri. In hoc cõclude ſecunduꝫ Bar.in dicta.l.i.de arbo.cede .ꝙ eſt pratica qñ arbor tua pẽdet i edes meas. prio debeo tibi denũtiare ut eã adimas ſecũduꝫ ꝟba edicti ď arbo.cedẽ.ar.d.l.i.i prin.& i.§.ait p̃ tor. Et ꝯſiliuꝫ ẽ ꝙ de hac denũtiatõe fiat ĩſtrumẽtuꝫ ſi tu negligis adimeř & ego auc toritate mea uado & ſubcido cuꝫ nemĩnẽ ꝓ hibẽtẽ i ueniã nec alias fueriꝫ ꝓhibit⁹ licite facio. Nã nõ cõmitto uim cuꝫ ñ fueriꝫ ꝓ hibit⁹.Itẽ nõ facio clã ꝯ ius mihi ꝑmittat.d. .l.i.§.i.de arbo.cedẽ.nõ debeo credere uľ ſu ſpicari ꝙ ꝯ iuſtitiã mihi reſiſtas & contro uerſiã facias ſed ſi cũ ueneri ad icidẽdũ reſi ſteres tũc nõ poſſuꝫ mea auctoritate tolleř ſꝫ debeo r̃curere ad interdictuꝫ de arbo.cedẽ. & ẽ caſus i.d.§.i. Eſt eniꝫ ꝓhibituꝫ ne mi hi dominio ediuꝫ tu dominus arboris uim facias. Circa p̃dicta q̃riť ꝙ remediuꝫ cõ petat diſtingue tres caſus aut arbor tua pẽ det ſupra domuꝫ meã & tunc agi põt ex pri mo capite de arbo.cedẽ.ut arbor tollať i to tũ & ſuccidi debeat a ſtirpe.l.i.§.i.ď arbo.ce den.aut arbor tua pẽdet.s̃. agruꝫ meum & tunc ex ſecundo capite eiuſdẽ edicti ñ agiť ut tollať i totuꝫ ſꝫ ut coherceať & icidatur .xv.pedib⁹ a terra.d.l.i.§.deinde ait p̃tor & hoc nõ.glo.ĩ.d.l.i.C.de interdic. & ibi ꝑ Ci. & doc. Et rõ differrẽtie ẽ iter iſtos duos ca ſus quia i pria qñ arbor ſupra domũ alienaꝫ pẽdet nocet domui rõe pluie ſꝫ in ſecundo caſu qñ ẽ ſupra agruꝫ nõ nocet agro niſi rõe ſolis q itret terrã ſecundũ Cy.ĩ.d.l.i. Aut arbor nõ pẽdet.s̃.domũ ľ agrũ alienũ ſꝫ ra dices mittit in alienã domũ & iſte ẽ terti⁹ caſus de quo nõ loquitur edictũ de arbo.ce dẽ.ſꝫ ꝓuiſio.d.l.i.C.de interdictis q̃ uľt ꝙ lꝫ

deficiãt ꝟba edicti tñ ex eq̃tate ꝯpetit ꝯdi tio ex illa.l.i.q̃ ẽ actio i factũ uel utile itdic tũ ut nõ.ꝑ glo.ĩ.d.l.i.Et iſtud ultimũ ꝙ cõ petat utile iterdictũ de arbo.cedẽ.tenet ibi glo.& Cy.& doc.& Bar.ĩ.d.l.i.§.differentia de arbo.cedẽ.Sꝫ qa iſta opi.ꝙ ꝯpetat utile i terdictũ & nõ directũ de arbo.cedẽ.ꝓcedit ſine dubio ſecũdũ opy.glo.q̃ uult ꝙ ubi ꝟ ba deficiũt & mẽs ſubeſt tũc deť actio utiliſ ut nõ.ĩ.d.l.curatoris.C.de neg.geſt. Sed ſm opy.Cy.& Bar.in.d.l.curatoris & in.l.i.ĩ. q. .ii.C.uti poſſi.q̃ ẽ ꝙ ubi mens ſola ſ bẽ licet ꝟba deficiãt deť ẽt directa ſed qñ deficiũt uerba legis & mens ſed ſubeſt ratio earum tũc utilis p̃dicta deciſio uideť hẽre aliqua lẽ dubitationẽ qa ex quo edictũ de arbo.ce dẽ.ꝓprie ſũptũ ueniant ẽt radices arboris qa illa diciť ꝓprie arbor q̃ hꝫ radices ut ẽ caſus nõ.ĩ.l.uitẽ.§.i.ar.fur.ce. ergo uidebať adeſſe mẽs p̃toris i edicto de arbo.ce.& ſic debere dari directũ iterdictũ nõ utile. Itẽ qa diciť i edicto arbor ipẽdit &c̃.Nã dũ di ciť ipẽdit uideť ẽt ſignificare i loco qa dic tio i ſignificat i loco uľ i ꝑſona & req̃rit tac tũ loci uel ꝑſone ut ẽ caſus nõ.in.l.i.§.in flu mine de fluminibus & in.l.i.§.hoc aũt iter dictuꝫ de no.op.nun.& ibi per Bar.Sed tu teneas opi.glo.p̃dicte & doc.q eã ſecunť in .d.l.i.C.de interdic.nã lꝫ edictuꝫ de arbori bus ce.loq̃reť de arbore nõ tñ ſimpľr loqť ſed de arbore q̃ in alienas edes ipedit.nã ꝟ bũ arbor iunctuꝫ cum uerbo ipẽdit dꝫ qua lificari ſm naturã uerbi cui adiungiť.l. in delictis.§.ſi extrãeus de noxa.l.lucius & ibi Bar.de teſta.mili.ſed uerbum ipẽdo nõ ex tẽdiť ad radices q̃ ſubirẽt fundamẽta dom⁹ quia uerbum ipẽdit dꝫ exponi.i. depẽdet ľ .s̃.pendet.Nã dictio in aliqñ poniť pro de ut ẽ tex.cum glo.ĩ.l.ſi cui tigna de edil.edic. probať i.l.quero.§.fi.ibi i domo eo.ti. & ſic dictio nõ requirit tactum loci. Itẽ ꝙ uer bum arbor nõ extẽdať ad radices qñ cõiun giť cum uerbo ꝙ aliud iportat ẽ caſ⁹ in.l.i. iuncto ꝟſi.ſi quis radicibus ar.fur.ceſa. & ꝙ iſtud ſit uerum ꝙ hoc caſu non compre hendantur radices arborum ex mente edic ti patet in.l.i.C.de interdic.ibi dum dicit ad exemplum alicuius non eſt idem cum illo ex mente ſed eſt per extenſionem que fit ꝑ eãdem rationem. Concludo igitur ex p̃ dictis ꝙ hoc interdictum de quo in.d.l.i.ſ. quãdo radices creſcunt ſub fundamento do mus uicini debet eſſe utile & non directuꝫ

qa nec uerba nec mēs editi de arbor.ce.fuit
de ipĩs radicib⁹ ſʒ ſolū de arbore q̃ ſupra pē
det & ſic dꝰ frōdib⁹ & ramis ſʒ qa ſi fuiſſet
iterogatus pretor quid de radicibus propᵗ
eandem uel maiorem rationem idem dixiſ
ſet ar.l.tale pactum cum ibi no. per glo. in
.§.fi.de pac.ideo ad exēplū interdicti de ar
boribꝰ cedēdis dabitur eſt hoc utile ꝙ no.

Itē daᵗ hoc iſdictū dꝰ arborib⁹ cedēdis
tam directuʒ q̃ utile cōpetens i tribus caſi
bus de quibus.s.dixi i ꝝ.circa predicta qdꝰ
datur non ſolū domino ediuʒ ſed ēt ei qui
uſumfructuʒ habet qa ipĩus interē arboreʒ
ipām nō pendere.l.i.§.nō ſoluʒ de arbo.ce.

Iteʒ datur hoc iterdictuʒ ſi arbor comu
nibus edibus impēdit & cuilibet dñorum
inſolidū quia & ſeruitutū uēdicatōnem ſin
guli habent.d.l.i.§.preterea. Item an ꝑ
opere facto i arbore poſſit agi & qua actōe
uide.l.ſi alius.§.notauimus ꝙ ui aut clam
& plene.no.per Bar in.l.i.§.hoc aūt edictuʒ
de no.operi.nun. Item ſi arbor ex uicini
fundo in clinata in tuuʒ fundum ſit ex lege
.xii.tabularū a mouēda ea ratōe agere potes
ius ei non eſſe ita arboreʒ habere.l.fi.de ar
bo.ce.et cōpetit actio in factū uel negatoria
ſecūdū glo.ibi & bar.Si aliquis cauit mihi
de damno infec.& arbores ex ſuo agro in
tēpeſtatē cōfracte & in meū agrū ceciderūt
eo quod facto uitibus meis uel ſegetib⁹ no
cerēt uel edificia demoliūᵗ ſtipulatio non
comittiᵗ ſecus ſi ueſtutate arborum hoc
accideret tex.ē in.l.fluminum.§.item apud
iulianū de damno infec. Item quid ſi ar
bor ex fundo tuo in uiam publicā ſic cade
ret ut itineri ſit impedimēto eaſqʒ pro der̄
licto habeas dic ꝙ nō teneris ſed ſi actor in
ſua impēſa arborē tollere parat⁹ ſit recte te
cum agere poterit de uia publica reficiēda
ſed ſi ꝓderelicto nō habes tecum ager̄ pote
rit ne quid i loco pub.& addꝰ ꝙ no.Fre.de
ſenis i cōſilio.c.ii. Dictum ē ſupra de arbo
rib⁹ q̄ intrāt muꝝ uicini uel eius fūdamtuʒ

Sed qd ſi arbor porrexit radices in uici
nū fūdū an uicino liceat eas icidꝰr̄ dic ꝙ nō
ſed agere poterit negatoria ei non eſſe ius
ſicut nec tignū aut protectuʒ habere ut.l.ſi
plures.§.ſi arbor arbo.fur.ceſa. Item qd
ſi radicibus i fūdo uicini arbor alitur cuius
diciᵗ ēē arbor dic ei⁹ uicini cui⁹ fūdo origo
arboris ē.d.l.ſi plures i fi.ꝙ itellige quando
aliᵗ a ſolo uicini non tamē ocupauit ut quia
per latitudinē & longitudinem tāgitur &
quādo pōterat uiuere ex radicibus q̃ erāt i
ſolo unde ducit originem alꝰ ſecus & ita in
telligiᵗ.§.ſi ticius inſti.de re.diui.& ibi nō.
per Ang.in.d.l.ſi plures in fi.& uide oio.l.
ſi uitem in prin.& ꝙ ibi nō.per doc.ꝙ ui āt
clam. Itē ſi qs plātauit arbores alienas in
ſuo uel ſuas in alieno cuius erunt dic ut ha
betur in.d.§.ſi ticius & i.l.itē pompo.ſcribit
ſi frumētū.§.de arborū de rei uen.& in.d.l.
ſi uitē in prin. Itē incidēs arbores aliēas
teneᵗ aqlia & arborū fur.ceſ.l.i.& pe.ff.ar.
fur.ceſ.& hoc ſiue quis ſuis manib⁹ incidat
ſiue alii incidendū mandauerit ut.l.ſi furtū
§.ſiue autem eo.ti.& etiam ſi colonus arbo
res ceciderit ex locato tenetur lege ſi colo
nus eo.ti.& ſi plures eandeʒ arborē furtim
ceciderūt ꝯ ſingulis iſolidū agi poterit.& ſi
eadem arbor plurium fuerit uniuerſus ſi
mul una pena preſtabitur.l.ſi plures i prin
cipio arborum fur.ceſ.& cōpetit iſta actio
emphiteote non autem uſufructuario.l.ce
dere.§.pe.eodem ti.Et que & quanta ſit iſta
pena & aduerſus quem competat & quib⁹
uide in.l.furtim.§.fi.cū ſeq.ar.fur.ceſ.Et qa
facta eſt ſepius mencio de arbore ſciendū ē
quid ueniat appellatione arboris.dic quod
continetur ēt uites.l.ii.et iii.arbo.fur ceſ.l.i.
.§.arbores de arbo.cedē.Item multa alia cō
tinetur appellatione arboris de quib⁹ uide
in.l.uitem per totam cum ſe arbo.fur ce.&
uide omnio bal.in ſuo trac.de alueo ubi po
nitur quid ſit proprie arbor & quid ſit her
ba.Item quid ſi ex arbore mea fructus i tu
um fundum cadant ꝙ uſqʒ ad tercium dieʒ
licitum eſt mihi colligere nec uim facere
potes.l.i.de glā.leg.& uide omnio ꝙ ibi nō
Bar.Item ſi uendidi fundum & accepi arbo
rem & ea cecidit & poſtea radices eius pu
los uel pullulos emiſerit ā eos poſſiʒ uēdi
care.iſta ē.q.ſabatina de qua uidꝰ per glo.in
.l.obligationū fere.§.pe.de actio.ob. Vlti
mo adde ꝙ uſufructuarius non pōt excide
re arbores etiam uſufructuoſas que de am
bulationes opacas & amenas reddunt.l.eqᵗ
ſimū de uſufr.& adde que dixi ſupra ne lu
minibus officiaᵗ in.iiii.&.v.q.& de ſerui.ꝓ
tegendi in.v.q.

De ſepulchro. C. LXXXII.

ſ Epulchrum ē locus ubi corpus
oſſa ue hominis condita ſunt.l.
.ii.§.ſepulcrū dꝰ religio.& ſup.

ſu.& uaria nōīa ſepulcri uide per glo.in.l. cuiuſcunq;.§.idem ait de inſti.& per Flo.i .l.familiaria cum ſeq.in.§.quis ad huc de relig. Locum religioſuz unuſquiſq; ſua uoluntate facit du; mortuū infert in locū ſuū ut inſti.de re.diui.§.religioſu; uel etia; ubi poſtea quid d' loco cōi uel alieno uel ī quo aliquis habet uſumfr.& ille locus dicitur religioſus in quo ē capd' hōis.l.cū diuerſis d' religioſis & ſi capud diuiſum ē in plures partes & poſitū i diuerſis locis ille locus dicet' religioſus in quo eſt maior pars capitis & ſi partes ſint equales neuter erit rligioſ' glo.eſt nō.in dicto.§.religioſum quam no. ꝓ ludentibus ad plaſtellā uel ad par uel ad impar quando plaſtella ſcinditur & minimus ſciſus reperit' inſpicitur ubi eſt maior pars & ſi partes ſunt equales neuter uallet

Si quis ſepulcrum effodere uoluerit q̄tū profunditas eſt tantum relinquat.l.fi.in fi. fini.regun.quod expone ſicut dictum ē ſupra de fouea in prin. ſeruitutis itineris ad ſepulcrum priuati ius manet & ideo remitti dño fundi ſeruitus pōt & acquiri ēt poſt religionē ſepulcri hec ſeruitus pōt.l. ſeruitutes la grande.§.ſeruitus itineris de ſeruitu. Qui non habet uiam ad ſepulcrum poteſt illam impetrare precario a uicino & ſi concedere noluerit poterit cōpelli non iure actionis ſed extra ordinem officio iudicis in officio iudicis uendere iuſto pretio id cogitur per eum tamen locum per que; uicinus minus ledatur.l.ſi quis ſepulcrum in ī pri.de relig.per quā.l.dixit ibi Guil.quē ſequitur Flo.quod religioſi non habētes ī loco ſuo locum eis conuenientem uel ſufficiētem poſſunt petere quod loca eis concedentia aſſignentur propter fauorem religionis & hac ratione cogitur uicinus eis uendere domum quia fauore publice utilitatis compellitur quis uendere rem ſuam.l.ii.i prin. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& idem tenet Flo.in.l.iii.§.locus de.religioſis & ide; tenet Ange.in.l.i.ad fi.ſo.ma.qui dicit ita de facto obtinuiſſe Guil.de cu.ut refert ipē Guil. in.l.decernimus de epis & cle.& idem tēt Bal.in.d.l.i.So.ma.& idem tenet Io.de almania. in.c.aplīce.in pri.extra de do.qui dicit ꝙ hoc procedit non tantum eccleſia edificata ſed etiam ediſicanda quia magis fauetur eccleſiis de nouo fundantis quam iam cōſtituta & ratio eſſe pōt quia de nouo conſtituēdo religio magis urget facit ꝙ habetur i .c.fi.de reſcriptis in.y.& in cle.fi.eo.ti. Ego plus dico ꝙ iſta procedūt nō ſolū i eccleſiis edificandis ſed etiam ꝓ clauſtro & ꝓ domibus de nouo faciēdis āt agendis neceſſariis pro monaſterio uirorum & monialiū eadē ratione & ita alias obtinui in ciuitate uerōe qd' ſingulariter & perpetuo tene menti.

Et idē dicas pro ſcolis fabricandis ut no. Flo.in.d.l.ſi quis de ſepulcro in prin.& no. doct.in.d.l.i.ſo.ma. Si quis ꝓtectum aut ſtillicidium in ſepulchrū imiſſerit & iam ſi ipſum nō tāgat recte cū eo agi pōt ꝙ ui aut clam in ſepulchrū factū ſit quia ſepulchri eſt nō ſolū is locus qui recipit humatione; ſed etiam omnes ſupra ideo ꝙ nomie ſepulchri agi pōt.l.ſi uitem.§.pe.quod ui aut clā.

Vltimo no.quod olim ſolebant corpora maiores noſtri in domibus propriis ſepellire ſed propter cadaueris fetorem ſtatutū fuit ꝙ extra ciuitatem ſepellirentur & pēa ſtatuta ꝯ facientes ſepulchra in ciuitate & magiſtratus patiētes hoc fieri ē.l.iii.§. diu' Adrianus de ſepul.uiola.&.l.mortuorū de religioſis ꝓmittebāt.n.ſepulchra uel i cimiterio uel i alio loco ad hoc deputato & ſacrificato uel i ꝓpriis ꝑdiis & quicūq; locus ꝑ illationē corporis mortui religioſus efficiebat'.l.ii.in prin.&.§.pretor ait de religio.uerum quia per hoc damnificabatur dn̄s loci fuit ꝓuiſū per.d.ti.de relig.ut.l.ii.§.i.&.§.iſ qui eo.ti.nūc uero permittitur i ciuitatibus ſepelliri & aliis locis cōſecratis ſm cōditionem perſona;. Quantū autē ad effectū nō curatur de loco ſepulture quia dn̄i eſt ē ra & plenitudo ei'.xiii.q.v.ubicūq; facit.c. ſacrū de ſepul.& no.Flo.in ꝛ'ica.de religio. apud qua; eccleſiā quis debeat ſepeliri dic apud illā quā ellegerit ut habetur per glo. ordi.habetur.xiii.q.iii.in ſūma dūmodo rlīquat eccleſie parrochiali partē ex de ſepul. .c.de his &.c.cū ſuper & habetur in.c.fi.eo. ti.li.vi.& in clementi.dudum .§. uerum de ſep.ſed in ſepulturis parētū filii collocandi ſunt de quo dic ut habetur.xiii.q.ſecūda ebium &.c.placuit.

Tractatus domini Bartholomei cepolla de uerona de ſeruitutibus urbanorū & ruſticorum Prediorum.

INCIPIT TABVLA hui⁹ libri.


RVBRICA DE IVRE PERSOnali. C. I.

Quē dicatur ſeruitus perſonalis.

Quo iure inducta eſt ſuitus.

DE SERVITVTE REALI. C. II.

Que dicat̃ ſuitus realis

Quomodo cognoſcat̃ qn̄ ſint ſuitutēs rales uel pdiales

DE SERVITVTIBVS MIXtis C. III.

Quare dicāt̃ mixte.

DE PRIMA SERVITVTE mixte uidel3 & de ſeruitute uſuſfructus C. IIII.

Quotuplex ſit uſuſfructus.

De uſufructu formali & caſuali.

Quotuplex eſt dominium.

Quid ſi relinquit̃ alicui fundus ad uſū fructū ł ad uſufructuandū an tunc uideat̃ relictus uſuſfructus uel proprietas.

Quid ſi legatur alicui domus uel fund⁹ in gaudimentū an uideatur eſſe relicta proprietas an uero uſuſfructus tm̄.

Quid ſi maritus relinquit uxorē dn̄a3 & uſufructuariā ſicut cōit̃ fieri ſolet ā uideatur relicta proprietas uel uſuſfructus uel alimenta.

Nunquid differat legatum uſuſfructus a legato redditus.

Que ueniāt in legato uel in cōceſſione uſuſfructus. An ille qui emit uſumfructus formale3 alicuius fūdi ſi poſtea cōtigat ſterilitas poſſit petere remiſſionem mercedis

Quanto tēpore duret uſuſfructus.

DE SECVNDA ſpecie ſeruitutis mixte uidelicet de ſeruitute uſuſfructus. C. V.

Quid ſit uſus.

Quotuplex ſit uſus.

Quot modis capit̃ uſus.

Quid cōtineat in ſe uſus.

DE TERTIA SPECIE ſeruitutis mixte uidelicet de ſeruitute habitationis C. VI.

Nūquid lēgādo uel ſubmittēdo quis habitationē uideatur relinquere proprietatē.

Quot modis cōmoditas domus legari ł concedi pōt.

Quidam relinquit uxori habitatione3 uel uſūfructū domus ſue, deinde legauit in eodē teſtamēto eadē domū alteri an p iſtd legatū uideatur ademptus uſuſfructus uel habitatio uxori.

Teſtator dixit relinquo uxori mēe habitationēm i domo cu3 filiis ſuis, an iſta debeat habere alimēta ex tacita uolūtate defūcti.

DE SERVITVTE miniſterii ſeu oparū an ſit realis ł perſonalis. C. VII.

DE QVIBVSDAM obligatiōib⁹ an ille dicāt̃ ſuitutes. C. VIII.

Aliquis cōſtituit ut in fūdo ſuo recipiā omni anno pomū i uiridario ſuo, an iſta dicat̃ ſuitus.

Promiſiſti mihi ſuitutem pecoris cōpellende ad fōtes cauſa agri mei ſtercorādi, an iſta dicat̃ ſuitus.

Aliquis pmiſit ſeruitutē de coquēdo panē i furnō ſuo p tota mea familia, an dicat̃ ſuitus.

Promiſiſti ꝙ p pontem tuum poſſi3 trāſire ſine gabella an dicatur ſeruitus.

Vtrum colligere pedagiū ſit ſeruitus.

DE SERVITVTIBVS noiatis & innominatis. C. VIIII.

Que ſint ſeruitutes ruſtice.

Que ſint ſeruitutes urbane.

Que ſint ſeruitutes innominatē.

Que ſint ſeruitutes nominate.

DE SERVITVTIBVS diuiduiſ & in diuiduis. C. X.

Quod ſeruitus uſuſfructus eſt diuidua & cetere ſeruitutes ſunt indiuidue.

DE SERVITVTIBVS urbāis & ruſticis & que dicāt̃ eſſe ſeruitutes urbane. C. XI.

Quare dicātur ſeruitutes urbane et quare ruſtice.

Quid dē ſtabulo an dicatur prediū urbanum.

Quid de orto an dicatur pdiū urbanū.

Quid de horreo an dicat̃ pdiū urbanū.

Q uid de cappana an dicatur p̄diũ urba
Q uid de naui an dicatur predius urba.
Q uid de molẽdino an dicat᷑ p̄dium ur.
Q uid de area an dicatur p̄diũ urbanuꝫ
Q uomõ cognoſcet᷑ q̄ ſit ſeruitus urba.
Habeo ius eundi per funduꝫ tuuꝫ ad domũ meam an tunc dicetur ſeruitus urba.

DE SERVITVTIBVS realibus & predialibus & in quo ſimul cõueniãt & q̄ ſit earũ natura .C. .XII.

Q ue ſit natura ſeruitutũ realiũ & p̄dialiũ

IN QVO conſiſtat ſeruitus ſeu ius ſ̄uitutis. .C. .XIII.

QVIS POSSIT cõſtituere ſeruitutes reales. .C. .XIIII.

An his qui nõ eſt uerus dn̄s ſed quaſi ſicut eſt bonefidei emptor an iſte poſſit iponere ſeruitutem predio alieno per ip̄ꝫ empto bonafide
An his qui habet utile dominium ſicut eſt emphitota uel liuellarius poſſit imponere ſeruitutem
An uaſalus poſſit imponerẽ ſeruituteꝫ fundo feudali.
Q uid de ſuperficiario an ſil̄r poſſit imponere ſeruitutem fundo ſuperficiario.
Q uid de domino directo an poſſit imponere ſeruitutẽ fundo ſuo.
Quid de herede an poſſit imponerẽ ſeruitutẽ rei legate.
Q uid d' domino fundi qui ip̄m obligauit alteri ẽt fiſco puta ſi pecunia nõ ſit ſoluta certo tẽpore poſſit uẽdi an interdũ dn̄s imponere poſſit ſeruitutem.
Q uid de domino fundi in quo alius hẽt uſũfructuꝫ an poſſit illi fundo ſeruitutem imponere.
An qs poſſit imponerẽ ſeruitutẽ fundo ſuo in quo alius habet aliam ſeruituteꝫ realem in eius preiudiciũ.
Q uid in marito an poſſit imponẽre ſeruitutem fundo dotali.
Q uid de uſufructuario an poſſit imponere ſeruitutẽ i fundo i quo hẽt uſumfruc.
Q uid i illo qui hẽt ius inferendi in ſepulcrũ an poſſit iponere ſeruitutem ſepulcro.
Item quid de eo qui non eſt adhuc dominus uel quaſi ſed proxime uel continuo eſt futurus an poſſit imponẽrẽ ſeruitutem
Conceſſiſti aquã que oritur i fundo tuo titio ut poſſit eam ducere ad fundum ſuum an poſſis poſtea ẽt mihi concedere.

QVI POSSINT acquirere ſeruitutẽs ſeu quibus poſſunt ſeruitutes concedi. .C. .XV.

An unus ex ſociis poſſit predio cõi ſeruitutem legare.

IN QVIBVS rebus poſſit ſeruitus conſtitui.C. XVI.
An poſſit cõſtitui i ſolo ſupficies fundi.
An edificio futuri poſſit ſeruitus iponi.
An in mari poſſit ſeruitus imponi.
An in cõi poſſit imponi ſeruitus.

QVE SVNT neceſſaria ut ſeruitus cõſtituat᷑ & eiꝰ q̄ſi poſſeſſio acq̄rit᷑.C.XVII.

QVE IMPEDIVNT ſeruitutẽm conſtituendam.C. XVIII.

QVOMODO ET Q ualit᷑ & qñ cõſtituatur & acquirat᷑ & retineat᷑ ſeruitꝰ & que ſeruitutes dicantur habere cauſam ꝑpetuã ſeu cõtinuã quaſi cõtinuaꝫ ſeu quaſi perpetuã & que cauſaꝫ diſcontinuã & quo tempore huiuſmodi ſeruitutes preſcribantur .C. XIX.

QVOT SINT neceſſaria ad inducẽdam preſcriptionem in ſeruitutibus habẽtibus cauſam continuam uel quaſi.

AN REQVIRANTVR ti.& bõa fides.C. XX.

An inter ius canonicum & ciuile ſit differentia in preſcriptionibus.
An ſeruitus poſſit cõſtitui ſub cõditiõe.
De duplici conditione uidelicꝫ extinctiua & inceptiua.

QVANDO ſeruitꝰ acq̄rat᷑.C.XXI.

An per ſolam promiſſionem acquiratur.

QVOMODO qualiter & qñ & ꝑ quẽ ſeruitus retineatur.C. XXII.
An ſeruitus poſſit pro parte acquiri uel retineri.

An unus ex ſociis poſſit ſeruitutem fundo cōmuni acquirere uel retinere.

An aqua per ſe ipſa fluens poſſit inducere preſcriptionem uel conſuetudinem.

QVALITER quis uti debeat ſerui tute. C. XXIII.

An ire poterit p q̄cunq; partem fundi uoluerit uel p totū fūdum.

Si debet̃ ſeruitus ī fūdo ad quē ſpectat qua parte debebat ſeruitutes habere.

An licitū ſit cui ſeruit⁹ debet̃ edificare in predio debēti ſeruitutem.

Si edificandum ſit in predio debēte ſeruitutem cuius expenſis edificādū ſit.

Si alicui ē licitu; ex forma ſtatuti aliq̄m occidere ad uindictā an ſit licitum cōgregare amicos qui ipſum adiuuēt.

An ſi eſt licitum aliquē occidere, ſit licitum ēt alteri demādare.

QVANDO & qualiter & quomodo ſeruitutes amittantur .C. XXIIII.

Quanto tēpore amittatur̃ ſeruitus p ñ uſum.

In quo differant ius canonicum & ciuile quo ad preſcriptionem.

Si fiat accuſatō uel inquiſitio de crimine quod dicitur comiſſu; certo die uel loco ſi probetur de alio die uel loco an ſufficiat ad condēnationem.

Si ago actōe iniuriarū, qa percuſiſti me in ſpatulis & probatur de percuſſione ī uultu an ſis abſoluendus.

DE SPECIEBVS ſeruitutū urbanorum prediorum .C. .XXV.

Quod ſunt ſpecies ſeruitutū urbanorū prediorum.

DE SERVITVTIBVS altius tollēdi & officiēdi lumib⁹ uicini. C. XXVI

DE SERVITVTIBVS altius nō tollendi. C. .XXVII

Nunqu id ille qui habet ſeruitutē altius non tollendi poſſit ſaltē alte edificare.

Nunquid ille qui debet ſeruitutē altius nō tollendi poſſit habere arborē ultra edificiū ſupra eam latitudinem.

Si debes mihi ſeruitutē altius nō tollēdi cū hac conditione ne luminib⁹ meis officiat quomodo intelligantur hec uerba.

An requiratur q̧ ſemp ſeruitus altius ñ tollendi per uicinū imponat̃.

An ſtatutū loquēs q̧ nullus poſſit alti⁹ elleuare ſeu tollere edificiū ſuū ſi per illud noceat uicini luminibus an ſtatutū liget foreñſem cuius ē domus que debet alti⁹ tolli.

DE SERVITVTE ſtillicidii auertendi & ſtillicidii nō auertendi. C. XXVIII.

Quid eſt ſtillicidium.

An quis regularit̃ poſſit diuertere aquā ex ſuo ſtillicidio ſupra ſtillicidium uel aream uicini.

Si aqua ſtillicidii uicini cadit iur̃ ſuitutis ſupra domū meā ul' aream per tegulas que cuppi uulgariter nuncupāt̃ an poſſi; facer̃ q̧ cadat per uiam unius canalis lignei ul' lapidei ul' ēt canalis exiſtentis ſuper cuppis.

Vicinus meus habet ſeruitutem ſup aream meam uel tectum domus mee per duos pedes, an poſſit ultra producere, ſeu extēdere.

An habens ſeruitutē ſtillicidii acq̄ſitam poſſit altius tollere uel elleuare uel deprīere murum uel edificiū ſuper q° habet ſtillicidium cadens ſup domo uel area mea.

Quis habet ſeruitutem ſtillicidii ſibi d̄bitam ſublatu; eſt edificium ſeu corruit ex quo ſtillicidium cadit, an per hoc ītelligat̃ extincta ī totū cū effectu ſeruit⁹ ſtillicidii.

Vicinus meus hab; ſeruitutē ſtillicidii aduertendi in aream meam quod ſtillicidium meum protendit ſuper aream mea; p duos pedes an ego poſſim edificare in area ubi caſſitare cepit ſtillicidium.

Quid ſi ſtillicidiū cui d̄bet̃ ſeruit⁹ auertendi ī aream uicini protēditur ultra parietē. ſ. aream uicini per medium pedem & caſitat in areā uicini ēt per pedem ul' circa an uicinus poſſit edificare in illa area uſq; ad illum locum ubi caſſitat & ſic uſq; ad medium pedem ꝓpe murū dñi p̄dii dominātis.

Si uicin⁹ me⁹ habet ſtillicidiū dom⁹ ſue cadētis in fūdo uel orto meo, uel in area extra murū dom⁹ ſiue uerbigratia per duos pedes an fūdus l' area eatenus quaten⁹ ſe protendit rigor ſtillicidii ſit uicini uel mei.

Si dom⁹ tua debet domui mee duas ſer

uitutes una ne altius tollatur alia ut ſtillicidiū edificiorū meo⁊ recipere deberet & tibi conceſſero ius ēt inuito me altius tollere edificia tua & ſic remiſſeram tibi ſeruitutē altius nō tollēdi an per hoc uidetur tibi cōceſiſſe ut poſſis tollere quātuncūqꝫ uis ita ꝙ ēt nō tenearis recipere ſtillicidia mea.

DE SERVITVTE ſtillicidii non auertendi .C. XXVIIII

Si ſtillicidiū puta canale unde aqua defluit eſt fractuꝫ cuius expēſis debeat refici.

DE SERVITVTE tigni imittēdi. .C. XXX

Quid ueniat appellatione tigni.

Si aliquis inmittat tignū i fundo meo an ſit mihi licitū propria auctoritate euellere.

An poſſit quis inmittere tigna in muro cōmuni.

Si quis tacite uel expreſſe paſſus fuerit in muro proprio imittere tigna illis cōſūptis an poſſit eo iuito alia imittere.

An ēt ſit licitū ꝑpria auctoritate euellere uel deſtruere tigna imiſſa in muro meo proprio cōi uel publico uel ſi in meo ſe protēdant & quid ſi ſim uſufructuarius.

Si quis protēdit tignuꝫ in alienū ł publicuꝫ qua actione pōt conueniri.

DE SERITVTE proiciendi. .C. XXXI.

An poſſis proicere aquam de domo tua in curtē meaꝫ.

Si habitās partē ſuperiori proiciat aquā per ſolariuꝫ que aqua penetrat inferius an poſſit prohiberi.

Si cedens lapides in parte ſuperiore facit fragmenta cadere iferiꝰ an poſſi ꝑhiberi

An habenſ ſeruituteꝫ ꝓiciendi i fundum uicini poterit inmūda prohicere.

DE SERVITVTE PROTegēdi .C. XXXII.

An ſit licitū facere pōticelluꝫ ſupra ſolum uicini uel ſolum cōe.

An quis poſſit facere orticeluꝫ ſupra locuꝫ quo uulgo itur.

NE PROSPECTV OFFICIATᷣ

Quomodo differat hec ſeruitus a ſeruitute ne luminibus officiatur.

DE SERVITVTE PROSPECtus .C. XXXIII.

DE SERVITVTE LVMINVM. .C. XXXIIII.

Quomodo differant ſeruisꝰ luminum & ſeruitus ne luminibus officiatur.

NE LVMINIBVS OFFICIAtur. .C. XXXV

Quid ſignificet lumen.

Aliquis promiſit ēt ſeruitutem ne luminibus meis officiatᷣ ante impoſitionē ſeruitutis exiſtens in fine camere celum uidere poteram uult edificare altius ita ꝙ celuꝫ uidere non poſſum niſi exiſtens in medio camere uel prope feneſtram an poſſit.

An ſit differētia inter ſeruitutem altius ñ tollēdi cū cōditōe ne luminibus officiatᷣ & illam altius non tollendi & nō officiendi luminibus.

Si quis promittit ne luminibus meis officiatur an poſſit plantare uel habere arborem ante feneſtras meas.

An ſeruitus ne luminibus officiatᷣ itelligatur tā de preſētibus quā de futuris

An in pariete cōi ſit licitū uni ſocio facere feneſtraꝫ.

DE SERVITVTIBVS oneris ferēdi .C. XXXVI.

Quid dicatur eſſe perpetuum.

An ille qui debet ſeruitutem oneris ferēdi debeat reficere ſuis expenſis ſi in totum uel in parte ſit collapſa.

Si habeo trabem uel tigna in parietibuſ tuis per que ſolariū meū ſuſtieris an dicatᷣ ſeruitus oneris ferēdi uel tigni immittēdi.

Si legatur uel uenditur domus an uideatur impoſita ſeruitus ut ſuſtineat onera q̄ actu ſuſtinebit.

DE SERVITVTE ITINERIS ſeu actus .C. XXXVII.

Queritᷣ an ſi una domus uel fundus diuidatᷣ in duas partes poſſit eodē modo uti

itinere ſeu actu ſicut prius ad aliã partem.

Item querit̃ poſito ꝙ habeat an poterit uti de die & de nocte.

An ſeruitus itineris ſeu actus ſit preſtãda ab herede uſufructuario uł legatario uel ecõuerſo & aliis habẽtibus utile dñiũ uł directuȝ.

## DE SOLLO SEV AREA. .C. XXXVIII.

An ſit licitũ indiſtictẽ alicui edificare ĩ ſolo ſeu area ſua ẽt ſi officiat luminibus uicini.

An ſit licitũ edificare in ſolo cõi an quis poſſit in ſolo ſuo facere fortiliciũ maxime ĩ cõfinibus territorii ſeu.

## DE PARIETE ſiue muro. .C. XXXVIIII.

Querit̃ quomodo differãt pies & murus.

Quetit̃ quid ſi uicinus habet ſtillicidiũ domus ſupra ſolũ meum puta per duos pedes ego uolo ediſficare murum in meo ſolo an debeam ſtare remotus per unum pedeȝ a ſolo uicini muro an uero a loco ubi ſtillicidium cadit

Si quis uelit edificare parietem ligneuȝ an debeat dimittere ſpacium unius pedis.

An liciat uicino facere hoſtiuȝ in muro ſuo per quod poſſit uenire ad ſoluȝ meum

Si inter duas domos reperiat̃ dimiſſuȝ ſolum per duos pedes uel ultra cuius preſumatur eſſe

Queritur quomõ qualiter & qñ murus dicatur eſſe cõis ſeu cognoſci poſſit.

An ſocius poſſit in muro cõi edificare

Si in muro cõi diuidẽdo ortos uel areas uelit alter ex ſociis ibi edificare & facere domuȝ an poſſit.

## DE STILLICIDIO ſeu tecto. .C. XL.

Querit̃ qd ueniat appellatõe ſtillicidii

Queritur an ſit unicuiqȝ licitum ꝓtendere ſtillicidium ſeu tectuȝ extra parieteȝ ꝓ libito uolũtatis.

An ſit licitum in ſtillicidio ſeu tecto facere luminaria.

An uſufructuarius poſſit edem altius ponere.

Querit̃ ſi una domus habet plura ſolaria diuerſarum perſonarum cuius expẽſis tectum refici debeat.

Queritur an liceat dño tecti legare tegulas cuppos plumbum uel tigna.

An pro executione ſentẽtie uł ꝓ pignore poſſint capi cuppi uel tegule tecti.

## DE HOSTIO ſeu porta. .C. XLI.

An poſſit quis ĩ pariete ſuo facere hoſtium uerſus domum uicini.

An ſit licitũ domino ſtillicidii claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio in quantũ aqua protendit.

Si cui in diuiſione domus ueniat area in ſortem an poterit alius facere hoſtium in pariete ut poſſit peruenire ad areaȝ uel antiquum hoſtium apperire.

An uſufructuarius edium poſſit additũ anteriorem uel poſteriorem claudere.

Nunquid ianua hoſtii poſſit alicui legari uel capi pro pignore.

## DE ADITV SEV ITinerẽ. .C. XLII

## DE CLAVSTRO SEV cõclaui .C. XLIII.

Queritur quid ſit conclaue, quid clauſtrum & quid porticus.

An ſit licituȝ priuato edificare ſupra ſolum publicum.

An appellatiõe domus ueniat porticus

## DE PENV .C. XLIIII

An quis poſſit recipere lumen in penu ex ſolo publico.

An quis poſſit facere penum ſubterraneam fodendo ſubtus ſolum publicum uel priuatum.

## DE CVRIA ſeu curte. C. XLV.

Quid ſit curia & quid ſit curtis.

Quid ſi aqua cadens in curte mea diſcurrit in curtem tuam an ſit tibi lícituȝ impedire aquã ita ꝙ remaneat in curte mea.

## DE PVTEO CISTERNA ET lauello .C. XLVI.

Si inter domum feudatarii & domini ſit unus puteus, qui tamen nō ſufficit ambobus quis preferatᷣ.

Si inter domum uicini ē puteus communis an poſſit diuidi.

An uicini poſſint cōpelli ad refectionē rei cōmunis ſeu publice puta fūdi & qd ſi uelit renuntiare priuate utilitati.

Quid ſi fodendo puteum inuenio uenas aque putei tui, an poſſis ꝓhibere.

An uēdita domo ueniat puteus.

An ſit licitum fodere puteum prope ſolum uicini nullo ſpacio dimiſſo.

Si unus legat ciſternam an debeatᷣ aqua in ea regione ubi aqua ē uenalis.

## DE CLOACA .C. XLVII.

An poſſit quis in domo ſua exercere artem ꝑ quā fiat malus odor uicinis.

An poſſim facere cloacā inter domum meam & tuā uel in muro cōmuni.

An poſſit quis facere cloacā i domo ſua & ex ea inmitere aq̄ in ſolū publicum.

An refectio cloace ſpectet ad uſum fructuarium uel proprietarium.

Querifᷣ que actio competat ꝓ ipſis cloacis & qualiter fieri debeant poſitiones & articuli.

## DE FISTVLA CANALI ſeu aquarolo. .C. XLVIII.

Nunquid liceat ſocio facere fiſtulam uel aliquod canale in pariete cōmuni per qđ aqua pluia recipiatᷣ.

## DE FVRNO .C. XLVIIII.

Si furnū iuxta cōmunes parietē habeas & damnum detur parieti uel uerisimiliter dare poteſt an tecum poſſit agi.

Quidam habuit & habet unū furnum ſeu molendinū i aliqua uilla uel uicinia & omnes de dicto loco iam longiſſimo tēporē etiam eius inicii cuius memoria nō exiſtat in contrariū ſemper uenerūt ad dictū furnum ſeu molendinū pro pane coquēdo ſeu macinando alius uult furnum ſeu molendinum nouiter cōſtruere an poſſit ꝓhiberi ne conſtruat.

Si quis promittat mihi coquere panes i furno pro tota familia mea, an ſit ſeruitus uł obligatio perſonalis.

Si quis promiſſit mihi & titio ꝙ omni ebdomoda poſſimus coqui tot ſtadia grani in furno ſuo titio decedente an portio ſua mihi accreſcat.

Si fieret pactum cum furnario ꝙ coqueret mihi panem pro me & familia mea ſingulł annis pro quo promiſi .x. poſtea aucta eſt familia mea an teneatur coquere pro eo dem pretio.

An liceat facere furnum in muro.

## DE FORNACE .C. L.

An poſſit quis facere fornacem in muro cōmuni.

An poſſit quis facere fornacem in muro proprio iuxta murum uicini.

An ſi fumus fornacis aſcēdit ad domus uicini an contra eum agi poſſit.

An ſi proter ignem fornacis uilla uł domus combuſta eſt an contra dominum fornacis poſſit agi.

## DE BALNEO ſiue ſtufa. .C. LI.

An ſit licitum in muro communi uel proprio iuxta murum uicini facere ſtufam uel balneum.

An uſufructuarius uel inquilinus poſſit ſtufam facere inuito dn̄o.

## DE FVMO .C. LII.

Si fumus per feneſtras uel foramen officiat habitantibꝰ ſuperius an poſſit ꝓhiberi.

## DE SCALIS C LIII

An ſit licitum in muro communi apponere ſcalas lapideas uel ligneas.

Quid ſi uult non ſolum ſcalas appropinquare muro communi uel publico uel alieno ſed immittere tigna uel lapides.

An appellatione domus ueniant ſcale.

Que pena ſit ſi quis ammotis ſcalis muris ciuitatis uel alterius priuati ſuperius aſcenderit.

## DE FERRATIS .C. LIIII.

An poſſit quis facere feneſtras ferratas protendentes extra muruꝫ ſuuꝫ.

Si quis ferratas protenderit extra murũ ſuuꝫ & uicinus uellit murũ exigere an poſſit prohiberi & quid econtra.

## DE SOLARIO .C. LV.

Si quis uult facere ſolarium ĩ quo loco debet affigere.

An quis poſſit ſollariuꝫ quod eſt ĩfixuꝫ muro cõi uel alieno cohoperire lateribus pauimẽto.

Quid ſi habens ſolariuꝫ ſuperius ĩ quo continue curit & ſaltat poſſit ꝓhiberi ꝑ inferiorem.

## DE TIGNO INIVNCTO .C. LVI.

Si quis habet domos unica contiguatõe cõtextas unã uẽdat alteram ſibi retineat an poterit emptor inuito uẽditore retinere tigna aut cemẽta que requieſcũt in domũ uẽditam.

## DE ONERE FERENDO. .C. LVII.

Si murus uicini debet mihi ſeruitutem oneris ferẽdi ſi murus corruat uel repatõe indigeat, cuius expẽſis id fiendũ ſit.

Quid ſi uicinus nõ uult reficere murũ ſed mihi reliquere & qualiter iſta refectio fieri debeat.

Murus cõis retinet onera duarũ edium alter ul't eũ deponere & facere forciorẽ uel melius fũdare an poſſit inuito cõſocio.

## DE REFECTIONE. .C. LVIII.

An teneaꝛ quis rem propriã cõem uel publicam reficere.

Quo remedio ſuccuraꝛ cõtra habẽtẽ domũ ruinoſam prope uiam publicam.

Que actio cõpetat cõtra ſociũ recuſãteꝫ reficere.

Quid ſi unus ſociorũ ſuo ſũptu reficer̃ ul't murũ cõem an poſſit agere ꝯtra ſociũ qui recuſauit.

Si unus ſociorũ uult reficere parietem cõem alter uero timet ne ex ea refectiõe dãnũ iminiat qualiter ſibi ſuccuraꝛ.

Queritur ad quẽ ſpectat refectio parietis debentis ſeruitutem oneris ferendi.

Si quis promittat reficere põtẽ deide pꝰ promiſionẽ flumẽ factũ ẽ maiꝰ & ꝓpterea oportet ꝙ põs ſit maior an teneatur.

Si paries alienus inclinauerit ſe per medium pedem in domũ alterius an compelli poſſit ut reficiat.

Queritur ad quẽ ſpectat reficere rẽ uſufructuariam uel uſurariam uel locatã ẽphiteoticã liuellariam uel fundũ dotale.

Si legentur alicui fructus ſeu redditꝰ alicuius fundi ad quẽ ſpectet refectio.

An clerici teneantur ad refectionẽ pontium murorũ & aliorũ locorũ publicoruꝫ.

An rector uel parochiani teneantur ad refectionem eccleſie

An refectione eccleſie acquiraꝛ ius patronatus.

An tutor poſſit edificia pupilli collapſa uel deformata reficere.

Ad quẽ ſpectet refectio rei debentis ſeruitutem.

An poſſit nunciare nouum opus reficiẽdi edificium uel cloacam.

An refectio domus dicatur pia cauſa.

## DE PONTICELLO .C. LVIIII.

An quis poſſit tenere ponticellos in domo priuata ſuper uiam publicam ul' de nouo fabricare.

Nunquid ſi alicui eſt licitũ edificare põticelum ſupra ſolum publicũ ex cõceſſione facta a principe uel ſenatu aut gubernator̃ ciuitatis uel ex conſuetudine uel ex forma ſtatuti & quis uult edificare dictis caſibus ponticellos ita latos & longos ꝙ ĩferũt damnum uel incõmodũ & impedimentuꝫ uicinis ſeu trãſeuntibus cũ plauſtris & animalibus oneratis qui nõ poſſunt cõmode per tranſire uel aliter an poſſit huiuſmodi ponticelos edificare.

Item quomõ dicatur maximum uel magnum uel paruum ĩcomodum uel damnuꝫ

Itẽ quis dicatur damnum pati.

Item quid ſi ſtante ſtatuto ꝙ ponticelli poſſint fieri ſuper uiã publicã & duo ſunt unꝰ ex una parte ſtrate alius ex alia an poterit quilibet eorum ſe extendere ad medietatem ſtrate cum ponticellis.

Itē nūquid ſi licitum edificare ponticel los ſupra ſolum cōem per unum ex ſociis.

Iteȝ ſi habeo ab utraqȝ pte ſtrate domuȝ & pōtē ſupra ſolū publicū uel ēt ſupra pri uatū uel cōem in caſu permiſſo ſi uedo unā domum duobus dominis uideār uendere pōtē qui requieſcit in alia domo.

DE MENIANIS .C. LX.

Que dicāť meniane.

Quis uult edificare menianū in muro ſuo uerus domum uicini uel uerſus edificium publicum q̄tū ſpaciū debeat dimittere.

An quis poſſit ſuper meniano ſiue ſo lario aut pōticello extendere pānos ſeu lin teamina aut alia ſimilia per que auferat lu men⁹ uicinis.

Item que actio cōpetat cōtra protēdētē huiuſmodi pānos.

DE FENESTRA .C. LXI.

An quis poſſit facere feneſtrā in ſuo ſi per eām inſpiceret in fundū uicini.

An quis poſſit facere feneſtra in muro cōmuni ignorāte uel inuito ſocio.

Item unus ex ſociis pōt murū cōem alti⁹ tollere an ille qui altius tollit muruȝ cōem poſſit in muro elleuato feneſtraȝ facere ꝑ ſua tantum utilitate.

An ſit licituȝ facere feneſtram de ligno ꝙ dicitur balconus & ipaȝ apperire in pu blico ſupra ſolum uicini.

Item promiſi uicino ſub certa pena face re feneſtrem in muro domus mee & po ſtea illam domuȝ uendo an epmtor poterit facere feneſtram.

An dominus domus poſſit obſcurare lu mina domus locate alteri uel in qua alius habet uſumfructuȝ de domo locata.

Iem an poſſim facere feneſtras uitreas ligneas uľ papireas & feneſtris dom⁹ mee apponere.

Item an quis cogatur dictas feneſtras i ponere & tenere in feneſtris ſui parietis.

Item quid ſi aliqua uitra eſſent fracta uľ tella uel purpura ita quod in domo alteri⁹ poſſit uideri an debēs ſeruitutem teneatur reficere ſuis ſumptibus.

DE SPECVLARIBVS. .C. LXII.

Quē dicantur ſpecularia.

An talia ſpecularia dicāť pars domus ēē ita ꝙ ſi alicui legatus eſt uſuſfructus dom⁹ ueniāt ſpecularia.

An indiſticte ſpecularia poſſit poni in feneſtris.

DE CAMINO .C. LXIII.

An quis poſſit facere ignē ſuper ſolario & quid ſi ſolariū eſt cōe & ille qui eſt infe rior timeret periculū incēdii an poſſit ipe uicinus inferior facere murū ſub ſolario & cuius expenſis.

Item nūquid faciēs caminū poſſit facere murū in ſolario communi inuito uicino.

Item quis poſſit facere ignē iuxta murū communem.

Item an quis poſſit facere cappanā cami ni in muro proprio & qui in alieno & qui i communi.

Item ſi aliquis uult edificare caminum i pariete cōmuni & murus eſt ita debilis ꝙ faciendo ignem temperatum torreatur an hoc caſu poſſet ſibi prouidere faciēdo unuȝ murum paruum a parte ſua.

Item quando tuba camini poſſit fieri in muro communi.

DE NECESSARIO .C. LXIIII

Quando feneſtra ſiue locus neceſſarii ad ſedendum poſſit fieri i muro communi ſiue proprio uel alieno.

Item an cāna neceſſarii poſſit fieri i loco proprio aut in cōmuni aut in alieno.

Item an fouea neceſſarii poſſit fieri in lo co proprio aut in cōi aut in alieno.

Item an fouea neceſſarii poſſit fieri pro uoluntate domini.

Item quid ſi etiā a fouea murata uel non murata exit humor & putredo & deſcēdit i puteum uel ciſternam uicini uel eius fetor aut in penu an poſſit cogi ad reficiendū di ctam foueam ita & taliter quod non noceat puteo uel ciſterne aut alio loco uicini.

Habens neceſſarium plenum uult illud purgare an poſſit d̄ die purgare ꝑꝑ fetorē.

DE SECLARIO .C. LXV.

An lapis ſeu lignum ſeclare ſuper quo lauari ſolent ſuperlectilia imponi poſſit i

muro proprio aut i cōmuni aut i alieno.

Quid ſi uult edificare iuxta parietem cōmunem ipſuꝫ nō tangendo.

Iteꝫ quid ſi ex ſeclario ſpargitur aqua & deſcendit per ſolarium ad partē inferiorem uicini uel madefacit ſolariū commune an poſit prohiberi ne amplius ſpargat.

## DE AQVAROLO SIVE canali. .C. LXVI

Quis habet aquaroluꝫ i ſuo & ducit aq̄ per tegulam que ſimiliter cadit i ſuo puta i curia uel orto deinde illa aqua paulatiꝫ deſcendit in fundo uel penu uicini uel cōmuni an cogi poſſit ut dictā aquā in ſuo retineat & in alienū non ueniat.

Item quid ſi ego uidens aquā uicini mei deſcendere & cadere in ſuo ad curiam meā facio aliquid in mēo propter quod ipedit̄ fluxus aque ita ꝙ r̄maneat in ſolo uicini an poſſim.

Item quid ſi aqua deſcendit ex canali uicini i fundum meuꝫ an poſſiꝫ eū ꝓhibere.

Item quid ſi ex aquarolo tuo deſcendit aqua i uia publica an ego uicinus poſſim agere contra te.

Nunquid pariete cōmuni ſit licitū mittere canale recipiens aquā de celo cadētē ꝑ aquam de ciſterna diſcurrētē aut de alio receptaculo aque quod caſtellū appellatur.

## DE AQVE PROIECTV ſiue aliarū rerū. .C. LXVII.

Queritur nūquid ſit licitm immittere aquam i fundo uicini.

An liceat prohicere aquam uel alias inmunditias in ſtratam publicam uel alio loco publico.

Item pediſſequa ul' famulus unius proicit ex feneſtra aquā putridā puta lauaturas uel aliud putridū & deſceudit ſuper ueſteꝫ uel capuceum cuiuſdā trāſeuntis per uiam publicam uel ibi ſtantis & ueſtē ul' capuceum deturpauit an dominus eius teneat̄ & in quantum.

Quid ſi cōcedo tibi duos pedes terre ut ibi proiceas aquā an proprietas uel uſus cōcedendi uideatur.

## DE AQVEDVCTV .C. LXVIII.

Nunquid ſit licitum aqueductum facer̄ per fundnm uicini.

Item ego priuatus habebā aliquod i⁹ an poterit diuerti a ſolito curſu.

Quis poteſt habere ex pacto uel conſuetudine ius aquam tollendi per rotā ex flumine uel caſtello.

## DE PONTE. .C. LXVIIII.

Quis dicatur proprie pons.

Flumen diſcurrit per ciuitatem & unus habet domos ab utraqꝫ parte ripe an poſſit facere pontem ſuper flumen per quem poſſit ire de una domo ad aliam.

An quis poſſit facere partē pontis in flumine per quem poſſit ire ad accipiendū de āqua uel ſtare ad lauādum.

Ad quē ſpectet onus faciendi & reficiendi pontē ſuper flumine publico per quē ſit iter tranſeuntibus neceeſſarium.

An appellatiōe uie publice ueniat pōs.

## DE PICTVRIS SEV INCRVſtationibus .C. LXX

Licet ſocio habere picturas in pariete ꝯmuni.

Quid ſi in pariete cōmuni ſunt pictur̄ an unus ex ſociis poſſit pulſare puta cauſa i ponendi tigna ſi per illam pulſationeꝫ fieret damnum illis picturis.

Quid ſi uolo facere depingi crucifixuꝫ in eccleſia uel aliquid aliud nunquid poſſiꝫ prohiberi.

Añ uſufructuarius uel inquilinus poſſit in domo uſufructuaria uel conducta facere depingi inſignia.

Item unus fecit fieri capellam uel eccleſiam & in memoriam ſui nominis ibi fecit apponere inſignia ſua an poſſint illa clerici delere & altera imponere.

## DE HORREO. .C. LXXI

Si quis habeat horreū i ſolario cōmuni, an poſſit ipſum implere frumento ul' aliis mercibus.

Et quid ſi nimiū ponderat ita ꝙ ſolariū non pōt ſuſtinere.

Itē ſi aliquis horreū frumētariū nouum ex tabulis ligneis mobile cōfectū in ſolo alterius poſuerit an ſolo cedat.

An ruſtici debeãt ĩ horrea deferrē decimas ad eccleſias.

DE ARMATVRA. .C. LXXII.

Quid ſit armatura.
An uicin⁹ edificãs domum poſſit armaturam ponere ad murum ſupra ſolum uicini & laborãtes ualeãt ſuper armatura ſtarẽ ad laborandum.
Quid aũt ſi quis armaturã habet in ſuo muro & eam uellet ponere in muro uicini ita ꝙ requieſcat an poſſit.
Quid ſi armatura fuit male ligata uel ĩ ea fuerũt poſite partite uel funes que erant uetuſte propter quod un⁹ ex armatura cedit an magiſter de armatura teneatur.

DE STABVLO. .C. LXXIII.

Quid proprie dicatur ſtabulũ.
An uſufructuarius poſſit ſtabulum domus locare pro ſtabulo ad recipiendum iumenta.

DE INGRESV SIVE introitu. .C. LXXIIII.

Sepe cõtingit inter duas domos a latere uel poſteriori earum parte ſolũ relinq unius pedis uel duorũ uel pluriũ querit̃ cui⁹ dicatur ſolum.

DE ORTO. .C. LXXV.

Quando ortus dicat̃ prediũ ruſticũ uł urbanum.
An ortus cõtineat̃ appellatõne domus
Quid ſi duo fratres diuiſerunt domus & in medio eſt ortus cui cedat ille ortus.
Nũquid de his qui naſcuntur in ortis decime ſolui debeãt.

DE COLVMBARIA. .C. LXXVI.

Cõmitit furtũ capiens columbas de alieno columbario eſt in ſuo.
Si quis habet uſũfructum fundi in quo ſit columbaria quomodo & quãdo uti poſſit comodo collumbarum.

DE STERQVILINIO. .C. LXXVII.

Quis habet ſterquiliniũ in domo facit proícere letamẽ iuxta murum cõeꝫ uel alienum an poſſit.
Si quis poſuerit aceruuꝫ ſtercoris in fũdo meo aut agro meo an poſſim agere contra eum.
Quidam uult proicere ſtercus aut urinãm fetidam in ſolo publico uel etiam priuato quod malus odor & fetor ſit uicinis.
Nunquid uendito uel legato fundo ueniat ſterquilinium.

DE MATERIE. C. LXXVIII.

Que dicatur materies.
An uendito fundo uideatur uẽdita materia.
Quid ſi poſuiſti lapides uel aliqd aliud in curia ł domo ſine mea uoluntate an poſſim propria auctoritate tollere.
Quid ſi poſuiſti lapides & tigna tua in fundo meo de uoluntate mea de precario concedente an poſſiꝫ ea remouere propria auctoritate ſi tu ea inde non aſportas.
Quid ſi ſimpliciter ↄceſſi ut aliquid apponeres in meo an uideatur cõſenſiſſe precario ideſt ad meum beneplacitum an uero donandi.

DE FOVEA .C. LXXVIIII

DE ARBORIBVS .C. LXXX.

Aliquis plantauit in ſuo arborem iuxta regionem alterius dimiſſo ſpatio ſecunduꝫ .l.ſi.finium regũ.& poſtea ita excreuerint radices ꝙ fundamentum uicine domus ruinam ſeu periculum affert an poſſit agi contra eum qui plantauit.
Quid ſi arbor tua pẽdet ſupra domum meam uel fundum meum an poſſim totuꝫ quod ex arbore ſuper meo pendet propria auctoritate abſcindere.
An ſi arbor porrexit radices in uicinuꝫ fundum an uicino liceat eas incidere.

DE SEPVLCRO .C. LXXXI.

FINIS HVIVS TABVLE.

Regiſtrum huius operis.

.A.

Primum uacat.
Incipit tractatus notabilis.
ram in.l.unus ex ſociis.
parte ut.l.pecoris cum.l.
cui eſſet facta conceſſio.

.B.

& ibi ita tenet bal.&
idem tenet glo.ſi.ante ſi.
ſonantia in factum ut puta.
realibus ubicunqꝫ factum.

.C.

ſi ita ſtipuler de uerbo.ob.
Et ideo ſi emphiteota uel uaſallus.
eſſe differentia regulariter in.
de lauello & de cloaca.de fiſtula.

.D.

tigni tex.eſt in.d.l.ſi cum meus.
.l.acquil.Et ea que.s̄.dicta ſunt.
dicam plenius infra de fumo.
tur duobus modis capitur.

.E.

tentas unam uendit alteram.
ar.que loquitur quando edificatur.
.§.hoc iuditio eo.ti.& hoc uidetur.
tatur quia ex qua termini non.

.F.

ſim uagare liceat.ita notat Archi.
Curia dicitur planicies terre &
de uerbo.ob.uidelicet ut quod ex re
hic ut plurimum conueniunt.

.G.

ēum debere columnam de ſer.uba.
ꝗ reficiens uſque ad quatuor menſes
cimo quinto queritur ex edificatione
uel damnum dic arbitrio iudicis

.H.

non conſueto quo uulgo iter
memoriam ſui nominis ibi facit
occupare uel claudere.l.ii.§.uiam

.I.

Incipit tabula huius libri
An unus ex ſociis poſſit ſeruitutem
itinere ſeu actu ſicut prius ad aliam.

.FINIS.

TRACTATVS. SERVITVtum Ruſticorum Prediorum. Domini Bartholomei Cepolla Veronenſis Vtriuſq; iuris Doctoris Famoſiſſimi Incipit.

ERVITVTEs Ruſticorum prediorum ſunt he.

Iter.
Actus.
Via.
Aqueductus.
Aque hauſtus.
Pecorũ ad aquam appulſus.
Ius paſcendi.
Calciscoquende.
Arene fodiende
Licere altius tollere & officere predio uicini.
Domũ uel p̃torium uel ꝓtectũ habere.
Licere habere iter ut boues p quos fundus collatur in uicino agro paſcantur coactiq; habeantur.
Item ut pedamenta ad uineas ex uicini predio ſumantur.
Item uicino cuius lapidicine fundo tuo imineant poſſe cedere.
Ius ei eſſe terram in fundũ iacere.
Saxa poſita habere & ut in tuum lapides peruoluantur ibiq; poſiti habeantur ideq; exportentur.
Item tugurium mihi licere habere ĩ tuo & cetera his ſimilia ut eſt tex. i. l. i. ii. & iii. & l. ueluti in fi. ff. de ſerui. ruſti. predi. & i. ſti. de ſerui. in prin. & §. in ruſticorum p̃diorum. Nunc de ſingulis uideamus & primo de itinere.

De ſeruitutibus Itineris.

1 TER Eſt ius hominis eundi am bulandi non etiam iumẽtũ agendi uel uehiculum ut. l. i. i prin. ff. d iti. actuq;. Et intelligitur ius eundi ideſt ꝙ ſolus ire poſſit. ambulãdi cũ alio Ita exponit glo. i. d. §. i. & in. d. l. i. i prin. in ṽ. eundi. Vel aliter intelligi põt uidelicet ius eũdi. ſ. plane ambulandi. ſ. currendo ſecũdũ glo. i ṽ. eundi. Ex quo nõ. ſecundum Ang. & Pa. de ca. in. d. l. i. in prin. differentiam iter ire & ambulare. Nam ire dicitur qui ſolus & plane uadit. Ambulare uero dicit' cũ ſocio etiam currendo uel cantando. Sed ꝗ habet iter habet utrũq; Si autẽ haberẽ alterũ tm puta ſi concedit' mihi ꝙ poſſim ire p fũdũ tuũ non poſſem ãbulare cũ ſocio uel currẽdo ire Et ſic uerba iſtrumẽti ſunt iſpiciẽda ſecũdũ dictum Pa. i. d. l. i. in prin. Et ex h' nota aliud ꝙ ille qui promittit uni iter uidet' promittere ſibi ius & ſeruitutẽ & per conſequens ꝙ poſſit ire & ãbulare. Sʒ ꝗ ꝓmittit uni ꝙ poſſit ire uidet' ꝓmittere factum & ſic ſolũ ire nõ ambulare ut nõ. bar. in. l. pe. ff. de ſerui. ru. predi. De quo ẽt uide p eundẽ i. l. ſtipulatio. §. ſi quis ita & ibi per doct. ff. de uer. ob. & per glo. & doct. in l. ii. §. i. & per tex. in. §. itẽ ſi in facto i eadẽ. l. ii. Et ibi oĩo uide Pa. ff. de ṽ. ob. ꝙ ẽ notabile qñ fiũt huiuſmodi iſtrumẽta. Quandoq; tñ iter nõ eſt ſeruitus ut ſi fructuario det' a dño alterius predii ut. l. ii. §. ii. ff. ſi ſui. uẽ.

Quandoq; etiam iter groſſo modo dicitur quelibet uia per quã itur ut uoluit gl. inſti. de ſerui. in prin i ṽ. iumentũ in fine Et azo in ſumma. C. de ſerui. §. eſt autẽ iter Et ideo iter qñq; dicitur uia ſed improprie ut eſt tex. cũ glo. fi. i. l. que ad iuris pertinet in fi. ff. de uer. ſig. Sed queritur nũquid ille qui habet ſeruitutem itineris poſſit ire nedum pedes ſed etiam eques Dic qđ ſic ut ꝑ l. qui ſella in prin. & l. inter actum. ff. de ſer. ruſti. predi. & nõ. glo. in. l. i. in pri. e. ti. i ṽ. eundi in fi. & azo in ſumma eo. ti. i. §. ẽ autẽ in fi. imo põt etiã ſe portari facere in lectica uel reda aut curru ut eſt tex. cũ glo. i. d. l. qui ſella in prin. Quod itelligo ſiue ducat' p unũ equum uel iumentũ ſiue per duos equos ſecũdum do. Pa. ibi uel etiã plures eadem ratione quod nota maxĩe ꝓ nobilibus qui ſepiſſime ſe ducere faciũt per redas aut currus cũ quadrigis quia ſi hñt in fundo alterius ſeruitutẽ itineris poſſunt trãſire per dictũ fundũ cũ ſuo curru uel reda. Et itellige p̃dicta qñ hñs ſeruitutẽ itineris aſcendit equũ uel currũ. Secus fuiſſet ſi duceret equũ uel iumẽtũ aut currũ ante ſe ul' poſt ſe quia nõ poſſet ut. l. i. in fi. ff. de ſer. ruſ. p̃. & notat glo. in. d. l. qui ſella in principio.

Sed quid ſi habẽs ſeruitutẽ itineris uult ducere iumẽtũ & plauſtrum oneratũ frumento uel aliis rebus & etiam ipſe aſcẽder' An trãſire poſſit p fundũ ſeruientis. Si cõſideramus pſonã que ẽ eques uel ſup curru & põt per dictã. l. qui ſella in prin. & l. iter Si cõſideramus ꝙ equus uel currus eſt oneratus aliis rebus uidet' ꝙ nõ poſſit p dicta

iura. Ego credo q̄ ſit conſiderandum q̄ pri
cipaliter agitur ſi enim principaliter iten
dit ducere equū uel currū oneratū ut faciūt
milites qui onerant equos ſuos herbis uel
feno aut frumento & aſcendūt ſup ſarcinā
Vel ſicut faciunt molendinarii Et tunc licz
uideatur eſſe eques tn̄ quia principaliter
hoc nō agit ſed tam̄ uł ſarcinā ducere &
pōt ar. l. ſi quis nec cāz cum ibi nō. ff. ſi cer.
pe. Si uero pricipaliter intendit ire eques ł
in curru tūc etiā ſi ſuper equo ł curru por
tet alias res ſicut fit ſepiſſime pro illis qui
uadunt ad uillam qn̄ portant ſup equo car
nerium uel ſaculū uel ſimilia Vel ciues q̄
mittunt uxores ſuas uel familiam ſup reda
uel curru & faciunt etiā onerare redaz uel
currū lecto uel aliis ſupelectilibꝰ & aliis
rebꝰ ſibi neceſſariis i uilla tūc attēto q̄ pri
cipaliter pſona defertur teneo q̄ ire potiꝰ
dicatur q̄ agere. Et ſi habet ſeruitutē itine
ris i fūdo alterius non poterit ꝓhiberi trā
ſire cū dicto curru uł uehiculo cū pſona &
rebus. Pro quo facit. l. pe. ff. ad exi. & iſtud
allegatur ad cōceſſionē trāſitꝰ factā armige
ris ut itelligat̄ ciuili modo hoc ē ut trāſeāt
p partē minus dānoſam Et iſto cāu debet
elligi locus per quē habens ſeruitutē itine
ris ire debeat ut. d. l. ſi cui & . l. certo generi
. §. ſi totus. ff. de ſerui. ru. predi. Et debet el
ligere locū minus dn̄o fundi ſeruiētis no
ciuum ut. d. l. ſi cui De quo ſi dubitetur de
bet aſſumi arbiter uel cōis amicus qui ha
beat hoc dirimere ut. dicto. §. ſi totus Ibi er
go arbiter dandus eſt & in. §. ſi locus in fi.
in eadem. l. ut nō. d. Pau. in dicto. §. ſi totus
Et poſtq̄ facta erit electio de uno loco non
poterit amplius uariari ut. d. l. ſi cui imo ce
tere ptes libere remanebūt ut. §. ſi totus Et
ita tenet glo. in. d. l. ſi cui. & . l. nam ſatis. §. ce
terū atqȝ. ff. queadmo ſerui. amit. Et uide q̄
dicta ſunt circa predicta in precedenti li
bro in. uiiii. q. principali in prin. ubi dixi q̄
licet hn̄s ſeruitutē ſi elligit locū itieris nō
poſſit āplius uariare tn̄ ille qui cōceſſit ſui
tutē hn̄ pōt uariare qn̄ uariat ſinē icōmodo
alterius ut. l. ii. §. pe. ff. de religio. & ſūp. fu.
& ita habet glo. fi. in dicta. l. ſi cui. ff. de ſer
ui. que eſt nō. & eas ſequitur ibi Bar. & doc.

Quarto & ultimo caſu principali quan
do ē cōmiſſa uel cōſtituta ſeruitus p certā
& determinatam partem fundi Et tūc non
habet dubium q̄ per illam tamē ptē debet
ire & nō p aliā qm̄ alie partes fundi ab ipo
principio ſunt libere & n̄ cadit hic ellectio
Per locū eni deſignatū bene poſſum ire ſe
cundum q̄ mihi placet & pōt mihi conſti
tui ſeruitꝰ ad certā partē fundi ꝓ diuiſio ut
. l. ad certā. ff. de ſerui. & . l. qui per certuz. ff.
cōia predi. licet non ad incertā ꝓ indiuiſio
ut. l. ii. & . l. pro parte. ff. de ſeruit. & adde. l.
certo generi. §. latitudo. ff. de ſerui. ru. pdi.
Puto tn̄ q̄ liceat cōcedenti ſeruitutē muta
re locū dūmodo faciat ſine incōmodo illiꝰ
cui ſeruitus ē promiſſa ita q̄ nō minus con
mode p aliū locū deſignatū ſeruitus ɔſtitu
atur ar. l. ii. §. penul. ff. de religi. & ſump. fu.
q̄ hoc ꝓbat in glo. in. d. l. ſi cui. ff. de ſerui.

Quero etiā quid ſi legatur aut pmitti͂t
iter uel alia ſeruitus ſine illa determinatōe
loci ad quē ſpectabit electio an ad ꝓmittē
tem ſeu eius heredē an uero illi cui eſt ſerui
tus promiſſa uel legata & uidet̄ q̄ electio
ſit promittētis uel heredis p. l. ſi uia. ff. de ſ
uitu. ruſti. predi. In cōtrarium uidet̄ dicta
. l. ſi cui. Sed dic circa iſtaz queſtionē ut ple
ne dixi in precedenti li. i. uiiii. q. pricipali i
℟. ſed dubiū eſt & adde q̄ dicā i ℟. itē qūo i
fi. Sed quid ſi legatur iter ad prediū cōe
duoꝝ nec legatarii de loco itineris ɔſentiāt
Dic quod ſeruitus non acquiritur nec de
perit ut. l. itineris. ff. de ſerui. ru. pre. & ſic
diſcordia inter collegatarios eiuſdem ſerui
tutis ipediuit acqſitionē ipius. Quod itelli
ge ſecundū glo. & Ang. ibi donec diſcordia
durat Nā cōpelli poſſūt p iudicē ad cōcor
diā per. l. fi. i pri. C. cōia de lega. & . l. huiꝰ mo
di. §. fi. ff. de le. i. Item quero quanta debz
eſſe latitudo itineris Conclude ſic breuiter
Aut a prin. ē expſſa certa & deteriata lati
tudo a partibus & illi ſtādū ē ut. l. certo ge
neri. §. latitudo i. prin. ff. de ſui. ru. pre. Aut
a pri. nil deteriatū ē expreſſe p ptes & tūc
ſi ptes poſtea cōcordāt quāta debeat eſſe la
titudo & p quē locū fundi & illud ē ſuan
dū & q̄ primū determiatū ē ſuitus eo i lo
co. i. ea latitudine cōſiſtit cetere ptes fūdi li
bere ſūt ut dicta. l. certo generi. §. ſi totꝰ ℟.
at ſi iter. Sed ſi partes non cōueniūt & tūc
aut locus p quē ſit eūdū nō adiecta latitu
dine nominatus ē & tūc p eū locum quali
bet pte ire. poterit ut dicto. §. ſi totus i prin.
donec conueniat alr̄ & ſi non conuenit ar
biter. i. cōis amicꝰ dādꝰ ē q hoc determinet
ut dicta. l. certo generi. §. ſi totus i fi. & . § lati
tudo i pri. Aut ē nominata latitudo ſed nō
locus & tunc qualibet pte fūdi ire poterit

ſeruata latitudine in pacto ɔp̄henſa ut.d.§.
ſi totus Aut locus p̄ quē iri debeat non ex
primitur a ꝑtibus nec etiam latitudo adiec
ta ē & tūc p̄ totū fundū ſed arbiter.i.cōmu
nis amicus dādus ē q ex officio ſuo deteriet
& locū p̄ quē iri d̄beat & latitudinē ut ꝓba
tur i.d.l.certo generi.§.ſi totus.&.§.latitudo
tū.§ ſe.Et ea q̄ dicta ſunt de loco & latitudi
ne itineris habēt locū etiam in ſeru itute ac
tus ut probatur in.d.§.ſi totus &.§. latitudo

Quid autē in uia cuius latitudinis eſſe
debeat habet̄ i.l.uie latitudo &.d.l.certo ge
neri.§.fi.&.l.uia cōſtitui i pri.ff.de ſer.ru.p̄
di.& dicā.j.de ſerui.uie. Quero circa p̄
dicta qd ſi quis p̄ certū locū iter aut actū ali
cui ceſſiſſet An poſſit poſtea alii l' pluribꝰ
p̄ eundē locū uel iter uel actū cedere.Dic ꝙ
ſic.l.q per certū.ff.coīa p̄di.& pōt cedi plu
ribus uel ſimul uel ſeperatī ut.l.lucio ℞.rū
di.ff.de aqua quoti.& eſti.ſicut pōt ēt cōce
di pluribus ius aque ducēde ut.d.l.lucio &
.l.ii.§.fi.ff.de ſerui.ru.p̄di.& notat̄ per glo.
in.l.aquā.C.de ſer.de quo iure aq̄ ducende
dicam infra de ſerui.aqueductus.Et hoc in
tellige qn̄ primo cui ceſſit nō nocet alias ſe
cus cū cā prioris cōceſſionis ſit potior qa n̄
pōt a poſterioribus īpediri ut.l.ii.§.fi.&.l.
per locū eo.ti.& no.glo.in.d.l.qui per certū
.ff.coīa predi.&.d.l.aquam. Sed quid ſi
aqueductum alii conceſſero an alteri iter
per eundem locum dare uel cedere potero.
Dic quod nō ut.d.l.per locū.ē ratio qa per
iter ſecundo loco conceſſum impediret̄ ius
aque ducende alias nō puta quia uno tēpo
re unꝰ hēt ius aque ducende alius alio tēpo
re habet ius itineris.Et ſi per iter nō impe
ditur ſeruitus aque primo conceſſa tunc be
ne ualeret ar.l.in concedendo.ff.d' aqua plu.
ar.&.l.hoc iure.§.is qui &.l.lucio &.l.fi.ff.d'
aqua quoti.& eſti.& no.glo.in.d.l.per locū

Ex quo nota quod ſicut in certa parte fū
di poteſt ſeruitus itineris conſtitui ita etiā
pro certa parte temporis puta ꝙ de die tm̄
ire poſſit ut.l.iter.ff.cōi predi.De quo uide
quod dixi in ſuperiori li.in ti.d' ſerui.itine
ris ſiue aditus i prin.Facit.l.ſi conſtituta &
.l.ſi cōem.§.fi.ff.quemad.ſerui.amit.&.l.mo
dū.§.fi.&.l.uia.§.i.ff.de ſeruitutibus. Que
ro ulterius qualiter dominus fundi ſeruien
tis & dn̄antis poſſit uti fūdo ſeruiētis & ad
qd teneat̄ dn̄s fūdi ſeruiētis & ꝑ declarati
one pone.Uni debet̄ ſeruitus per aditū qꝰ
niſi ope facto iri n̄ pōt an liceat fodiēdo &

abſtruendo iter facere Dicas ꝙ ſic ut.l.iter.
ff.de ſer.& ſi n̄ ē aditꝰ de plāo puta qa fūdꝰ
ſeruiēs ē altior pōt ille cui debetur ſeruitꝰ
itineris uel gradus uel cliuos i fundo ſeruiē
tis facere & de fundo ſeruiētis d'moliri q̄tū
neceſſe ē itineris cā ut ē tex.no.in.l.ſeruitu
tis q̄ i ſuperficie.§.ſi domo.ff.de ſerui.ur.p̄
di.que lʒ loqtur de ſerui.ur.tn̄ idē eſt i ru
ſticis pari ratione De quo uide oīo q̄ dixi i
precedēti li.in prin.in.ix.q.pricipali ℞.Itē
licitū eſt ei cui ſeruitus debetur.Itē pōt ille
cui debetur ſeruitus deprimere & eleuare
locū ſeruitutis ut cōmode ſeruitute uti poſ
ſit ſi hoc eſt ſibi neceſſariū niſi alias actū ſit
exp̄ſſe ut.l.refectiōis.ff.coīa predio.uel niſi
hoc fiat cū magno icōmodo dn̄i fundi ſerui
entis.Et ita pōt intelligi.l.i.§.fi.ff.de riuis et
.l.iii.§.penul.ff.de itin.actuqʒ priua. Et ita
dixi in dicta.ix.q.pricipali in fi. Itē locū
ſeruientis ſternere & arborē īpēdentem.i.
ualde pendentem icidere qn̄ iter inabile re
deretur ut.l.loci corpus.§.ſiqs mihi.ff.ſi ſer
ui.uen.et ſi ſternere aut reficere impediat̄
pōt agere cōfeſſorio ut ibi.Si licʒ auteʒ ſter
nere non licet niſi conuenerit ut dicitur in
dicto.§.ſi quis mihi in fi .Item poteſt re
ficere locū ſeruientis accedēdo etiā ad loca
que nō ſeruiūt ut.d.l.refectionis & dicto.§
ſi quis mihi ut dixi in dicta.ix.q.ubi oīo ui
de. Itē pontē quo ire uel agere poſſit ex
truere pōt ſed n̄ arcū hoc eſt pōtē lapideū
īmo.nec dn̄s fundi ſeruientis ſupra iter alie
num.i.ſupra eū locū in quo alii iter debet̄
arcū ducēdi aquā tūc iure facere pōt ut.l.ſ.
iter in pri.& ibi uide glo.Bar.& doct.ff.de
aqua plu.& uide qd' dixi ſupra de ponte.i
pri in p̄cedēti li. Itē p̄dicta poſſunt fieri
non ſolum per illū cui ſeruitus debetur ſed
etiam p̄ eius magiſtros fabros & operarioſ
q ſi ꝓhiberent̄ dn̄s fundi ſeruiētis ꝓhibe
ri uidet̄ ut dicta.l.refectionis.ff.cōia p̄di.
& dixi in dicta.l.ix.q.pricipali ubi etiā po
ſui cuius expenſis hoc fieri debeat Dn̄s au
tē fūdi ſeruiētis uon pōti eo loco p̄ quē mi
hi iter debet̄ edificare & ſi edificare uelit
poſſum īpedire p̄ cōfeſſoriā ne edificetur
Sed ſi iā edificatū ē & ꝓbauero ſeruitutem
itineris i eo loco mihi cōceſſaʒ potero pete
re quid qd edificatū ē ɔ debitā ſeruitutē ſi
mil'r p̄ ɔfeſſoriā deſtrui ut ē tex.quē oīo ui
de i.l.ſi eo loco.ff.ſi ſerui.uen.Poſſum tamē
ſi mihi ire agere licet per fundu tuū & eo
uti frui r̄mittet̄ ut frui mihi n̄ liceat & tibi

ꝯcedere ius tibi eſſe edificarē per talē ꝯceſ ſionē nō itelligit᷑ ut poſſis edificare ita ꝙ i pedias me ire agere per dictū fūdū tuū ut. l.ſi mihi eodē tēpore in prin.ff.de ſerui.ru. predi De quo uide ꝙ plene dixi ſupra de ſ ui.ſtili.aduerte in.x.q.ubi plēe hoc exami naui. Item locare ſeruitutem itineris uel alia & eadeꝫ nemo pōt.ſ.nec dn̄s predii do minantis nec ſeruientis utē tex.cū glo.i.l. locare ſeruituteꝫ.ff.loca.Sec⁹ ē i ſeruitutib⁹ perſonalibus et uſufru.ut.l.arborib⁹.§.uſu fructuarius.ff.de uſufr.& ibi uide per glo. que ponit rōnē differentie & declarat d.l. locare. Ad quid autem tenet᷑ dn̄s fundi ſeruientis puta ſi iter actus uie aqueductus per fūdū tuū emero An tenearis ad traditi nem uacue poſſeſſionis Dic ꝙ n̄ ſed caueas per te nō fieri quo minus utar ut.l.uero.§.ſi iter.ff.de acti.emp.Et ē ratio ſecūdū glo.ibi qa icorporalia traditioneꝫ n̄ recipiūt.l.ſu⁹ .§.icorporales.ff.de acq.re.do. Iteꝫ ſi tibi iter uēdidero ita demū teneor ſi tuus eſt fū dus cui acqrere ſuitutē uolueris alioquī ſi propter hoc acqrer̄ ſuitutē nō potueris qa dn̄s fūdi uicini nō fueris nō teneor. Sed ſi fūdū tibi uēdidero & ei fūdo iter acceſſurū dixero oīo tenebō itineris noīe qa utriuſqꝫ rei quaſi unius uenditor obligatus ſum ut ē tex.in.l.tenere.§.ſi iter.ff.de acti.emp.& ui de qđ ibi nō. Itē uēdito fundo iter nō te netur uēditor preſtare qa ei ſeruitus itine ris uel alia ſeruitus realis nō debet᷑ niſi alr dictū ſit ut.l.i uēdendo.§.i.ff.de cōtra emp. &.l.pe.in fi.ff.de euic.Etiā ſi eſſet dictū i uē ditione uti optimus maximuſqꝫ ē ut.l.qui potime.ff.de ꝟ.ſig.& nō.glo.i.l.ſi uēderes .ff.de con.emp.Item uendito fundo ita uē di uidet᷑ ꝙ ei ſeruitus nō ſit ipoſita & ſic i dubio res uidet᷑ uēdi libera & n̄ cū aliqua ſeruitute.l.i tradēdis.§.iterpoītis ff.coia pdi. &.l.uiā coſtitui.§.fi.de ſerui. ruſticorum predi.Secus ē in legato quia in dubio uide tur res legata ꝙ heres poſſit tranſire p eam ſicut conſtare poterat .l.teſtatrix i prin.ff. ſi ſerui.uendi.Et ita notat Paulus in.l.ſi uie ex fundo.ff.queādmo.ſerui.amitt. De quo uide quod pleniſſime ſcripſi ſupra de ſui. iti.ſeu adit⁹ i ꝟ.nota unū aliū caſū pulcher rimū cū ꝟ.ſe. Itē uēdito fūdo trāſit i ēp toré iter qđ ei fūdo debeat᷑ & ēt oīs alia ſ uitus realis etiam ſi nihil i uēditione ſit dic tū ut.l.ſi aqductus.ff.de ꝯtrahē emp & nō. glo in.l.i uēdēdo.§.ff.eo.ti.& ꝓbat᷑ in.l.ui am cōſtitui.§.quecūqꝫ.ff.de ſerui.ruſti.ꝑdi. Sed ſi fūdus uēdit⁹ debet ſeruitutē alteri an in hoc uēditor teneat᷑ ēptori.Dic aut nō ta cita ſeruitus ſed exꝑſſa i uēditiōe & non te netur ar.l.queritur.§.ſi uenditor.ff.de edil. edic &.l.pe.in pri.ibi ſi tacite a ꝯtrario ſen ſu.ff.de euic.&.d.l.in uendendo.§.i.ibi nec cōmemorauerit uenditor a cōtrario ſenſu. & nō.in.l.cū uēdens eo.ti. Aut ſeruit⁹ non fuit in uēditiōe expreſſa ſed tacita. Et tunc uidetur ꝙ uēditor nō teneatur qa nō uide tur uēdidiſſe ſeruū liberuꝫ ſed qualis eſſet ut dicta.l.cū uēdens &.l.qui tabernas.ff. de cōtrahen.emp.in cōtrariū uidetur & iſtud ē uerius.ſ.ꝙ p emptorē agi poſſit ꝯ uendi torem ꝑpter hoc ut.dicta.l.pe.ff.de euict. & dicta.l.in uendendo.§.i.&.l. iulianus in prin.ff.de ac.emp.Et eſt ratio qa uendens rem in dubio ſi nihil dicat᷑ intelligit᷑ uen dere rem liberam & libera ꝑſtari debet bo num ſeruitutis ut.l.in uenditione.ff.de act. emp.& nō.glo.notabilis in.dicta.l.cum uen dens & eſt ſimilis glo.in.l.ſi ex ꝑdiis.C. de euic.notat Bal.in ꝑtica.C.de ꝯhen.emp.&.ꝯ dixi immo etiam debet ꝑſtari ꝑpria non autem libellaria ſeu emphiteotica ut notat Bal.in.l.mater circa fi.C.de rei uendi.& ibi etiam Ang.& Bal. in.l.ſi teſtamentum.C. ad.l.fal.& uide ꝫab.i.c.que eccleſiaꝝ in.xii. .q.extra de cōſtitu.quod intellige ſi emptō ignorauit ſeruitutem.Secus ſi ſciuiſſꝫ ut eſt tex.in.d.l.i.§.fi.quem omnio uide circa hoc .ff.de acti.emp.fac.l.queritur.§.fi.ff. de edi. edic. Sed dubium eſt quomodo & qualit᷑ teneat᷑ uenditor quando non expreſſit ſer uitutem que debetur in fundo uendito uel conditionem fundi uenditi & emptor eam ignorauit.Dic aut uenditor ſciuit fundum tempore uēditionis alteri ſeruitutem debe re & eius cōditionē aut ignorauit. Prio cāu quando uenditor ſciuit rem uēditā eſſe ſub iectā alicui ſeruituti puta itineris uel in ea habebat tm̄ utile dominiū qa erat emphite ota uel uaſallus & tunc ſi non certiorauerit ēptorē ignorātē ei tenet᷑ ad intereſſe ut.l.i.i prin.&.§.i.ff.de ac.emp.& ita tenet gl.in.l. pe.ꝟ.tacite.ff.de euic.Secundo caſu qn̄ uē ditor ignorauit ſeruitutē uel qualitateꝫ rei uēdite quia credebat i ea haber̄ plenum ius Et tūc nō tenet᷑ emptori ad itereſſe ſed q̄to minoris empturus fuiſſꝫ ſi ſciuiſſet uel rem nō eſſe pleno iure uēditoris ut.l. quotiens. fi.de edi.edic.& dicta.l.i.&.l.iulian⁹ i prin.

.ff.de acti.emp.&.l.quod ad ſerui.ff.de euic
& ita tenet ibi glo.in ℣.tacite & glo. ĩ dic
ta.l.quotiens & in.l.cum uendens.ff.de cõ
trahen.emp.Quod tñ intellige qñ uendi
tor ignorauit & nihil ꝓmiſſit.Secus ſi aſ
ſeruiſſet eũ optimũ maximũq; eſſe qa tũc
ad intereſſe tenet̃ i.l.iulianus.§.qd tamen
.ff.de ac.emp.& tenet glo.ĩ dicta.l.quotiẽs
Et predicta ꝓcedunt qñ quis uẽderet rem
cũ alio titulo oneroſo.Secus ubi eſſet termi
nus lucratiuus.puta donationis uel legati
aut fideicõ.qa tũc donatione uel legato rei
ſimpliciter ĩtelligit̃ ſolũ trãſferre ius quod
dñi & ſic cũ ſeruitute ſi debetur uel utile
dñium ſi nõ hẽt plus iuris ut.l.ſi domus.§.
fi.&.l.ſuo legato.§.ſi fũd⁹ &.l.ſi ſerui elec
tione.§.fi.ff.de leg.i.&.l.meuius.§.fundo
& ibi nõ.ff.de le.ii.&.l.ad res donatas.ff.de
edil.edic.&.c.paſtoralis extra de dona.cum
ſy.Quod ẽ uerũ qñ ſimplicit̃ legat̃ uel do
nat̃ fundus ut ĩ dictis iuribus.Sec⁹ ſi leget̃
uel donet̃ uti optimus maximuſq; eſt quia
tunc liber a ſeruitute preſtandus eſt ut eſt
tex.in dicta.l.ſeruo legato.§.ſi fundus.ff.de
le.i.ibi nõ.& in.l.penul.ff.de emp.& i.l.cũ
uendentes.ff.de contrahen.emp.Et ita tẽt
Bar.in dicto.§.fundo. Sed iuxta ꝑdicta
querit̃ An ille qui tenet̃ poſſeſſionẽ uacu
am tradere liberet̃ ſi tradat rẽ q̃ debet alte
ri ſeruitutẽ predialẽ.Et dicas ꝙ ſic ut ꝓbat̃
in dicta.l.meuius.§.fundo.nã ibi dicitur ꝙ
heres non liberatur niſi tradiderit poſſeſ
ſeſſionẽ uacuã rei legate tamen ibi dicit̃ ꝙ
ſi tradiderit fũdũ legatũ alteri ſuiẽtis libe
ratur & ibi hoc notat Bar.ubi oĩo uid Quod
nota ꝓ illis q tenẽtur uacuã poſſionẽ trade
re ſicut eſt uenditor ut.l.ii.&.iii.ff.de acti.
emp.quia ex hoc ſcio ꝙ nõ tenẽtur tradere
fũdũ liberũ a ſeruitute Sʒ ſi ꝓmiſiſſet tra
dere uacuã & liberã ñ liberaret̃ ſi traderet
rẽ alteri ſuientis ut notat Pa.ĩ dicta.l.meui⁹
.§.fundo de le.ii.quod nota Item circa pre
dicta queritur quid ſi iter excipere deberes
puta quia ſic cõuenerã tecũ in cõtrahendo
fundũ liberũ per errorẽ tradidi q̃uo mihi
ſuccurritur.Dic ĩcerti cõditione ut iter mi
hi concedatur ut eſt tex.i.l.ſed & ſi me pu
tem.§.cum iter.ff.de condi.inde & ibi uide
de hoc plene per glo.& doct. Item nota
quod ſi fundus debet ſeruitutem itineris &
locus per quem iter aut actus uel uia debe
tur impetu flu.occupatus eſſet & intra tẽ
pus quod ad amittendam ſeruitutẽ.ſufficit

alluuione reſtitutus eſt ſeruitus in priſti
num ſtatũ reſtituit̃ ut.l.ſi locus in prin.ff.
quemad.ſerui.amit.Et ĩtellige ꝙ reſtituit̃
ſilicet ipſo iure ut nõt.ibi gl.per.l.cũ uſufr.
&.l.ſi ager cuius.ff.qui.mo.uſufruc.amit.&
põt ĩtelligi ſecũdum Flor.ibi ſine noua poſ
ſeſſione.Et hoc ẽ quod notabiliter uult di
cere illa.l.ſi locus in pri.Sed ſi tantũ tẽpus
preterierit ãteq̃ alluuione locus reſtituat̃
ut ſeruitus amittat̃ renouare cogendus eſt
ut eſt tex in.d.l.ſi locus in fi.princi.Et intel
ligit ibi gl.quod cogendus ſit.ſ.ille cui accre
uit ille locus qui debebat ſeruitutẽ.Iteʒ glo.
ibi intelligit quod cogẽd⁹ ſit ꝑ reſti.i inte.
ut.l.a.tilicinus in fi.ff.de ſerui.ruſti.ꝑdio.
&.l.i.ſi qs propter.ff.de iti.actuq; priua.
Sed ſi locus debens ſeruitutem itineris eſt
ĩundatus aquis uel impetu flumĩs uel aliter
deſtructus ita quod per illum locũ non ha
bens ſeruitutem itineris non poſſit ire an
pro tempe quo impedit̃ propt̃ inundatio
nem aquaꝝ uel aliter poſſit ire ꝑ aliã pteʒ
fundi uel per alium fundus uicinũ. Ego
in hoc ſic dicerem.Aut iſte cui debetur ſer
uitus poteſt ire per alium locum aut non.
Primo caſu aut eſt impoſita ſeruit⁹ in uno
fundo qui eſt in totum deſtructus & tũc ꝑ
alium fundum cui nulla eſt ſeruitus impo
ſita ire non põt quia quantum ad hoc libeꝝ
fundum hẽt ar.l.loci corpus in.l.competit.
.ff.ſi ſer.uen.Aut ſeruitus eſt impoſita in
uno fundo qui pro parte eſt inundatus uel
aliter deſtructus.Et tunc aut ſeruitus ẽ ĩpo
ſita ſimpliciter ſine determinatione loci &
tunc intelligitur toti fundo eſſe ſeruit⁹ im
poſita ut.l.certo generi.§.ſi totus.ff.de ſer.
ui.ruſti.predio.Et ĩ hoc ſubdiſtingue.Aut
fuit dictũ ꝙ poſſit ire per totũ fundus mõ
ꝑ unã partem modo ꝑ aliam l' ſimpl'r per
totũ fundũ.Et in his duobus caſib⁹ poterit
ire ꝑ aliã ptẽ fundi qa lʒ ſemel elegerit ire
ꝑ illã partẽ q̃ ẽ occupata aquis l' deſtructa
tñ poterit intrare & eligere aliã ut.l.nã ſic
.ff.queãd.ſerui.amit.& dixi ſupra in ℣.que
ro an habens ſeruitutem.Aut non fuit ali
qd dictũ expſſe ĩ conſtitutione ſeruitutis
ſed ſimpl'r fuit promiſſa ſeruitus ĩ fũdo.Et
tũc aut fuit deteriatus cert⁹ locus ꝑ quẽ ire
debet̃ & tunc.Aut illa deteriatio fuit facta
demõſtratorie nõ cã limittãde ſeruitutis ĩ
certo loco puta qa fuit dictũ uolo ꝙ tu ha
beas ſeruitutẽ itineris ĩ toto fundo ſʒ ꝓpter
merã cõmoditatẽ uolo ꝙ eas ꝑ talẽ partem

Et tunc quia durat ſeruitus in toto fūdo illa
ꝑte dēſignata occupata uľ dſtructa poterit
ſine dubio ire per aliam Aut illa deteriatō
loci fuit facta cā limitāde ſeruitutis ad illū
certū locum Et hoc cāu quia cetere partes
libere remanent ut.l.certo generi.§.ſi totus
.ff.de ſerui.ruſti.predi uidetur ꝙ ſemel fa-
cta iſta electione & liberato fūdo a ſuitu-
te in aliis ꝑtibus ꝙ per alias ire nō poſſit ꝑ
.l.ſi cui.ff.de ſerui & per ea q̇ dixi.ſ.i dicto
℞.q̄ro an hibēs ſeruitutē. Aut ſtamus ī du
bio quia nō facta fuit illa determinatio uel
aſſignatio loci cā liberandi ceteras partes
fuudi a ſeruitute per dictum.§.ſi totus Aut
nulla unq̄ deteriatio facta fuit Et tunc aut
ille locus per quē cepit ire non erat ſolitus
ad eundum ſed habēs ſeruitutē itineris illū
ſic conſtituit iter dirigendo & nō pōt am-
plius mutare uoluntatē quia cetere libere r̄
manent ut.dicta.l.ſi cui ibi qui primā uiam
direxiſſet.ff.de ſerui. Aut ille locus ꝑ queꝫ
incepit ire prius erat ſolitus ad iter faciēdū
ita ꝙ nullum iter de nouo cōſtituit. Et hoc
cāu credo ꝙ ꝑ hoc non uideatur illū ꝓ iti-
nere elegiſſe & ceteras ꝑtes a ſuitute libe-
raſſe quia iſta nō uideť eſſe electio ſed ſim
pliciť itineratio Et ita limito dictā.l. ſi cui
ut habeat locū qn̄ iter ſeu ſemitā de nouo
fecit Aut a pricipio fuit ipoſita ſuitus iti-
neris nō i toto fūdo ſed tm̄ certe & deteria-
te parte Et tunc ſi.illa ꝑs deteriata ē deſtru
cta ꝑ aliā ꝑtem fundi ire nō poterit quia
oēs alie partes fundi a principio fuerunt li
bere a ſeruitute ut dicta.l.certo generi.§.la
titudo. Secundo cāu principali qn̄ ille
cui debetur ſeruitus non pōt ire per alium
locum q̄ ꝑ illū ꝑ quē ſuitus debeť ľ ꝑ aliū
uicinū Et tūc ſubdiſtigue. Aut eſt totus de-
ſtructus fūdus debet ſuitutē aut pro parte
Si totus non eſt dubiū ꝙ ipē nō teneť ſed
uicinus debet i uno fūdo ſuo p̄ſtare ſerui-
tutē ar.l.ſi qnis ſepulcrū i pri.ff.de reli.&
ſump.fune.ſecundū.d.Paulum & ifra i.l ſi
locus.§.fi.ff.quēad.ſerui.amit. Et dixi in li-
bro precedenti i.x.& ul.q.pricipali in fi. Et
intelligo ſoluto ſibi precio ꝑ illū qui uult
habere iter ut ꝓbať i dicta.l.ſi qs ſepulcrū
i pri.ibi iuſto precio iter ei p̄ſtare. Itē itelli
go dūmō iudex oportunitatē loci r̄ſpiciat
ne uicinus magnum patiať detrimētū ut
dič ibi textus Aut locus debēs ſeruitutē iti
neris ē i pte deſtructꝰ Et tūc aut i alia ꝑte r̄
manet ſeruitꝰ Quod qn̄ ſit.ſ.dixi & iure

ſeruitutis per illā aliā ire poterit. Aut i alia
parte nō remanet ſeruitus ſecundū ea que
dicta ſunt & tūc per aliā partē fūdi i qua n̄
fiat detrimētū dn̄o fundi poterit ire p̄ſtito
prius ei iuſto p̄cio ꝓ p̄dicto itinere ſicut di
xi de uicino per dictā.l.ſi qs ſepulcrum in
prin. Aut ſi uia publica ē deſtructa an poſ
ſit ire per fūdū uicini. Vide tex.cū gl.& ibi
per doct.in.d.l.ſi locus.§.fi.ff.quēad.ſerui.
amit. Et uide glo.i.di.in.c.omnes.ll.in uer.
fas i fi.& dixi i.d.x.q.pricipali i fi q̄ oia bn̄
nō.qa ſunt quottidiana. Quero penul-
timo an qs poſſit ire ſeu tranſire per fūdū
alienū & an dn̄s poſſit ꝓhibere uolētes ire
uel trāſire per fundū ſuū. Et dixi ꝙ ire per
agꝝ alienū fas ē ius nō ē ut eſt tex.nō.in.d.
.c.oēs.ll.i.di.& nō.glo.i.l.per agrū.C.d ſui.
& nō.Flo.in.l.diuus.ff.ď ſerui.ruſti.p̄dio.
Qui ſic exponit fas ē.i.equū eſt cū ſubē cā
inoxius ē trāſitus ut.xxiii.q.ii.c.ulti. Item đ
iure diuino licitū eſt comedere uuas i agro
alterius ſꝫ nō exportare & cōterere ſpicas
ſꝫ nō mittere falcē de cōſecra.di.v.diſcipu-
los. Sꝫ licet ſit fas & ſic equū đ iure diuino
tn̄ nō eſt ius.i.ius nō dat ciuilē actionem.
Vbi eiꝫ aliquid mihi prodeſt & tibi n̄ nocꝫ
equū eſt ut me non prohibeas lꝫ ius ibi de
ficiat.ff.de aqua plu.ar.l.in ſumma.§.idem
uarus. Et ita notanť exponit glo.in.d.c.oēs
.ll.i.diſ. Alio mō poteſt etiam exponi ut di
cam infra in alio articulo & ſic ſtat regula
ꝙ non poteſt quis de iure ire per agrū alie
nū & per dn̄m poteſt prohiberi ut ē caſus
in.l.diuus p̄allegata nec etiā cauſa in eo au
cupandi ľ uenādi ut ibi & pōt ꝑ dn̄m fūdi
ſi ꝓuiderit ꝓhiberi ne igrediať ut iſti.đ re.
di.§.plane &.l.iii.§.plane.ff.de acqr.re.do.

Item poſſum uolēteꝫ igredi fundū meū
uel per eū tranſire ꝓpria manu & auctori
tate repellere & reſiſtere ut.l.quēad.circa
prin.ff.ad.l.acquiľ.& nō.glo.in.d.l.iii.§.pla
ne & poſſum etiam ſi me iuito ingrediať
uel trāſeat agere actione iniuriaꝝ.l.iuriaꝝ
.§.ſi quis me.ff.de iniur.& nō.glo.in.d.§.

Fallit iſta regula in pluribus caſibꝰ qui
monſtrantur per glo.in.d.§.plane & inſti.
de re.diui.§.plane & i.l.per agrū.C.de ſer.
& per glo.magiſtram.i.di.oēs.ll.in.℞.eſt i
fine & alii etiā caſus habentur. Primꝰ ca
ſus eſt quando quis uellet ire per fundum
alterius domino nō prohibēte.ſiue ſciuerit
ſiue ignorauerit quia tūc pōt ire ut.l.diuus
.ff.de ſerui.ru.predi.ibi nō uolētibus dn̄s

ubi ꝓbatur ꝙ per alienū fundū qs pōt tranſire niſi a dño ꝓhibeatˀ ſeu contradicatˀ Et ita tenet Pe.ut refert Cy.in dicta.l.p agruꝫ & ſic concordat ius diuinū cū iure noſtro uidelicet ꝙ ire p agrum alienū fas ē ſi dn̄s non ꝓhibeat Ius nō eſt ſi dn̄s ꝓhibeat & ita etia ſeruatˀ ī pratica. Et itelligo ꝙ in dubio ñ uideatˀ uelle ꝓhibere qñ eūdo ñ fierˀt dño fūdi aliquod dānū puta qa iret per ſemitā factā & non eſſent ibi fruges. Secus ſi non poſſet ire ſine dano puta ī faciendo de nouo ſemitam.quia tūc etiā neſiēs dn̄s uidetur prohibere ar.l.qui uas §.uetare.ff.de fur. Vel quando clauſiſſet funduꝫ muro uel ſepe aut alio mō qa per illā clauſuram uidetur declarare animū ſuū ꝙ non uult aliquē īgredi uel trāſcire per illū fundum. Facit ad hoc ꝙ ſtatim dicā de domo & ꝙ per agruꝫ alienū ire licet donec dn̄s pro hibeat. Tenet etiam Cy.i.l.i.i.vi.q.C.de ſerui.& do.Pau.in dicta.l.per agruꝫ eo.ti.& ibi per doct.quod itellige quando ſiñ dāno domini fūdi uellet ire & trāſire qa cū ſit nullius ꝑiudicii cōpetit cuilibet iſtud ius eūdi etiaꝫ per fundum alienū iure cuiuſdā facultatis ſecundum.d. Pau.in.dicta.l.p agrū Et ratio pōt eſſe quia dn̄s preſumitur nō diſſētire. Secus ſi eſſet cū aliquo dāno dn̄i fundi ut ſupra dixi. Itē intellige qñ ſumus ī dubio de uolūtate domini Secus ſi conſtaret uere uel ꝑ̄ſumptiēꝙ dominus nollet puta claudēdo fundū ulˀ alˀr ut ſupra dictum ē Itē hoc itellige ī fūdo ruſtico Secus ī domo qa ī domū alienā ñ lꝫ īgredi etiā domino ignorāte maxie p loca ubi poſſunt uideri ſecreta domus Et contra facientes tenentur actione iiuriaꝝ.l.qui in domū.ff.de iniur. q̄ eſt ī ultima carta tituli Et ita tenet.d.Pau.& in dicta.l.p agrum & maxie hoc ꝓcedit de nocte qm̄ de nocte ñ licꝫ ire per alienas domos ut ē gl. notabilis in.l.iter.ff.cōia. predi. & dixi ſupra de ſui. itineris ſeu adi.circa prin. Secundo caſu prin.fallit quando quis haberet ſeruitutem itineris uel actus aut uie ut dicta.l.p agrū .C.de ſerui. Tertio fallit ſi qs theſauruꝫ ſuum uult effodere uel pecuniā ibi abſcōditam uult recipere ut.ff.ad exi.l.theſaurus ī fi. Quarto ſi glās mea.i.fructus mei ceciderint in agrum tuū & uolo eos colligere ut.l.unica.ff.de glan.leg.quod itellige uſqꝫ ad tres dies ut ibi Quinto ſi uolo querer̄ ſeruum meū fugitiuū ut.l.diuꝰ.ff.de ſer. fugi.&.l.requirendi & ibi nō.C.eo.ti. Et has tres ultimas fallentias ponitˀ ēt glo.i.l.ii.§. plane.ff.de acqui.rerum domi.& in.§. plāe inſti.de re.diui. Sexto fallit ī alio caſu q habetur.C.ultimo. Septimo quando uia publica eſt deſtructa.l.ſi locus.§.fi.ff.queād mo.ſerui.amit.& notat glo.in.d.l.per agrū Et has ſex ultimas fallentias ponit i.d.i.oēs .ll.i ꝯ.fas in fine Sed dicit Cy.in.d.l.p agrꝫ ꝙ glo.ibi neſciuit quid dicat quia in.dicta.l. ſi locus.§ fi.de agro fit uia publica nō ī agro Et adde quod dixi in.q.precedenti in fi.

Octauo fallit ſi uendemiā quā emi uolo tollere quia poſſum īgredi propter hoc fūdum uēditoris in quo eſt uidemia ut.l.qui pēdētes uidemiā.ff.de acti.emp.& nōt.glo. in.d.l.ii.§.plane.& inſtitu.de rerum diuiſione in.§.plane.& propter hoc dico quod idē eſt ſi decima debet ſolui ī fundo qa pōt decimarius īgredi cauſa decimādi & aſportandi decimā p dictā.l.qui pendē.uidemiā & iter. Nono fallit qñ quis ſepulcrū hēt ſed iter ad ſepulcrū nō habet quia pōt ire per fundū uicini dato iuſto ꝑcio ut.l.ſi quiſ ſepulcrū ī prin.ff.de reli.& ſū.fu.& no.glo. in.d.l.per agrū.C.de ſerui.& idem quando eſſēt eccleſia uel monaſteriū & non poſſet haberi iter uel aditus perˀuiam publicā ulˀ per loca eccleſie uel monaſterii quia tunc poterit per fundū uicini dato ſibi iuſto ꝑcio dūmodo uicinus non paciatur magnuꝫ detrimentum p dictā.l.ſi quis ſepulcꝝ Circa ꝙ uide oīo que dixi ſupra ꝺ ſepulcris circa prin.& idē quando quis non haberet aliunde iter ad ſuū fundū priuatuꝫ qa poteſt eodē modo ire per fundū uicini per dictaꝫ .l.ſi quis ſepulcrū de quo dic ut dixi in ꝑcedenti.q.pricipali āte finē. Decimo fallit qñ qs iuiſſet per fundū alienū.xxx.diebus ſaltē in uno anno quia tunc iteꝝ ñ poterit nec poſſꝫ per dominū fūdi ꝓhiberi qa ibi dicitur eſſē in quaſi poſſeſſione itineris.& ſi ꝓhibeatur poſſꝫ cōuenire dn̄m ītérdicto de itin re actuqꝫ priuato ut.l.i.in prin.con iuncto.§.ꝑtor ait.ff.de itinere actuqꝫ pri.et ibi ē glo in uer.cōcluſit uſuro in prin.q̄ dicē ꝙ ab hoc duo reqrūtur certū tempus.ſ. qdˀ iuerit per annū &.xxx.ſaltē diebus quorū ſi unū defuerit ceſſat illud īterdictū. De qᵒ dicam plenius in.ii.q.quod tene menti & non permittas uicinū tranſire per funduꝫ tuū.xxx.diebus in uno āno. Vltimo pricipaliter quero quot requirātur ut quis ſit ī quaſi poſſeſſione itineris ſiue eundi ī fun

a.q.

dum meũ ita ꝙ eũ ĩpedire nõ poſſis quomi
nus eat Et ſi ĩpediam tenear interdicto de
itinere actuqꝫ priuato & dic ꝙ plura requi
runtur Primum ꝙ ĩfra ãnum iuerit Secun-
dum ꝙ iuerit ſaltẽ p.xxx.dies ut ſtatim di-
xi in.q.precedenti in fi. Et ratio quare non
ſufficit ire ſemel ſicut ſufficit ſemel aquam
ducere p fundum alterius ut.l.i.§.quod aũt
ff.d'aqua quotidi.& eſt i.ẽ quia ire p fundũ
alienum põt fieri p modũ cuiuſdaꝫ familia
ritatis uel amicicie.l.qui iure familiaritatis
.ff.de acqui.poſ & eſt licitum ire per fundũ
alienum quod põt fieri p modũ cuiuſdã fa
miliaritatis ſicut dixi ĩ.q.p̃cedẽti Et iõ per
primũ actũ uſus nõ acqrit̃ quaſi poſſeſſio
Sed diuertere aquã p fũdum uicini nõ eſt
permiſſũ niſi ei q habet ius faciẽdi ut.l. a-
quã .C.de ſeruit.iõ per unicũ actũ acqritur
quaſi poſſeſſio huius iuris ducendi aquam
quia iſtud non põt dici feciſſe iure familia
ritatis uel amicie ut nõ.Bar.in.l.i.§.ſed hoc
interdicto in prin.ff.de iti.actuqꝫ priua.&
no.in.d.l.i.C.de ſerui.& hoc in ſeruitute af
firmatiua Secus in negatiua quia ĩ illa repe
ritur factum hoĩs ꝓhibentis per notata ĩ.l.
q luminibuſ.ff.de ſerui.ur.predi. & notat
.d.Pa.ĩ dicta.l.i.& dixi ſupra ĩ p̃cedẽti libro
in.xiii.q.principali in uer. quãtũ requirit̃

Sed aduerte ad iſtã differẽtiã iter ſerui-
tutem affirmatiuã & negatiuã q̃tũ ad hoc
ut requiratur factum hoĩs ꝓhibentis uł nõ
qa tex.& Bar.in.l.hec autẽ iura.ff.de ſerui.
ur.p̃di.p alia uerbã loquũt̃ Dicunt enim
aut eſt ſeruitus ur.& requirit̃ factũ hoĩs ꝓ
hibẽtis.& ita itelligat̃.l.hec aũt iura & gl.
ĩ dicta.l.q luminibus & ĩ.l.i.C.de ſerui.Aut
eſt ſeruitus ruſticã & tunc non requiritur
aliquod factum hoĩs ꝓhibentis ſed ſolũ ne-
gligẽtia ł ſiẽtia cũ paciẽtia aduerſarii Et
hoc ẽt uidetur tenere.d. Pau ĩ d.l.i.℣.circa
ſecundã lec.quod nõ.quia multũ ĩ hoc errãt
credẽtes ꝙ ẽt in ſuitutib⁹ ruſticis ad hoc ut
quis cõſtituat̃ ĩ poſſeſſione & ſic incipiat
p̃ſcribere reqrat̃ factũ hoĩs ꝓhibẽtis qd ñ
ẽ uerum ut dixi Et iſta perpetuo tenemen
ti ſecundum Bar.in dicta.l.i.§.hoc int̃dicto
.ff.de iti.actuqꝫ pri.ĩ acquiſitionẽ quaſi poſ
ſeſſionis alioꝝ iurium ĩcorporaliũ Exẽplũ
ſi cõe ciuitatis pateret̃ aliquẽ ſtare ĩ cõſilio
ſemel ſicut patit̃ aliqñ ciuitas Venetiarum
aliqãdo ĩtrare cõſilium ſuũ forẽſẽ nobilem
Nam ex hoc non eſſet in quaſi poſſeſſione
illius iuris eſſẽdi in cõſilio niſi ex freq̃ntia

actũ adminus.xxx.ut dicto.§.ĩterdicto qa
iſtud põt fieri iure facultatis uel familiari-
tatis. Secus ſi ciuitas pateret̃ eſſe aliquẽ de
prioribus uel ꝓponere ĩ cõſilio tãq̃ cõſilia
riũ.Nã tunc ex unico actu illius iuris indu
ceret̃ quaſi poſſeſſio per dictã.l.§.ꝙ autẽ.ff
de aqua quoti.& eſti.& idẽ dicit Bar.in.d.§
hoc interdicto In ceteris iuribus ut ex qua-
litate actuum requiratur unus act⁹ uel plu
res.& pro predictis uide gl.in.c.cum eccle-
ſia ſutrina uer.trium ep̃orum extra de cau.
poſ.& propri.& ibi etiam per Inno.& doc.

Tercio principaliter requiritur qd' iure
ſuitutis credens uti iure ſuo ut.l.fi.ff.de iti.
actuqꝫ priua.&.l.i.§.iulianus recte eo.ti.&
.l.fi.ff.quẽad.ſerui.amit.& notat glo.in.l.i.§
.ii.in uer.uſus ſit in prin.& ibi bar.ff.de iti.
actuqꝫ priua.& uoluit Inno.in.c.bone.el.ii.
in prin.extra de traſl.ptela.& in dicto.c.cũ
eccleſia ſutrina in glo.in uer.iii.& ideo alio
modo q̃ quaſi iure ſeruitutis puta qa ꝓpter
riuũ qui creuit aut qa uia publica ẽ deſtru-
cta ita quod ad tuũ fundũ ire non poterat
& ꝓpterea per fundũ uicini iuit nullũ ius
ſibi queritur ut.l.i.§.iulianus recte.ff.de iti.
actuqꝫ priua.& notat Roſ.in libellis ſuis iu
ris ciuilis in ti.in fi.hoc modo per fundum
alicuius per.xxx.dies & cetera. & idem ſi
quis iuiſſet per fundum tuũ non ui nec clã
nec p̃cario non tamen id iure ſuo faceret.ſꝫ
ſi ꝓhiberet̃ non facturus non daret̃ ei hoc
interdictũ nec propter hoc diceret̃ eſſe in
quaſi poſſeſſione ſeruitutis ut.l.fi.ff. de iti.
actuqꝫ priua.& idẽ ſi fuiſſet iure familiari-
tatis uel amicicia etiam per annũ & ultra
propter hoc non diceretur etiam in quaſi
poſſeſſiõe eũdi ut.d.l.qui iur̃ familiaritatis
.ff.de acquiren.poſ.& ibi dicit Bar.qd' iſte
caſus ſepe occurrit.Nã mater & filius ſtant
ſimul & filius uadit per fundum matris p⁹
modũ cũ diuidũt dicit filius ego poſſedi ta
lẽ fundum Nã ĩ dubio intelligit̃ fuiſſe iur̃
familiaritatis ut nõ poſſideat.Idem dicit in
fratre & ſorore ſimul habitãtib⁹ & hñtib⁹
patrimoniũ indiuiſum quia ſi frater ſolum
uadit ad poſſeſſiones locãdas & fructus ſo
lus recoligit coĩter uidet̃ facere cã familia-
ritatis p dictaꝫ.l.ſi mulieri.ff.q.mo.uſufru.
amit.& ideꝫ in colono licet nunq̃ uadat do
min⁹.& ad predicta uid' quod notat.Inno.
in.c.ſi diligenti extra de preſcrip.ꝙ nota.

Sed circa predicta inſurgit dubiuꝫ q̃uo
probabitur ꝙ crediderit uti iure ſuo ſeodũ

aliquos probabitur ſuo ſacramēto. Pro qua
opy. facit glo. inſti. de acti. §. alie in glo. ma
gna que allegatur ꝙ in his que cōſiſtunt in
conſiētia ſeu uolūtate alicuiꝰ ſtat̃ eiꝰ ſacra
mento Illa glo. nō loquit̃ de iuramēto Sed
glo. bene hoc dicit in. l. atqui nā. §. cum me
abſente in glo. magna in ℣ uel melius. ff. de
nego. geſ. & eſt glo. i terminis noſtris i. l. ii.
in glo. fi. C. de ſerui. & aqua & glo. i. l. i. §. ii.
. ff. de iti. actuq; priuato facit. c. paſtoralis ex
tra de excep. cum ſy. Sed Bar. in. d. §. ii. hoc
non tenet dicens ꝙ nō. in. d. §. alie procedit
quādo precedit titulus ex quo credit̃ ſibi ſi
aſſerit ſe habere bonā fidem. Secus ſi nullꝰ
titulus precedat ſicut pſupponitur i cāu no
ſtro. Vnde ſecūdū Bar. debet alr ꝓbari q̄
per ſacramentū ꝓpriū puta per teſtes qui
dicāt ſe uidiſſe cōſtitui ſuitutē a tali q pu-
tabat̃ dominus illius pdii. l ꝙ fuit legata ſ
uitus. Ticio & iſte uocabatur Ticius Hoc
tamen non putat eſſe uerū Bar. quia ſecū-
dū hoc ſequeret̃ ꝙ deberet ꝓbare titulum
uerꝫ l putatiuū qđ ē contra. l. ſi quid diutur
no. ff. ſi ſer. uen. & cōtra notata p Dy. in. c.
ii. de reg. iuris in vi. Et ideo Bar. in. d. l. i. §. ii
dicit ſecundū Iaco. de are. & Cy. i. l. i. in. iiii. q.
. C. de ſer. quod ſufficit ꝓbare ſe audiuiſſe
hoc dici a quibuſdā uicinis & a quibuſdam
fidedignis ꝙ ſibi cōpetebat ius eundi Facit
ad. hoc glo. notabilis in. l. Ticio fundus. ff. đ
condi & demon. q̄ dicit ꝙ dn̄o fidedigno
credendū eſt tn̄ Bar. i dicto. §. ii. cōcludit ꝙ
debet probari aliquid ꝓpter quod ipe mo
tus ſit ad credenduꝫ ſibi ſeruitutē cōpetere
ut. l. i. §. ſed & ſi iure . ff. de aqua quoti. & e-
ſti. Et ideo putat ꝙ ſi erat fama per cōtratā
licitū pōt credere ar. eius quod nō. in. l. iii.
. C. de proba. & i. l. atqui natura. §. cū me ab-
ſente. ff. de ne. geſ. facit quod notat Bar. in. l.
fi. ff. de heredi. inſti. Idem dicit ſub dubio
forte ſi ibi erāt ſigna uie uel itineris uel ali
qua ueriſimilia q̄ poſſunt animū adducere
ad iſtā credulitatē & iſtud procederet qn̄
ſigna uie uel itineris tenderēt ad fūdū illiꝰ
q fuit & iſtud probaret ſatis fuiſſe i dubio
de iure ſuo & ſic ſeruitutis niſi ex qualitate
perſonarū aliud pſumeret̃ ut dixi ſupra
de fratre & ſorore. Itē pōt ꝓbari ꝙ qs iue-
rit iure ſuo & ſic iure ſeruitutis ex actibus
Nā quidam ſunt actus quos ego nō facereꝫ
niſi ꝙ ſuitus mihi cōpeteret ut pcider̄ ſepē
cā eundi. Vnde ex ſimilibꝰ actibus pōt hoc
cōprehēdi ſecūdū Bar. i. d. l. i. §. ii. &. ff. đ iti.

actuq; priua. cui ēt allegat hoc notata per
Inno. in. c. bone eo. li. extra de poſtu. prela.
ubi oio uide quia hoc optime declarat q̄lr
pōt cōſtare qn̄ qs iuit per fundū alteriꝰ cre
dens uti iure ſuo. Itē an requiratur qđ quis
uſus fuit itinere per ſe ipm an uero ſuffici-
at ꝙ aliꝰ per ſe iuerit & dic ꝙ ſufficī ꝙ colo
nus aut hoſpes aut amicus ut alias aliꝰ iter
ad fundum fecit qui ꝓ nobis ſeruituteꝫ rti-
nere poſſet ut. l. i. §. is cuius colonus & l. iii.
. §. in hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua.

Et nota diligenter qđ ſi quis uſus fuerit
itinere per fundū uicini quoaduſq; fuerit i
greſſus uſq; ad illū locū in fundo ad quem i
greſſus eſſet diceret̃ eſſe in quaſi poſſeſſio
ne & ei cōpetet iterdictū de itinere actuq;
priuato. caſus ē notabilis cū glo. & notatur
ultio i ℣. quoaduſq; i. l. i. §. ſi quis hoc inter
dicto. ff. de iti. actuq; priua. & eſt ratio quia
agitur de ſeruitute q̄rēda Nā tūc per uſum
partis nō acquirit ius in toto fundo. Secus
ubi ageret̃ de ſeruitute retinenda quā con
ſtat eū habere quia per uſum partis tota re
tinet̃ ut. l. ſi ſtillicidii. §. fi. ff. quemad. ſerui.
amit. ſecundum glo. in. d. §. ſi quis hoc inter
dicto quā perpetuo tene mēti. & per hͦ di-
xit ibi bar. multū notabilit̃ ꝙ ſi qs ius colli
gēdi pedagiū uult dicere ſe preſcripſiſſe ſi
ꝓbat ꝙ uſus ē colligere de talibus rebꝰ & i
illis tm̄ dicet̃ acquiſiuiſſe de quibus appa-
ret ꝙ uſus fuerit. Iaco. dicit de preſcribēda
iuriſdictione non probata quaſi poſſeſſiōe
certi actus i illo tm̄ pſcribat. Secus ſi hēret
cōceſſionē ab aliquo cui hēt ius retinēdi. tūc
ſi utitur iuriſdictione actu retinetur in om
nibus Et idē tenet Bar. in. l. ſi publicanus. §.
fi. ff. de public. De quo uide plene in Spec.
de iura calū. in. §. i. in prin. ultime colum. i
℣ illud etiā. nō. ꝙ poſſeſſio & per Inno. in
. c. dilecto in fi. extra de offi. archi. & per gl.
fi. in cle. i. de fo. cōpe. & per bar. Ang. & doc
to. in. l. iii. in prin. ff. de acquir. poſ. per Bal.
in. l. una eſt uia. ff. đ ſer. ru. predi. in apoſtil
lis & plene per Flori. in. l. ſeruitutes la grā-
de in. x. colla. ff. de ſerui. & in. l. ſi ſit conſti
tuta in fi. ff. quemadmo. ſerui. amit. & in. l. ſi
ſeruitus in fi. principii & in. l. fi. e. ti. & per
do. Pau. in. l. i. in prin. ff. de iura. ca. & in. l. re
ſtituta in princi. ff. ad tre. Sed dubium
eſt an ſit neceſſe uſum uie retinere ſciente
& patiente aduerſario Et uidet̃ qđ ſic per
. l. ii. C. de ſerui. & aqua Nam cum quaſi poſ
ſeſſio iuriū incorporalium nihil aliud ſit q̄

pacientia aduerſarii ut.l.quotiens.ff.de ſer-
ui.ille qui ignorat nõ põt pati & ſic ille q
utitur nõ põt eſſe i quaſi poſſeſſione illius
iuris. iſtud tenet Inno.i.c.bone el.ii.de po
ſtu.p̄la.Sed Bar.i.l.i.§.hoc ĩterdicto ꝟ.ulte
rius quero.ff.de iti.actuq; priua.dicit aliter
uidelicet ꝙ Q uedã ſunt ſuitutes habẽtes
cauſã cõtinuã pro quibus daꝛ utile ĩťdictũ
uti poſſi.tunc cum illud interdictum detur
priori neceſſe ẽ ꝙ ꝓbeꝛ ſcia aduerſarii cuꝫ
al'r ñ poſſit haberi illa quaſi poſſeſſio.Que
dã ſunt ſeruitutes hñtes cauſam diſcontinu
am ꝓ quibus datur interdictũ de iti.actuq;
pri.Et in iſtis nõ requiritur ꝙ ꝓbeꝛ ſciẽtia
aduerſarii quia uerba illius edicti ñ reqrũt
quẽ quaſi poſſidere ul' quaſi poſſediſſe. ſed
requirũt ſimplicem uſum facti Dicit eni p̄
tor quo itinere uſus es .non dicit in cuius iti
neris quaſi poſſeſſione es.Vnde ſufficit ꝓ-
bare ꝙ non ui non clam nõ precario Dicit
tamen ꝙ quo ad preſcribendã ſuitutẽ ſem
per requiritur ſciẽtia aduerſarii cũ ſiñ poſ-
ſeſſione p̄ſcriptio nõ ꝓcedat ut i c.ſiñ poſ-
ſeſſione de reg.iu.li.vi.& ita loqꝛ.l.ii.C.de
ſerui. Ex quo nota ꝙ ſufficit ſi aliquis ſit
uſus itinere ul' actu nec deſideratur ꝙ fue-
rit conſtituta ſeruitus uel debeatur ut.l.i.§.
.ii.ff.de iti.actuq; priua.& notat Roſ.in li-
bello ſuperius allegato.Q uarto principa-
liter requiriꝛ ut fuerit uſus quis nõ ui non
clam nec precario ut.l.i.in prin.ff.de iti.ac-
tuq; priua.&.l.iii.§.Ait prrtor eo.ti.Et dici
ꝛ uſus ui qñ aduerſario Prohibente Clam
qñ aduerſario ignorãte Precario qñ aduer
ſario cõcedẽte ad ip̄m beneplacitũ & non
ultra que oia declara ut plene habetur per
glo.i.l.i.C.uti.poſ.& ibi per doct.& p nota
ta i.l.i.§.ſi tibi fũdo &.§.fi.cũ.l.ſe. uſq; ad §.
hoc iterdicto.ff.de iti. actuq; priua.Sed cir-
ca iſtud põt dubitari d duobus Primo qua
liter hoc probaꝛ Secũdo cui icũbat hoc on⁹
ꝓbãdi.De primo uideꝛ ꝙ poterat proba-
ri per teſtes ut notat glo i.l.i.§.ii.in.ꝟ. uſ⁹
ſit in fi.ff.de iti.actuq; priua.& ibi p Bar.
in fi.Q ui dicit ꝙ hoc.nõ eſſet ueꝝ qñ dice
reꝛ ꝙ nõ iuerit quia cũ iſta ſit mera negati
ua nõ coartata loco uel tẽpore nõ poterit ꝓ
bari.l.actor cũ ibi nõ.C.de proba i.c. bone
memorie magũtino de elec. Probabiꝛ er-
go affirmatiua per teſtes.Negatiua eo mõ
quo diceꝛ ĩfra De ſecũdo ẽ maius dubium
Q uidã enim dicũt ꝙ hoc debet ꝓbari ab
aduerſario qui dicit ui uel clã p̄cario uſum

Glo.tñ in.d.§.ii.in ꝟ.uſus ſit ĩ fi. determĩat
cõtrarium uꝫ ꝙ imo debeat probari p eum
qui dicit ſe uſum eſſe itinere & agit hoc in
terdicto de itinere actuq; priua.ar.d.l.i. in
prin.&.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.uen.Sed
Dy.hoc reprehẽdit dicẽs ꝙ hoc ꝓbato uſu.
xxx.dieꝝ preſumiꝛ ꝙ bona fide nõ ui non
clam uel p̄cario iuerit etiam ſi non probet.
Nã ſicut i rebus ĩcorporalibus ſi ꝓbeꝛ ti.p̄
ſumiꝛ bona fides niſi ꝓbeꝛ mala ut.l.nemo
predo.ff.de reg.iur. &.l.ſi quis ẽptionis ti.
.C.de p̄ſcrip.xxx.an.Itẽ in corporalibus dꝫ
p̄ſumi bona fides ſolo uſu ꝓbato cum quo
ad p̄ſcriptiones iſta duo ſint paria probare
uſum in poſſeſſione ſine ti.& in corporali
bus ꝓbare titulum & longam poſſeſſionẽ
Nã utroq; caſu idẽ iuris ut.l.ii.C.de ſerui.&
aqua &.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.uẽ.Iſta
ſunt uerba Dy.ut refert Bar.in.l.i.§.ſi hoc i
terdicto.ff.de iti.actuq; pri.Sed Bar.in.l.fi.
dicit quod doct.repreprehendunt Dy. Nã
iſta non ſunt paria.quia de iure naturali &
gẽtium quelibet res ẽ libera ut.l.altius.C. d
ſerui.& ideo mala fides alterius eſt quaſi iu
re ꝓbata niſi probeꝛ aliquid ex quo preſu
maꝛ bona fides.Sed in rebus corporalibus
hoc nõ cõtingit Nam ius cõe poſſidenti nõ
reſiſtit ut ipſe notat in.l.ſi prius.ff.de noui
op.nun.& glo.tangit in.l.ſicuti.§.ſi queraꝛ
.ff.ſi ſerui.uen.Et ideo Bar.cõcludit in.d.§.
hoc iterdicto ante fi.ꝙ nõ ſufficit ꝓbatio ſo
lius uſus ſed debet ꝓbare aliquid ꝓpter qd
ille motus fuerit ad credẽdũ ſibi deberi ſer
uitutem ut.l.i.§.ſed & ſi iure & ibi hoc nõt
Bar.ff.de aqua quoti.& eſti.quo probato al
teri parti incumbit onus ꝓbãdi quod ille ſit
uſus ui clam uel precario ut probatur in.l.
iii.in prin.ff.de iti.actuq; priua.Pro quo ui
de quod dixi ſupra in ꝟ.tertium pricpal'r
quod nota. Q uinto pricipaliter requiri
ꝛ qd' itinere uel actu uſus ſit ad predium
ruſticũ nõ aũt ad p̄dium urbanũ quia hoc
ĩterdictũ tueꝛ tm̃ ruſticas ſeruitutes ut.l.i.
§.i.de iti.actuq; pri.Et ita tenet Roſ.in dic
to ſuo libello circa prin.in illa.q. Sed q̃ri
ꝛ quare nõ ꝓ ſeruitute urbana ſicut ꝓ ru-
ſtica daꝛ .Dicit Roſ.in p̄allegato ti.ſuo in.
.ii.q.quod iura magis cõſulũt alicui habẽti
ruſticã ſuitutẽ q̃ urbanã ſicut et alias ẽ dria
inꝛ p̄dia ruſtica & urbana ut.l.item queriꝛ
.§.qui impleto.ff.loca.Sed credo ꝙ iſta nõ
ſit bona ratio ſed potius alia quia frequen-
tius cõtingit ꝙ quis uadat p fundũ alienuꝫ

ruſticum q̄ per urbanum imo raro cōtigit ꝙ quis uadat per fundū alienū urbanū iuṙ ſeruitutis lex locuta eſt de ſeruitute ruſtica ar. l. nā ad ea. ff. de legi. gl. in dicta. l. i. §. ii. ff. de iti. actuqꝫ priua Dicit ꝙ licet ſeruituti urbane nō deṫ iterdictū directum de iti. actuqꝫ priuauo tamen forte dabiṫ utile Et ſequitur ibi Bar. dicēs ꝙ ſi ſeruitus urbana habet cām continuā tūc hēt locum utile iṫdictū uti poſſi. l. i. in pri. & ibi. nō. ff. uti poſſi. & l. ſicut. §. ariſto. ff. ſi ſerui. uen. & l. quotiēs. ff. de ſerui. Si uero habet cauſam diſcontinuā tunc pōt habere locum utile interdictum de itinere actuqꝫ priua. Et hoc teneaſ Pro hoc uide Bar. i. l. i. circa prin. ff. uti. poſ. Sexto principaliter reqritur ꝙ ille q̄ iuit ꝑ fundū alterius habeat etiā fundum iuxta illū & ꝓpter fundū ſuū iuerit per fundum alterius quia nemo interdictum de itinere actuqꝫ priuato habet niſi & alius habeat p̄dium & ip̄e ēt p̄diū habeat quia ſeruitutem ratione p̄dii alieni quis habere non pōt ut l. i. ff. cōi p̄di. & inſti. de ſerui. §. in ruſticoꝝ ℣. ideo autē & maxime cū hoc interdictuꝫ nō tueatur niſi ruſticas ſeruitutes ut. l. i. §. i. ff de itineṙ actuqꝫ priua. Et hoc tenet Roſ. i dicto ſuo libello. ℣. poſitiones actoris. Septimo principaliter requiritur ꝙ inter predium qui patitur & fundum uicini nō ſit aliud predium ꝑ quod iri non poſſit qa tunc n̄ cōpeteret hoc iṫdictum. Et ratio eſt ſecundū Roſ. i p̄dicto libello quia hoc iṫdictū cū ē adtuendas ruſticas ſeruitutes ut dixi mediū prediū quod nō ſeruit impedit ſeruitutē ut. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſerui. ru. predio & plene dixi ſupra i libello p̄cedenti in. vii. q. principali. Octauo & ultimo principaliter requiritur ad hoc ut cōpetat iſtd interdictum de itinere actuꝫ priuato ꝙ ille qui fuit uſus hoc anno ſaltem. xxx. diebuſ ut dictum ē ſ̄ fuerit prohibitus ut. l. i. i pri. §. i. & ii. ff. de iti. actuqꝫ pri & notat Roſ. in altero libello ſuo ſepius allegato. Quot aūt requirantur ad p̄ſcribēdā ſeruitutē uide q̄ plene dixi ſ̄ in li. p̄cedēti ī viii. q. principali ℣. dictum eſt ſupra ꝙ ſeruitus habens cauſam perpetuā & cetera. Sed dubitari poſſet q̄ utilitas reſultat ex hoc ꝙ quis fuerit ꝑ fundum alienū modo ſaltē. xxx. dies & ꝓpṫ hoc dicatur eſſe i quaſi poſſeſſione & glo in l. i. §. ii. i glo. magna. ff. de itin. actuque pri. format iſtam. q. Dicit enim primo ꝙ quidaꝫ uolūt quod proſit in hoc quia perſumit cō

petere ei ſeruitutē ſiue negatoria cōueniaṫ ſiue cōfeſſoria agat quod pōt licꝫ poſſideat ut. ff. ſi ſerui. uen. l. & ſi forte. §. ſciēduꝫ. & ꝓ eis eſt. C. de ꝓbati. l. ſiue poſſidetis & C. de pig. acti. l. nec credideris & C. ſi aduerſ. credi. l. i. & in aūt. de teſti. §. ſi uero. Et iſta fuit opinio Placētini qui uoluit ꝙ qui ē in poſſeſſione uel quaſi p̄ſumaṫ habere ius niſi ꝓbeṫ cōtrariū Nā glo. reprobaṫ i. l. cū res. C. de ꝓbati. Et ſic iſta opinio non eſt uera.

Alii dicūt ꝙ iſta eſt ſecūda opinio ꝙ ꝓdeſt quo ad hoc ut ſi impediaṫ poſtea poſſit r̄ſiſtere. ſ. ex iudiciū Et ſi reddiṫ inṫdictū non in iure ſed in ipſo p̄dio licet ei ſe defendere ex ui interdicti ac ſi i iudicio agaṫ cōfeſſoria a ſe poſſidente uel negatoria ab alio cōtra ſe poſſidentem uel nō poſſidēteꝫ neceſſe habet de iuṙ ſuo doceṙ ac ſi agat ex ſecūdo capite quod eſt in. l. iii. §. ait p̄tor. ff. de iti. actuqꝫ pri. poterit purgari nec ipſe pōt reſiſteṙ niſi ꝓbet ſibi ſuitutē competere ut ibi iſta ſecūda opy. i q̄tū dicit q̄ ꝟ pōt reſiſteṙ de facto dicit ueꝝ ut dicā ſtati in ſequēti opy. Sed i q̄tū uult ꝙ nō poſſit agi in iudicio hoc iterdicto ē cōtra dictam. l. i. de iti. actuqꝫ priua. & ꝯ mentē illius ti. ſꝫ bar. in dicta. l. i. §. ii. Et ideo alii dicunt & iſta ē tertia opy. & uera quod ꝓbare uſum. xxx. dieꝝ in anno ꝓdeſt ꝓpter duo. Primo quia illum qui eſt in quaſi poſſeſſione eūdi ſiue agat cōfeſſoria ſiue cōueniatur negatoria n̄ oporteret caueṙ de nō ipediēdo. Sed aduerſarius teneṫ cauere de non impediēdo uſqꝫ ad finitum iudicium negatorium. Secus ſi poſſideret & ageret uel cōueniret ꝓ ſuitute qa tūc cauet de non utēdo uſqꝫ ad finem iudicii ut. l. pe. ff. de aqua quoti. & eſti. Et dicit Bar. in. d. §. ii. ꝙ iſte ē uerus intellectus dicte. l. pe. que eſt difficilis. Secundo ꝓdeſt i alio quia ſi i extra iudiciū turbaṫ in utēdo nō ſolū pōt de facto reſiſtere ſed etiam i iudicio agiṫ hoc interdicto ut ꝓnuntieṫ euꝫ eſſe i quaſi poſſeſſione per hoc tamen non p̄ſumiṫ habere ſeruitutem ſi cadat a poſſeſſione & agat cōfeſſoria. Et iſtam opi. tēt ibi gl. magna i dicta. l. i. §. ii. ff. de iti. actuqꝫ pri. quam ſequitur ibi Bar. & cōmuniter doc.

Ex qua ſingulariter nota ſecunduꝫ Bar. ibi ꝙ etiaꝫ in quaſi poſſeſſione iuris habet locū illud quod diciṫ. Vim ui repelleṙ licet Et ideo ſi uniuerſitas ad capituluꝫ coadunatur ad aliquid faciēduꝫ & ibi eſſet aliquis q̄ nō eſſet de corpore illius capituli uel uni

uerſitatis & uellet omni modo ibi eſſe poſ
ſet licet p uniuerſitatem expelli quia ſbat
uniuerſitatem uel caplm in quaſi poſſeſſiõe
iuris in qua eſt. Secundo nõ. ꝙ in iſtis ſer
uitutibus corporalibꝰ que habẽt cauſã diſcõ
tinuam dicitur quis eſſe in quaſi poſſeſſione
ſi nullo mõ uſus eſſet tẽpore ſufficiẽti puta.
xxx. diebus ut dixi in. q. precedenti i fi. adeo
quod ſi turbas me poſſũ contra te reſiſtere
de facto ſed ſi eſſent quedam iura que non
requirunt uſũ niſi interpelatũ magno iter
uallo. Tũc dicit ibi Bar. ꝙ putat ſufficere
me poſſediſſe ſemel longo tempore retro
Exemplum in. l. fi. C. de ſerui. & intelligit
nunc ꝙ dicitur in hoc interdicto hoc anno
hoc eſt uno tempore quo requirit iſte uſus
ut iſto quiquẽnio uel decẽnio ul' ſil'i in elec
tiõe epi uel abbatis ſi aliquis. xxx. ãnis circa
eligit unũ epm certũ ſi mõ deberet eligere
impediretur ſufficeret enim docere quod
fui in quaſi poſſeſſione iuris elligendi in
proxima precedẽti electione quod ẽ notãdũ
Et de iſta materia quando quis dicatur eſſe
in quaſi poſſeſſione iurium incorporalium
uide per Inno. & doc. in. c. i. extra de cã poſ.
& proprie. Sunt etiã alie utilitates eſſe i
quaſi poſſeſſione iuris q̃ ponuntur i. l. ſicu-
ti. §. ſi queratur. ff. ſi ſerui. uẽdi. & ibi nõ. &
uide per Cy. i. l. ii. i quarta. q. C. de ſerui. & a-
qua Et pro declaratione p̃dictorum quero
q̃uo dñs poterit expellere eũ qui ẽ in quaſi
poſſeſſione iuris eundi p fundũ ſuũ Et glo.
in. l. i. §. ii. in prima glo. magna ante finẽ. ff.
d iti. actqꝫ priua. dicit ꝙ oportet ꝙ agat do
minus negatoria & probet illi ſeruitutem
nõ cõpetere alias nõ poſſet eum expellere
Sed dic̃ Bar. ꝙ hoc non eſt uerum Nõ eni hẽt
neceſſe probare dñs ſeruitutẽ nõ cõpetẽtẽ
ſed ſufficit ꝓbare ſe dominũ & tunc utẽti
negabitur facultas utendi ſeruitute niſi ꝓ-
bet eã ſibi competere ut. ff. ſi uſufruct. pe. l.
uti frui & ibi nõ. & l. ſicuti. §. ſi queratur. ff.
ſi ſer. uen. & habetur plene per Bar. in. l. ſi
prius. ff. de no. ope. nun. Sed tenendo opy.
glo. ꝙ dñs haberet neceſſe ꝓbare illi utẽti
ſeruitutem nõ cõpetere qualiter ꝓbabitur
dicit glo. ſinglr in dicta. l. i. §. ii. i glo. magna
in fi. ꝙ ꝓbabitur p teſtes qui ſtabãt ibi pro
pe q dicẽt ꝙ nõ fuit uiſus ire nec potuiſſet
ire q̃n uideret. que glo. ẽ multum notabilis
q̃a docet ꝓbare negatiuã & idem notat alia
glo. ſil'is i aũt. de here & fal. §. ſi uero abſum
in ṽ. & uidiſſe i fi. coll'a. i. & uide d'hoc do.
Anto. de butr. in. c. ex tenore ante finem pri
me col. extra de teſti. & ang. in. §. hinc nobiſ
in quarta col. in pri. in auten. de here. & fal.
Vel poteſt probari dicta negatiua p teſtes
alio mõ ſecundũ gl. in. d. §. ii. ſi quis dicit ſe
uidiſſe tali die uel mẽſe & probat p teſtes
ꝙ ſciuerit alibi fuiſſe illo tẽpore ut. l. opti-
mã. C. de cõtrahen. & coitem. ſtip. fac̃ quod
nõ. in. l. pancuiꝰ. §. rei ꝑduellionis. ff. de ac
qr. heredi. Et de iſta probatõe negatiue ha
bet in. l. actor. C. de proba. & in. c. bone me
morie ex̃ de elec. dicit tñ Dy. ꝙ ſequit bar.
i dicta. l. i. §. ii. ff. de iti. actuqꝫ priua. qd iſta
uidet eſſe dura probatio. Quid eni ſi por-
tat in carruca uel curru corpꝰ ita qd uide
ri ñ potuit. Vel ſi iuit tẽpore quo illi teſtes
erãt i domo ad comedẽdũ ul' & cetera. Cer
te nõ uideo dicit Dy. qual'r iſta probatio d'
qua dixi cõcludat Preterea iſta ꝓbatio nõ
cõcludit illi ſeruitutem nõ competere licet
concludat illũ nõ eſſe uſum ſeruitute niſi uel
let probare tanto tẽpore nõ eſſe uſum qd ſ
uitutem perdiderit.

Hactenus uiſum ẽ de ĩterdicto de itin. ac
tuqꝫ priua. quod competit illi q fuit p fun-
dũ alienũ anno p. xxx. dies ſi impedit l' ꝓ
hibet ire. Nũc uideamus de alio interdicto
de itinere actuqꝫ priuato reficiendo quod
cõpetit illi qui habuit ſeruientem itineris
ul' actus aut uie & uult reficere & ĩpeditur
ab aliquo reficere locũ illũ in quo iter ul' ac
tus aut uia ſibi debetur ne qs ĩpediat uel ꝓ
hibeat te uolẽte reficerẽ iter uel actũ aut uiã
ut. l. iii. §. ait pretor. ff. de iti. actuqꝫ priua. &
ad hoc ut iſtud ĩterdictũ ꝯpeteat mlta ſunt
neceſſaria. In primis eni reqritur ꝙ ali-
quis ſit uſus hoc anno ut. l. iii. §. ait p̃tor &.
§. ius autẽ. ff. d iti. actuqꝫ priua. Et intelligo
ꝑ ſ. xxx. diebus ſicut dicitur in interdicto p̃-
cedenti ar. l. i. §. ii. eo. ti. Et ita notat glo. in. d.
l. iii. in uer. hoc autem uſi ſunt. Roſ. tamen
in libellis ſuis in ti. ſi tu habes ſeruitutẽ uie
uel itineris uel actus & uis reficere locũ &
cetera. ṽ. ſed querit an iſtud interdictũ. te
ret cõtrariũ uidelicet ꝙ i primo interdicto
neceſſe habeo ꝓbare tñ uie uſum hoc ãno
ad minus p. xxx. dies ut ſuperius dixi Sed
iſto interdicto de itinere actuqꝫ priuato re
ficiẽdo debet ꝓbare uie uſum hº anno.

Secundũ reqritur ꝙ quis ſit uſus nõ ui
non clam nõ precario ut. d. §. ait pretor qd
declara ut dixi ſupra. ṽ. quarto principali
ter requiritur. Tertiũ. ſ. ꝙ ſit uſus iure ſ

uitutis uel pro iure ſuo ut.l.ſi.ff.de iti.actuqꝫ pri.& ibi Bar.hoc tenet qui dicit ꝙ etiaꝫ putat ſi quis diceret ſe habere ius eundi coherens pſone non ꝙ eſſet p̄dialis ſeruitutiſ haberet locũ hoc iterdictũ ut.l.i.§.illud ℣.precedet ibi etiã hoc notat Bar.ff.de aqua quoti.& eſti. Quartũ ꝙ ꝓbet ſibi ſeruitutẽ cõpetere ut dicta.l.iii.§.hoc autẽ & ibi oio uide glo.in ℣.& ei ſeruitutẽ cõpetere & ibi etiaꝫ Bar.Et in ohc differt a precedẽti interdicto in quo non requirit ꝙ ſeruitꝰ debeat uel.cõſtituta fuerit illi qui uſus eſt itinere uel actu ut dixi ſ.℣.tertiũ pricipaliter que & dicã ĩfra.itẽ quero i hoc interdicto cũ duobus ſequẽtibꝰ reqritur ꝙ habet uſũ illius itineris uel actus aut uie tãto tẽpore cuius non extat memoria ut.l.appar̃t.§.ſi quis ſeruitutẽ.ff.de iti.actuqꝫ priua.Nã dum dicit ibi textus longeue poſſeſſionis expone etiã longiſſime & talis cuius nõ extat memoria quia cũ ſeruitus itineris actus aut uie non habet cauſam cõtinuã ut nõ.in.l.ſeruitus.ff.de ſerui.Ideo tale tempus longiſſimũ neceſſariũ eſt ut illa ſeruitus acqratur ut ff.de aqua plu.ar.l.i.i fi.&.l.ii.&.iii.& nõ.per glo.& doct.in.d.l.ſeruitus Et iõ uult glo.in dicto.§.ſi quis ſeruitutis & Roſ.i dicto ti.ſi tu habes ſeruitutẽ uie & cetera niſi allegaretur titulus qa tunc ſufficeret lõgũ ẽtpus.x.uel.xx.ãnoꝝ ut notat glo.magª in fi i.d.l.ſeruitus & in dicto.§.ſi quis ſuitutis i.℣.longeue i fine de quo dic ut plene dixi in precedenti libro i.viii.q.principali.Si autem eſſet ſeruitus que haberet cauſaꝫ cõtinuã tũc quereret̃ longo tẽpore ut.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.uen.& nõ.in dicta.l.ſeruitus. Quintum requirit̃ ꝙ uolens reficere debeat cauere nomine damni infecti ꝓpter opus qd̾ uult facere in refectione ut dicta.l.iii.§.qui hoc interdicto. Sextum ꝙ reficiat aliquis uſqꝫ ad modũ conſuetũ ĩpoſite ſeruitutis ut.l.iii.§.hoc autẽ.uer.fieri autem poſt.ff.de iti.actuqꝫ priua.

Septimum ꝙ ĩpedtatur ille qui uult reficere ne reficiat uel apponat ea que ſũt neceſſaria ad reficiendum ut.l.ueteres eo.ti.

Octtauũ ꝙ ſi aliquis uult reficer̃ ñ ponat ea que ſunt neceſſaria ad reficiẽdũ lõgiore itinere uel ſi deteriorẽ cãm fũdi faceret tũc eni ĩpune poterit prohiberi ut dicta.l.ueteres.§.fi quod nota ſecũdũ Bar.ibi contra nũcios cois quibus debet ſolui pro itinere tm̃ pro quolibet miliari quia ſi ipſi fecerũt uiã longiorem ſibi ĩputent cur fecerunt ut ibi & .l.non tm̃.§.annus.ff.de excuſa.tu.& hoc uerũ niſi uia breuior nõ eſſet ſecura uel ſibi ſuſpecta ut.l.eos.§.ii.& ibi glo.ff.de fal. Et uide etiã de hoc per Bar.in.l.ii.C.de curſu publico li.xii.& nõ.in.l.imperator.ff.de appe.& uide que plene dixi in.l.iii.ĩ prin.ff.de ℣.ſig. Nonũ & ultimũ oportet ꝙ ille qui uult reficere portet ea q̃ ſunt neceſſaria ad reficiẽdũ p eaꝫ ptẽ agri per quam ſine maiori incommodo dñi fundi portari poſſunt Alioqui ĩpune ꝓhiberi poterit ut.l.apparet in prin.&.§.i.Et de predictis uide p Roſ.ſi tu habes ſeruitutẽ uie uel itineris & cetera i prin. Sed quero an iſtud ĩterdictũ de itinere actuqꝫ reficiẽdo ſit alid̾ a precedenti.ſ.de itinere actuqꝫ priuato Et ſic an ſint duo ĩterdicta uel unũ tm̃ ĩterdictum habẽs duo capita.Et uidet̃ ꝙ duo ſint ĩterdicta Nã uerba pretoris ſepatim ponũtur i primo & ſecundo ĩterdicto.Itẽ dicit.l.unde.§.hoc autẽ.ff.eo.ꝙ hoc interdictũ diſtat a ſuperiori ergo eſt aliud.Itẽ qa ĩ prĩo habeo neceſſe ꝓbare uie tm̃ uſum hoc ãno ad minus p.xxx.dies ut dixi ĩ p̃cedenti.q.principali ĩ fi.In iſto autẽ debeo ꝓbare uie uſum hoc ãno & debitã mihi ſeruientẽ.De quo dic ut dixi ſupra ℣.tercio &.℣.quarto Itẽ primũ competit pro poſſeſſione tantũ retinẽda iſtud interdictum ſecũdũ cõtinet cãm proprietatis quo damus ut.l.i.§.q̃dam de iti.actuqꝫ priua.& Bar.in.l.iii.§.hoc aũt in prin.eo.ti.Et ratio ẽ quia ſicut ñ ſufficit ĩ rei uẽdicatiõe probare me poſſediſſe niſi & probẽ me dñm.l.in reꝫ i pri.ff.de rei uẽ. Ita i hoc ĩterdicto nõ ſufficiat probare me poſſediſſe niſi etiam probẽ ſeruituteꝫ conſtitutã mihi ut dicto.§.hoc auteꝫ.Et ex his nõ.driam iter hec duo ĩterdicta. Alii uõ dicunt ꝙ unũ eſt interdictũ tm̃ habẽs duo capita & hoc uidet̃ tenere glo.in.dicto.§.hº autem in uer.& ei ſeruitutẽ cõpetere añ finem.Itẽ nota ꝙ hoc ſecunduꝫ caput.& hoc põt probari a ſimili ſicut & al's lex aquilia dicit̃ una habẽs duo capita primũ & tertiũ ut inſti.ad.l.aqui.§.iii.&.ff.ad.l.aqui.l.ii.Itẽ ſicut lex iulia dicit̃ una hẽt tñ quinqꝫ capita.ff.de li.& po.l.gallus.Et ſicut cõditio etiam dicitur unica habẽs duas partes ut.ff.de condi.& demõ.l.ex ſcriptura & hãc perteꝫ tãq̃ ultimã uidet̃ ſequi Roſ.i p̃allegato ti.uerſiculo quero an iſtud. Item quero in hoc ĩterdicto ſecũdo.Si habet quis neceſſe

probare ſeruitutem ſibi conſtitutã Dic ut dixi ſupra.℣.quartũ ꝙ probet in quo diffe rat cõfeſſoria & qd prodeſt iſtud intd ctũ interpretari Nam in confeſſoria ſil'r opõtet ꝙ quis probet ſeruitutem ſibi cõſtitutaꝫ uel inſtrumento ul' pactionibus aut ſtipulatio nibus ul' longo tempore uel longiſſimo cu ius non extat memoria ut habetur inſtitu. de ac.§.eque.& de ſerui.§.ſi.ff.ſi ſerui.uen. di.l.ii.&.l.ſi quis diuturno & habetur in.l. ſeruitutis.ff.de ſeruitu.Rñdeo hec eſt dria quia hoc interdictũ de itinere actuqꝫ priua to reficiẽdo competit tunc tm̃ quando quis uult reficere qui dicit ibi debitam ſuitutẽ Alias autem ſi quis prohibeat uolentem alio modo uti ſeruitute non habet locum hoc interdictũ ſed confeſſoria tm̃ Nã ſi no lebas uti ſeruitute & negabam te uolentem uti tu non habes interdictũ hoc ſed cõfeſſo riam tm̃ ut dixi Et ita confeſſoria eſt gen' quantũ ad hoc interdictũ de itinere actuqꝫ reficiendo quia ubicũqꝫ competit intdictũ competit & cõfeſſoria.Et ubicũqꝫ confeſſo ria datur interdictũ non competit ut patet ex premiſſis Interdũ aũt ſpecies eſt.Et ita ĩ tdictum locum habet tm̃ in ſuo domicilio ſilicet quando alias uult reficere ut dictum eſt .l.loci corpus.§.ſi quis mihi.ff.ſi ſerui.uẽ di.Item eſt alia differentia quia qui propo nit confeſſoriaꝫ ſufficit ſi probet ſeruitutẽ ſibi conſtitutã eſſe ut dixi.Sed q proponit hoc interdictũ duo probare oportet ſe uſũ hoc anno & ſeruitutem ſibi conſtitutaꝫ ut .l.iii.§.hoc autẽ .ff.de itin.actuqꝫ priua.Vn de dicit Rof.i.preallegato ti.ſi tu habes ſer uitutẽ uie & cetera.ꝙ credit non eſſe utile proponere interdictum de itinere actuqꝫ priuato niſi quãdo ſpecialiter uellet reficer̃ quia tunc proponere debet hoc iterdictum De quo tamen dic ut dicã i ſeqnti.q.ĩ fi.Iteꝫ eſt tertia differentia quia cõfeſſoria cõpetit ſiue aliquis poſſideat fundum ſiue nõ ut.ff. ſi uſufr.pe.l.uti frui.§.fi intdictum autem hoc non cõpetit niſi ei qui hoc anno uſus ẽ ut ſepe diximus.Alie etiã differẽtie colligi pñt ex his que dixi ſupra quot requirantur ad hoc ut iſta duo interdicta competant.

Vlterius quero quare in hoc interdicto eſt neceſſe probare iſta duo .ſ.ſe uſum hoc anno fuiſſe & ſeruitutem ſibi conſtitutam eſſe ut dixi in precedenti.q. nõne ſatis eſt ſi probet unũ tm̃.ſ.ſeruitutem ſibi cõſtitu tã eſſe quod uidet' ꝑ dictam.l.loci corpus .§.ſi quis mihi.ſi ſer.uẽn.& per.l.i.in.§.hoc autem & ibi ſin autem & ibi ius eſſe ſibi rẽ ficiendi.ff.de itin.actuqꝫ priua Glo. mouet iſtam.q.in.d.§.hoc auteꝫ & dicit ſi a primo icipias ſcilicet a poſſeſſione uel uſu duo ſũt neceſſaria probare te uſum hoc ãno & tibi competere ſeruitutem.Secus ſi ab altero in cipias ſcilicet a probatione proprietatis ui delicet ſeruitutem ꝯſtitutã eſſe Nã tũc illã probare tãtũ ſufficit ſicut alias dicit' nulla amittit' niſi corpus & animus iteruenian ut de ac.poſ.l.quẽad.ꝙ eſt uerũ ſi a corpore icipies.Secus ſi ab aĩo quia tũc ſufficit ſolus animus ut.l.iii.§.i amittẽda eo.ti.Item ſicut & alibi lex dicit docere debet actor ſuum ĩ tereſſe i actione ad exibẽdũ tẽpore litis cõ teſtate & nõ tẽpore ſentẽtie ꝙ eſt uerum ſi a tẽpore litis cõteſtate icipias.Secus ſi a tpe ſentẽtie quia tunc illud ſufficit ut.ff.ad exi ben.l.tigni.§.ulti.Simile etiam hẽtur i.l.po tuit.C.de iure deli.&.l.ſi liqueat.C.de i offi. do.& dicit Bar.in.d.§.hoc autẽ ꝙ iſtaꝫ opy. uidet' tenere oẽs doc.tñ ſecundum glo.ibi huic opinioni obſtat ꝙ dicit' in.d.§.hoc aũt ibi ceteri ſi deſit alterutrum deficit iterdic to.Sed expone ſecũdũ glo.alterutrũ pro al tero ſicut & alias.ff.de.l'.i.l.ſi ex toto.§.i.

Vel aliter poteſt dici.Et iſta eſt ſecunda opinio ſecundum glo.in.d.§.hoc uidelicꝫ ſi in confeſſoria prohibetur quis reficer̃ ſatis ẽ ſi probetur ſeruitutem competere agenti confeſſoria.Sed in hoc interdicto duo pro bari debẽt ut dictũ eſt Et iſtud placet bar. in dicto.§.hoc autẽ.Et hoc uidet' tenere gl. ibi & Rof.i loco preallegato q dicit ꝙ nihil ꝓdeſt i iudicio agere hoc iterdicto ſed tm̃ ĩ confeſſoria que miori onere ꝓbãdi ḡuat' quod intellige de iſto ſecundo interdicto ſeu ſecundo capite de iti.actuqꝫ refi.Secus ĩ primo quia in illo non requiritur qd̃ pro betur quod ſit ſeruitus conſtituta ut ſupra dixi.Vnde tu ſis cautus ut ſi impediaris r̃fi cere iter aut actum ul' uiam potius itentes cõfeſſoriã ꝗ interdictũ de iti actuqꝫ re.Vl timo quero quare in hoc interdicto ſi ꝓbo me eſſe in quaſi poſſeſſione uie itineris uel actus habeo neceſſe ꝓbare ꝙ ſit mihi iuito cõſtituta & quare nõ ſufficit ſola quaſi poſ ſeſſio cum & hoc alias i rebus corporalibus aliud quia ſi probo me poſſidere nõ habeo neceſſe aliud probare & niſi actor probet quod intendit poſſeſſio remanet apud me ut.l.ſi.ff.de rei uendi. & .l.ii.C. de proba.

cum ſy. Item quia hoc eſt in liberali cauſa q̄ eſt res fauorabilis.l.libertas.ff.de reg.iu. & pretor fauet libertatibus ut.l.iii.ff.de alie. iud.mu.cau ſa fa.&.§.i.inſti.de donati.& tamen ſi poſſideo aliquem ſeruum & ille dicat ſe liberum.non habet neceſſe probare ſe liberum nec ego habeo probare illū eſſe ſeruū cum ſufficiat mihi ſola poſſeſſio .C.de proba.l.& ſi poſſeſſione &.l.uis eius cū fauorabilior ſit cauſa pſonarꝫ quā rerū ut.l.ſancimus.C.de ſa.ſan.ec. Rn̄deo ſecundum Ro. in dicto ſuo libello ſi tu habes ſ̄uitutem uie & cetera que non eſt i ꝓmptu Nam qui ſeruitutem ſibi deberi contendit ſemper in alieno molit̄ & in re aliena itendit illam ſibi deberi alioquin ſi res eſſet ꝓpria ſeruitus peti non poſſit.l. uti frui.ff.ſi uſufr.pe. Vnde ex quo certum ē ꝙ ſeruitutē mihi aſſero in alieno neceſſe ē ꝙ debeaꝫ probare ꝙ mihi debeatur uel ꝑ ſtipulationē uel inſtrumētū uł lōgo tēpore aut longiſſimo ut dixi in precedenti libro.in viii. .q.principali Nam quodlibet predium preſumitur liberū niſi probet̄ ſ̄uitus ipoſita ut.l.altius.C de ſeruitu.& aqua At in rebuſ corporalib⁹ ſufficit mihi ſola poſſeſſio Naꝫ ſi poſſideo non habeo neceſſe aliquid ꝓbare cum de itentione actoris non cōſtet ut dicta.l.fi.C.de rei uendi.&.l.qui accuſar̄.C. de eden. Sed ſi cōſtaret de intentione actoris tūc prior haberet neceſſe probare qualiter illa eſſet ſua.ff.de rei uen.l. officiuꝫ Sed quādo dico ſeruitutē me quaſi poſſidere qa cōſtat de intētione aduerſarii.i.quod predium eſt ſuū neceſſe habeo ꝓbare ſ̄uitutem mihi cōſtitutā eſſe uel alio mō mihi debitā Et hic eſt cāus ubi quis poſſidēs ſupprimeret partem actoriſ ut inſti.de acti.i.§.eque. Item ire ꝑ fūdū alienū cuilibet liberū ē ꝓhibere tamē igredi uolētē poſſum & ſi igrediatur iniuriarꝫ tenetur Poſtquā tn̄ ingreſſ⁹ eſt illum ꝓhibere non poſſum prohibitione nō interueniēte ut.l.iniuriarꝫ.§.fi.ff.đ iniu. & inſti.de re.di.§.plane De quo dic ut dixi ſ i ꝟ.quero pe. Nec obſtat quod dixi de ſeruo ꝓclamāte quia ex hoc ſeru⁹ ē i poſſeſſione ſeruitutis & ꝓclamat i libertatē dicit ſe liberū & affirmatiuā ꝓponit Vnde merito debet ſe probare liberꝫ. In ſeruitutibus autē contra Si enim poſſideo & dn̄s p̄dii ſ̄uientis itentet negatoriam cōtra me ego ei cōtradicā ius eſſe mihi eundi agendi quia affirmatiā ꝓpono illā ꝓbare đbeo. Ideꝫ eſt in ſeruo Cū enim ſeru⁹ ꝓclamat in libertatem & ego nego ipſuꝫ eſſe liberꝫ qa ſimpľr factū nego nō debeo ꝓbare nec ſufficit mihi ſola poſſeſſio. Ille autē qui dicit ſe liberū cū affirmatiuā ponit tenet̄ ipſaꝫ ꝓbare & habet̄ i.l.ſi corpus.ff.de no.ope.nun.& in.§. equa inſti.de acti. Cetera circa iſtā materiam uide i ſuperiori li.in ti.de ſeruitu.iti. ſeu aditus & in ti.de aditu.ſeu itinere & q̄ dicam in ſequēti titulo.

## De Seruitutibus Actus ruſtica.

**d** E SECVNDA SERVITVTE ruſtica que actus dicit̄ nunc eſt uidendū. Actus ē ius agendi uł iumentum uel uehiculum.l.i.§.actus.ff de ſerui.ru.predi.&.§.actus inſti.eo. Et intelli ge agendi inducendi ad manus uel ante ſe uel ſubtus ſe. Et notat glo.in.d.iuribus ita ꝙ qui iter hēt actū non habet.qui actū habet & iter hēt.eaqꝫ uti pōt ſine iumento ut ibidem dicit̄. Sed contra hoc ultimū opponit̄ & uidet̄ ꝙ imo ille qui actū habet iter nō habet quia iter & actus ſunt diuerſe & ſeparate ſeruitutis ut patet ex earū diffinitione ut.l.loci corpus.§.i.ff.ſi ſerui. uen. & una pōt eſſe ſine alia ut ibi nec uia ineſt in alia ut.l.i.ff.de adi.le. Et adeo ſunt diuerſe iſte ſeruitutes iter & actus ut ſi primo petii iter & ſuccubui nihilominus actuꝫ petere potero ut.l.ſi iure.§.ſi qs iter.ff.de excep. rei iudi.& nō.glo.i.d.§.i.nec etiam ille qui hēt actū pōt habere ſeruitutē itineris quia tūc haberet duas ſeruitutes & una adēpta & altera remaneret.l.ſi edes mee in princi. .ff.de ſer.ur.predi. Quod tamen lex negat quia adēpto itinere ubi tenetur actus nihil amittit̄.ff.de adi.le.l.i. Ad hoc rn̄deo ſecundū gloſam in.d.l.i.ꝙ iter unum eſt ſeruituſ aliud quod non eſt ſeruitus ſed quedā commoditas q̄ ineſt in ſeruitute act⁹. Si q̄ritur de iſto ſecūdo itinere.ſ.q̄tū ad cōmoditatē & nō q̄tū ad ſeruitutem Et tunc qui actum habet iter habet ut nō.glo.i.l.i.§.actus .ff.de ſerui.ru.predi.& inſti.eo.§.actus & i .d.l.loci.corpus.§.i.ſi ſer.uen.& in.d.l.i.ff. de adi.le.& nō pōt ſecūdū gl.ibi iſta cōmoditas ſeperari ab actu. Et pōt eſſe ratio quia iſta ꝯmoditas itineris dicit̄ eſſe pars integ lis ad actum quia ex ꝯmoditate itineris & agēdi cōſtituitur actus ut.l.ſi pupilli.§.qui actus.ff.de op.no.ſecūdū glo.in.l.ſi nunc.§.

ſi quis iteꝝ.ff.de excep.rei iudi.& ita notat
Bar.in.l.qui uſumfructuꝫ ad ſi.ff.de uer.ob.
Dicit tñ notabilit̃ glo.in.d.l.loci corpus qđ
etiã quo ad conmodũ põt eſſe unũ idubitan
ter ſine alio ut quia ſic in cõſtituenda ſerui
tute ſit actum uel ſolus tm̃ iret uel con ſocio
uel cum equo uel uehicl'o tãtũ. Pro hoc tex.
in.l.modum in.prin.ff.de ſerui. Si uero lo
quimur de primo itinere quod eſt ſeruitus
& iſtud non continet̃ ſub ſeruitute actus
ymo tunc ſunt due diuerſe ſeruitutes & pa
ries ſeperatus & ita loquũtur ꝯtraria. Vi
dimus dionem ſeruitutis actus Nũc ſecũdo
loco declaremus in quo differant & cõueni
ant actus & iter Et breuiter in hoc drñt Nã
iter eſt quo quis pedes uel eques cõmeare
poteſt Actus uero ubi etiã armenta trahere
& uehiculum ducere liceat ut.l.iter actus.ff.
de ſer.ru.predio Et expone armenta ut ſũt
boues ut.l.boues in prin.de uer.ſig.&.l.ſer.
uus legatus.§.armẽto.ff.de le.iii. Sed alias
habetur in littera armenta Et glo.ibi expo-
nit.i.inſtrumẽta agroꝝ. Vnde ex hoc no
ta ꝙ qui habet iter nõ põt ducere iſtrumẽta
agroꝝ Sed ſi habet actum ſic Et itelligo tra
hendo ipa inſtrumẽta ꝑ terrã alias nõ hẽt
dubiũ imo dũ loquitur ibi de actu dũ dicit
& armẽta nihil operaret̃ contra.l.ſi quañ
de le.i.cũ ſy. Item ẽ alia dria quia qui hẽt
iter non põt plauſtrũ ſeu uehiculũ durere
uel iumẽtũ ante ſe uel poſt ſe.Sed ille qui
hẽt actũ bene põt.l.qui ſella in prin.ff.de
ſerui ru. & probatur in.l.i.§.i.eo.ti.& inſti.
e.§.i.Et intellige đ iumẽtis & armẽtis ymo
ille qui hẽt actũ nedũ põt ſecum ducere bo
ues ſed etiam equos & equas aut mulos one
ratos ſecundum do.Pau.in.d.l. inter actus i
fi. Conueniũt autẽ in hoc iter & actus qa
qui habet iter uel actum non põt trahere
lapidem aut tignũ per terrã nec in eis ha-
ſtã rectã ferre licet quia neq; eũdi neq; agẽ
di gratia id facerẽt.et poſſent fructus ledi
ut dicta.l.qui ſella in prin.Et ideo licet poſ
ſibile ſit quod frumenta non ledãt̃ Inferre
tñ haſtam rectã non pñt quia inſpicitur ꝙ
euenire põt ut nõ.glo.Secus eſt in illo qui
habet ſeruitutem uie quia & trahendi lapi
dẽ aut tignũ & rectã haſtã ferendi ius hẽt
ſi modo fructus non ledat ut dicta.l.qui ſel
la.§.i.Poteſt tamẽ modus adiici in ſeruitute
actus puta quo genere uehiculi agatur uel
non agatur ueluti cũ equo dũtaxat l' certuꝫ
pond' ueat̃ l' certa res portetur ut.l.modũ

ff.de ſerui.&.l.ſi cui in prin.ff.queãd.ſerui.
amit. Que aũt ſit dria inter actũ & uiaꝫ
uide per glo.inſti.de ſerui.§.uia & in.l.i.§.i.
ff.de ſer.ru.predi.& dicetur in ti. ſequenti
circa prin. Tertio uideamus quanta lati
tudo actus eſſe debeat Et dicendum eſt aut
latitudo nõ ẽ demonſtrata quia de ea nihil
eſt dictũ & tunc arbitrio iudicis ſtatuenda
eſt ut.l.certo generi.§.latitudo.ff.de ſer.ru.
predi.Ex quo patet ꝙ ſi latitudo actus non
deſignata deſignatur per iudicem non per
.l.ꝙ ſecus eſt in uia &.l.uie latitudo eo.ti.đ
quo dicam in ſequẽti ti.circa prin. Quib'
adde que dixi.ſ.ti. proximo ℞ſi.item q̃ro
quanta debet eſſe latitudo itineris & uer.p̃
cedenti. Sed quid ſi tam anguſti loci de-
monſtrationis facta ſeruitus actus conceſſa
eſt ut neq; uehiculum neq; iumentum per
illum locum perducere poſſit an erit actus
uel iter & uidet̃ ꝙ non ſit iter quia illud ñ
fuit cõceſſum.Item nec actus quia eſt cõtra
naturam illius ſeruitutis ut.l.inter actus.ff
de ſer.ru.pre.Vnde dicitur ei illud.Quod
potui nolui ꝙ uolui adiplere nequiui ut.l.
multum intereſt.C.ſi quis alter.uel ſi.& i.c.
cum ſup abbatia extra de of.dele. cum ſy.
Dic ꝙ debet̃ iter & non actus ut eſt caſus
in.l.ſi tam anguſti.ff.de ſerui.de quo dic ut
ibi ꝑ doc.& plenius in ti.de ſeruitu.uie &
in ti.ſequẽti. Quarto principaliter q̃ro
An hñs ſeruitutẽ actus in fundo poſſit age
re.i.uti ſeruitute actus per quamlibet eius
partem & aliquando per unã aliquando ꝑ
aliam dic ut habet̃ in.l.ſi certo generi.§.ſi
totus.ff.de ſer.ru.pre.& ut plene dixi in ti.
precedenti ℞.quero nũquid habẽs ſerui-
tutem itineris.Item ad quem ſpectet elec-
tio actus qñ ſine ulla loci determinatione
conſtituit̃ an ad cõſtituentẽ & eius heredẽ
an illi cui ſeruitus actus eſt conſtituta.Vi-
de que dixi in precedenti libro in nona.q.
principali & in titulo precedenti ℞.quero
etiam quid ſi legatõ. Quinto quero qđ
ſi per certũ locũ quis actũ alicui ceſſerit an
poſſit poſtea uel pluribus per eundẽ locũ
actũ cedere Dic regl'r ꝙ ſic ꝑ.l.qui ꝑ certũ
.ff.cõia predi.& per.l.ii.§.i.ff.de ſer.ru.ꝑdi.
& per.l.lucio.ff.de aqua quoti.& eſti.quod
declara ut dixi in ti. precedẽti.℞.q̃ro circa
predicta. Sexto quero circa amiſſionem
ſeruitutis actus uni actus debebatur ut ue
hicul'.triũ geneꝝ utetur & alio gener̃ fuit
uſus uel ſi amplius quam licuerit uexerit

uel ſi latiore actu uſus ſit aut ſi plura iumē
ta egerit q̄ licuerit An per hoc ſeruitutem
amiſerit Dicas ꝙ non Et idē in ſimilibus i
quibus quis plus facit q̄ ei licuit nō tñ ꝑꝑ
hoc eis plus conceditur q̄ pactū ē i ſeruitu-
te haberī ut.l.ſi cui in pri.ff.quēad.ſer.amit.
Item ſi fundus debet ſeruitutem act⁹ & po
ſtea ui flumis occupatus ē & poſtea alluuio
ne reſtitutus an ſeruitus amiſſa in priſti-
num ſtatuꝫ reſtituatur uide.l.locus in pri.
ff.quēad.ſerui.uē.& quod late ſcripſi i ti.ꝓ
cedēti ☧.Itē nota ꝙ ſi fūd⁹ itē loc⁹ dbēs ſui
tutē actus ē aquis iundatus an teneatur do-
minus fundi pati ꝙ poſſit ille cui ſeruitus
debetur agere in alia parte fundi Vide qd'
plene ſcripſi i ſuitute ꝓcedēti ☧. ſed quid
ſi loc⁹ debēs ſeruitutē. Cetera circa iſtaꝫ
materiā uide que dixi i ti.ꝓcedenti qa mul
ta contraria ſunt inter iter & actum ut ibi
patere pōt & uide etiā q̄ dicētur i ti. ſeqnti
ubi plura q̄ dicētur de uia couenient huic
ſeruituti.

De ſeruitute Vie ꝛ̄ca.

IA EST TERTIA SER-
u uitus ruſtica que ſic diffinitur Via
eſt ius eundi agēdi & ambulandi
ut.l.i.§.uia.ff.de ſer.ru.predi.& inſti.de ſer.
§.uia que uerba declara ut dixi in duobus
titulis ꝓcedentibus in prin.& iter & actus
uia in ſe continet ut dicitur in dictis iurib⁹
Et licet ſint tres ſeruitutes diuerſe ſeperate
tñ uia continet in ſe iter & actum cū como
ditate qd declara ut dixi de actu ꝯtinēte in
ſe iſ i ti.ꝓcedēti circa pri.Et ex hoc uidetur
īferri ꝙ nihil pl⁹ iueniat' i uia q̄ i actu & ſic
nulla ſit iter iſtas ſuitutes dria.Tu tñ dicas
ꝯtrariū uideliꝫ ꝙ imo ſūt aliq̄ drie & ꝙ pl⁹
iuenitur i uia q̄ in actu Prima dria ē qa qui
hēt uiā pōt trahere trabē & lapides & rec-
tā ferre haſtā q̄ non ꝑmittūtur habēti actū
ut.l.qui ſellā.§.i.&.§.uiā.ff.de ſer.ru.pre. &
uide que dixi in ti.ꝓcedēti i.ii.q.principali
ante fi.Secunda dria eſt Si uie latitudo nō
fuit deſignata ꝑ ꝑtes tūc tāq̄ incerta nō ē i
actu ut.l.uie latitudo &.l.uia cōſtitui i pri.
&.l. cetto generi.§. latitudo.ff.de ſerui.ru.
pre & uoluit glo.i.l.i.§.uia eo.ti.& inſti eo.
§.uia. Pro plena declaratione autem hu
ius materie quia uidimus quid ſit uia Q ue
ro primo quid ſit ſtrata & dic ꝙ eſt uia ma
tonata lapidibus uiuis uel coppis ut.l.i.§.
uiam .ff. de uia pub. & iti. pub. ſtu. Et
ibi hoc nō.Bar.qui dicit ꝙ in ciuitate Peru
ſii appellat' uia regalis uel cōſularis.& ſic ē
dria iter uiā & ſtratā ut ꝓbat' i.l.abſit.C.de
ꝑui.uie.augu.li.xi.& ibi hoc etiā notat bar.
qui dicit iſtud eſſe utile ad ſtatutū dicēs ꝙ
ꝯmittēs maleficiū i ſtrata pena dupli puni
atur.Nam ſi accuſator dicit maleficius eſſe
cōmiſſum in uia non concludit penam de
bere duplicari ut.l.i.§. docere.ff.ui.bo.rap-
to.quod nota. Q uero ſecūdo q̄ ſit uie la
titudo qn̄ ſeruitus uie ꝑmiſſa ē Dic qd' aut
cōſtituēs ſeruitutē deſignauit eius latitudi
nē & illa erit & poterit cōſtituere ꝙ ſit lati
or.viii.pedib⁹ & anguſtior dūmō eā latitu
dinē habeat qua uehiculū ire poſſit alioq̄n
iter erit nō uia ut.l.uia cōſtitui i prin.ff. de
ſerui.ru.predi.&.l.certo generi.§. latitudo
☧.i uia aliud eo.ti.&.l.ſi tam anguſti.C.de
ſerui.& uide que dixi i ti.precedēti ſꝫ qd ſi
tā anguſti.Aut nulla latitudo per ꝯſtituen
tē ſeruitutē deſignata ē & tūc per.l.deſigna
t' qm̄ uie latitudo ex.xii.tab.i porrectū.l.di
rectū.viii.pedes hēt i anfractū.i.ubi flexus
ē i angulis ut.l.uie latitudo.ff. de ſerui.ru.
predi.& notat glo.inſti.eo.§.uia. Pes uero
ē mēſura ſecūdū yſidorū q̄ debet ītelligi i
dubie ſpacio.v.digitorū ut ē gloſa notabiliſ
i.xvii.q.iiii.ſicut antiquitus & notat Bal.in
.l.i.ff.ſi quis cau.& ibi ꝑ doc.& Albertū de
Ro.in.l.ii.circa prin.C.de his qui ad ec.con
fu.& ſali.in.l.i.in antepe.q.C.de interdic.&
dixi i.l.iii.in prin.ff.de iterdic.ubi poſui de
multis generibus mēſuraꝝ & pōdeꝝ.Et ibi
dixi ꝙ digitus ē minima ꝑs agreſtiū mēſu
rarū & ꝙ uncia habet tres digitos dic ut ibi
Q uero tertio q̄ ſit aut eſſe debeat latitudo
uie uel ſtrate in qua ſeruitus nō debet' Dic
aut ē uia priuata unius quod pōt eſſe ut.l.
.ii.§.uia publica.ff.ne quid in lo.publico et
iſta erit ꝑ uolūtatē dn̄i quia in re ſua quili
bet ē moderator & arbiter.l.in re mandata
.C.man.Aut ē publica & tunc debet eſſe ſe
cūdū cōſuetudinē uel ſtatuta loci ut.l.i.cuꝫ
glo.&.l.an in totū.C.de edifi.priua.&.l.ii.i
pri.cū glo.i ☧.l.i.ne qd i lo.pub.fac glo.in
.l.qui luminibus.ff.de ſerui.ur.pre.Aut nul-
la apparet cōſuetudo & tunc aut dn̄s ciuita
tis uel populus uel eā regentes uolūt ſtatu
ere latitudinē uiarū & pn̄t ut.l.ꝓhibere.§.
plane.ff.quod ui aut clam al's in dubio ſtan
dū ē determinationi actoris.l. uie latitudo
.ff.de ſer.ru.predi.& adde predictis ꝙ licet
pertineat ad ꝺcorē ciuitatis ut uie & ſtrate

ſint latiores & ample tñ qñqꝫ deterius ē ut probatur i.l.i.§.uiam ibi latiorem.ff.de uia publ.fr.& ibi hoc uult Bar.& ſubdit quod ipſe uidit inciuitate cali.cũ ibi eſſent multe uie āple impoſita fuit neceſſitas hominibꝰ circũ habitantibus ocupandi & reſtringendi eas.Ratio quia quando tranſitus erat in ciuitate ꝓpter nimiam latitudinem ciuitas redebatur debilior ad defendenedũ eam Et propterea dico ꝙ ciuitas Ianue reputatꝛ fō tior ex eo quod habet uias & ſtratas ualde ſtrictas. Q uero quarto qñ dicatur una ſeruitus uel plures & quomodo cognoſcatur Hoc ordinarie examiatur plene in.l.naꝫ quis.§.i.in.glo.magna.ff.de ſerui. ru. predi Tu aũt in hoc ſic diſtingue per tres caſus principales Q uandoqꝫ debetur ſeruitꝰ ab uno uni Q uandoqꝫ ab uno pluribꝰ Q uādoqꝫ a pluribus uni.Primo caſu quando debetur ſeruitus ab uno fundo uni alteri tãtũ fundo Tunc ſubdiſtingue Aut iſti.fundi remanent deſperſi indiuiſi & non habꝫ dubiũ ꝙ eſt unica ſeruitus actiue & paſſiue ut patebit ex his que ibi dicentur Aut fundus debēs ſeruitutem eſt diuiſus per dñm Et tunc ubi prius erat una tm̃ ſeruitus uie nũc erunt due ut.l.uie.ff.de ſerui.& no.ꝑ gl.in.d.l.nã ſatis.§.i.in ver.debita facit.l.uia conſtitui.§.quēcũqꝫ.ff.de ſerui.ruſ.pre.licꝫ in contrariũ faciat dicta.l.una ē uia Cuius itelligentiã dicam in tercio caſu principali Aut fundus ille cui ſeruitus debetur diuiditur in duos puta religionibus uel quia dominus uendit unã eius partē & idem quia illa que erat prius ab inicio uia tm̃ ſuitutis nũc ſpãgitur in duas ut.l.uia cōſtitui.§.q̄cũqꝫ nec potuit queri qui prius unã nũc autē plures ſeruitutes debet qa in alio releuatꝛ Nã ante diuiſionē uel uenditionē ꝑtis etiã ꝑ unã ꝑtem ſeruitus retinebatur ut dicta .l.nã ſatis.§.i.in pri.& dicta l.una ē uia qđ nō ē poſt diuiſionē uel uenditionē partis fundi dominãtis ꝙ ñ utēdo ꝑte una diuiſa uel alia ultimo tempore illa amittitꝛ nec ꝑ aliã partē qua uſus ē ſeruitus retinetur ex quo ſũt effecte plures ſuitutes uie Et per hoc allego glo.in dicta.l.nã ſatis.§.i.in glo. magna circa prin.ver.ſi autē diuiſerũt fũdũ dominãtem. Secũdo caſu principali qñ debetur ſeruitus ab uno pluribus Tũc ſubdiſtingue Aut hi plures diuiſerũt oēm fũdũ dñantē aut nō diuiſerũt Una ē ſuitus cũ uni tm̃ ꝑ̄dio & ab uno tm̃ debita ſit ut dixi ſupra ī primo caſu ī prin. & lꝫ fundus dñans ſit pluriũ dñoꝝ tñ ex quo ē īdiuiſus dicetꝛ unus & nō plures & magis cōſideratur cōdicto fũdi qui unicus eſt q̄ pluralitas dñoꝝ quia ſeruitus nō debetꝛ ꝑſonis dñoꝝ ſed ip̄i fũdo ut eſt tex.i.l.ii.§.i.ſi ſerui.uēdi. & in.l.unus ex ſociis.ff. de ſer.ruſ.predi.Si uero diuiſerũt fũdum dñantem tũc illa ſeruitus que erat prius una ab initio ſpargitꝛ ī duas ut dicta.l.uia conſtitui.§.quecũqꝫ de ſerui.ru. predi.& l.uie.ff.de ſeruitu. & ita notat glo.magna circa prin.q̄ ſubdit ꝙ dominꝰ predii ſeruiētis nō poterit de hꝰ q̄ri quia ī alio releuatꝛ iuxta.l.eũ qui in prin.ff. de iure iu.Nam ante diuiſionē etiã ꝑ unuꝫ ſociũ ſeruitus retinebatꝛ ut.d.l.nã ſatis.§.i.ī prin.ī ver.amiſeris.Sed poſt diuiſioneꝫ retinetꝛ ſed unuſqſqꝫ ſibi uſurpat & deperdit. Et hoc uult etiam glo in.d.uer.amiſeris.Et idē multo magis dicēdũ ē ꝙ debetꝛ ſeruituſ ab uno fũdo pluribus ab inicio diuiſis tp̄re cōſtitute ſeruitutis ut.l.ſi edes mee in prin. .ff.de ſerui.ur.predi.Et idē qñ fundi dñantes erũt diuiſi & eiuſdē domini eadeꝫ rōne Ex quo nota ꝙ ad pluralitatē fundoruꝫ dominãtiũ plures reſultãt ſeruitutes etiam ſi unus tm̃ fundus pluribus ſeruiat ut ibi & hoc etiã nō.d.Pau.in.l.una ē uia de ſerui.ruſti.predi. Tertio caſu pricipali qñ debetur ſeruitus a pluribus uni.Tunc etiaꝫ ſubdiſtingue Aut plures dñi fundi ſeruientis nō diuiſerũt ſuũ fundũ ſeruiētē & erit una tm̃ ſeruitus ut dixi ī caſu p̄cedenti & nō.gl. magna ī.d.l.nã ſatis.§.i.Aut diuiſerunt. & tũc aut diuiſerũt ꝑ lōgitudinē aut ꝑ latitudinē ſecũdum glo.ī dicta.l.nã ſatis.§.i.Quãdo totius lōgitudis uie unuſqſqꝫ dominoꝝ fundi ſeruiētis partē habeat a pricipio uſqꝫ ad finē ita ꝙ ueiat uſqꝫ ad fũdũ dñantis per latitudinē tũc dicitꝛ fieri diuiſio qñ unꝰ ſolꝰ uiam ſolidã hēt paſſiue uſqꝫ ad certũ terminũ equalr̄ ul̄ iequalitꝛ poſitũ & alꝛ ab eo uſqꝫ ī finē ita ꝙ ꝑ unum tm̃ ex eis ſic dimiſit imediate ꝑueniri ad fũdum dominantis & iſtud teneas lꝫ glo.ī.d.l.nã ſatis.§.i.ponat ēt aliã opinionē q̄ ī effectu ē eadē ſed non ita clara.Prio cãu quãdo plures domini eiuſdē fũdi ſeruiētis diuiſerũt fũdũ ſeruiētē per lōgitudinē.Et tũc ſubdiſtigue qa aut ſeruitus debebatꝛ ab illo fũdo cōi nũc diuiſio & terra & deteriata parte illius fundi. Aut indeteriata ita ꝙ per quamlibet partē fundi ire poſſit & eam partem uetere quia actum ſit

ut poſſit ire modo per unã partez mõ per
aliã ſi ſeruitus debebat̃ i certa & determiã
ta parte fũdi Et tunc dic ſecũdũ gl.i.d.l.naz
ſatis .§.1.Quod tãtũ ſpacii eſt in cuiuſ libet
predio ꝙ ſufficiebat ad uiã & erũt due ſer-
uitutes peride ac ſi i duobus fũdis cõſtitute
eſſent ab initio. Aut nõ ẽ tm̃ ſpacii & tunc
una tm̃ ſeruitus remanebit. Sed mihi uide-
t̃ ꝙ hoc nõ ſit benedictũ qñ tm̃ ſpacii reli-
quit̃ i cuiꝰlibet ꝑdio ꝙ ſufficiat ad uiã nam
tũc nõ pñt eſſe due ſeruitutes uie ſꝫ una tã
tũ quia ſi ſeruitꝰ ẽ conſtituta in terra det-
minata pte fũdi cois duoꝝ & pluriũ & po-
ſtea diuiditur ille fũdus Si illa ps i qua ẽ cõ
ſtituta ſuitus remanet i una parte fũdi aſ-
ſignata uni ex dñis illa ps fũdi ſola dꝫ ſui-
tutẽ & cetere partes debẽt eſſe libere cũ ꝑ
illas ptes fũdi ẽt dũ eſſet cois nõ poſſit ire
qa libere erãt ut ẽ tex.i.l.certo generi.§.ſi to
tus ꝯ.ac ſi iter .ff.de ſerui ur.pre. Aut ſer-
uitꝰ debebat̃ muro cõi ita ut per quãlibet
partẽ fundi uiã haberet & ut ẽt uertere poſ
ſet nõ facta diuiſione eũdo ꝑ unã partẽ re
tinet ſuitutẽ i oibꝰ partibꝰ cũ nõ facta ſit
diuiſio ſũt due Et peride obſuat̃ ac ſi i duo
bꝰ fũdis a principio due ſeruitutes eſſent
cõſtitute Ideoqꝫ põt altera amitti tpre alta
uſurpari nec lugeat rus cui ſuitus debebat̃
ꝙ facto duoꝝ fundi ſeruiẽtis cõditio ſua ſit
facta d'terior ꝯ priꝰ.i.añ diuiſionẽ una pte
utendo totius fundi retinet ſeruitutem qa
hoc ei cõmodũ deuenit ut duas nunc habe-
at uias & eaꝝ cõmoditatẽ Ita dicit glo. ma-
gna i.d.l.nã ſatis.§.1.in fi.Pro hoc facit ille
.§.1.circa prin.ibi nec fit ulla iiuria ut.l.eum
q in prin.ff.de iure iu.& qd' dixi ẽt in prio
& ſecundo caſu pricipali. Secundo caſu
qñ plureſ dñi eiuſdẽ fũdi ſuiẽtis diuiſerũt
ipm per latitutidẽ & tunc remanet una tã
tum ſuitꝰ ſicut ſi a pricipio cõſtituta eſſet
ſeruitꝰ uni fundo per plures fundos conti-
nuos ita ut unus tm̃ eoꝝ ſit cõtiguꝰ dñanti
& alii ſint adiuicẽ cõtigui iuxta.l.tria pre-
dia .ff.de ſer.ru.pre. Nã hoc caſu una tm̃ eſ
ſet ſeruitus q̃ debet̃ uni fundo lꝫ ꝑ plures
fundos eo mõ ut dictũ eſt debeat̃ .Et iſte ẽ
cãus quẽ ita itelligo i.l.una ẽ uia e.ti. Et hoc
itelligo ſiue ſuitus ſit cõſtituta i his duobus
caſibꝰ ꝓximis i una certa pte ſiue idetiata
ita ꝙ poſſit uariari Et rõ diuerſitatis qrit̃
qñ fit diuiſio ꝑ latitutudinẽ ẽ una tm̃ i uia
& qñ fit per longitudinẽ ſunt plures & qa
qñ per latitudinẽ fit diuiſio i certa pte que

ꝓxima eſſꝫ fundo cui ſeruitꝰ debebat̃ non
põt eſſe ſeruitꝰ niſi eſſet etiã i ſequẽti. Naz
i ruſticis ꝑdiis mediũ prediũ ipetit ſeruitu
tem.l.qui ſella.§.fi.ff.de ſerui.ru.predi. Ido
qꝫ unũ ius ſine altero eſſe nõ põt merito i
unũ corpus & aiam creantur. Vbi uõ lõgi-
tudine facta ẽ diuiſio nullũ medium ꝑdiũ
impedit ſeruitutẽ & i una parte põt conſi-
ſtere ſeruitus etiam ſi nõ ſit i altera Iõ duo
merito appellari pñt ſecũdũ glo.in.d.l.naz
ſatis.§.1. poſt mediuz.ff.queãd.ſer.amit. Et
ꝑ hec habetur clare qũo poſſit cognoſci an
una tãtũ ſit uia ſeu ſeruitus uie an uõ due
uel plures quod bene nõ.quia ẽ multũ uti-
le hoc ſcire. Vtilitas autẽ huius iueſtiga
tionis ẽ multiplex. Prima qa ſi ẽ unica tm̃
ſeruitus põt ꝓ parte utendo tota retineri.
& nõ põt i una tm̃ parte ꝑſcribi. Sed ſi due
ſunt & una nõ utimur illã perdimus & ñ
aliaz & ſic una tm̃ põt preſcribi ſine altera
ut.l.una eſt uia.ff.de ſer.ru.pre.&.d.l.nam
ſatis.§.1.in prin.& ibi etiam nõ.per gl. Ali
qñ tamen fallit iſta regula ꝙ per partẽ tota
ſeruitus retineat̃ quia i quibuſdaz iuribus
eꝑalibꝰ põt preſcribi ita ꝙ ñ preſcribatur i
aliis ut i.c.dilectus i fi.extra de cape.mo. &
uide.gl.in uerbo & hiſtoria.& ꝙ ibi nõt̃.i
.c.auditis extra de preſcrip. Item ẽ utile
ꝓpter iterruptionẽ quia ſi ſunt due uie int̃
ruptio facta i una nõ extendit̃ ad aliã. Item
põt eſſe utile ſi ex forma ſtatuti deberet ſol
ui certa gabella pro qualibꝫ ſuitute uia ac-
quiſita quia ſi eſſent due duplicaret̃ gabel
la .Itẽ poteſt eſſe alia utilitas quia ſi ſtatu-
tuꝫ diſponit ꝙ quicũqꝫ ierit ꝑ fũdũ alterꝰ
cũ plauſtro uel curru debeat pro qualibꝫ ui
ce condempnari i decẽ libras. Nam ſi quis
iuerit ꝯ plauſtro per plura predia cõtinua
per latitudinẽ primo ex trãſuerſo dicẽtur
tm̃ ſemel fuiſſe & una tm̃ pena.x. librarũꝫ
dꝫ condempnari quia una tm̃ eſt uia quiꝫ
ſemꝑ ad h̃ ꝯſueui allẽgare. Secꝰ ſi iuiſſꝫ ꝑ plu
ra predia nõ ex trãſuerſo ſꝫ icipiẽdo a capi
te eoꝝ ſic per longitudinem quia tũc quot
ſunt predia totiẽs reputat̃ fuiſſe & dꝫ pẽa
multiplicari ſecundum numeꝝ prediorũꝫ
quod ſinglr nota & perpetuo tene menti.
Quero quinto in quo loco dicat̃ eſſe ca
put uie & finis & mediũ & latera. De capi
te dic quod dicit̃ ille locus per quẽ in illam
uiam igredimur Iuxta illud In capite libri
ſciptuꝫ ẽ de uie. Appellat enim caput libri
illã partẽ per quã ad ipꝫ librũ legẽdũ igre-

dimur Adde quod nō.ff.ſo.ma. ſuper rubrica ubi nō.ꝙ non eſt caput libri ut.ff.ad.l.fal. .l.querebatur ſuper illo uerbo tres partes facit etiā.l.prediis.§.balneas.ff.de fun.iſtru. &.l.ꝯclaue.ff.de dāp.īfec.Sꝫ ſi cōtingeret ꝙ per oēs partes ipius eſſet igreſſꝰ tūc caput illud & pricipiū deberet dici quod ē uerſꝰ meridiē Pes uero qui eſt uerſꝰ ſeptentrionem ſecundum Bar.in tractatu de inſula i ※ſi.quod mediam partem fluminis tenet ubi plene examinat quando dicatur caput & finis fluminis & eccleſie & aule ſcole & prouincie & ſimiliū ubi omnino uide & uide oio plene per Bal.in rubrica.ff.de rerum di.in xi.col.in uerbo & eſt notandum quod agri Vel etiam dic ꝙ ſi eſt una ſoperior ibi dicitur caput pars inferior dicitur pes & finis ſecūdū Bar.i dicto tractatu ※.ꝙ ſi uno latere ubi ḋclarat que dicatur pars ſuperiō & inferior Et predicta ſunt uera niſi ex cōſuetudine loquendi & intelligendi aliter itelligeretur ar.l.i.§.i.ff.ne quid in flu. pub. cōiuncta.l.librorꝫ .§.ꝙ tamen caſſius de le. iii.&.l.labeo & quod ibi uoluit Bar.ff.de fi. inſtr. Dic ꝙ ille locus dicitur finis uie per quem eximus uel qui eſt iferior uel uerſus ſeptētrionē uel ſecundum ꝯſuetudinē ꝑdicta.Itē dicit̄ finis uie qn̄ itrat i aliū locū puta plateā uel aliū ſimilem ut ꝓbatur i.l.ſui.ff. de loco & iti.pub.ibi exitū ad mare aut in urbē aut i flumina pub aut ad aliā uiā militarē hn̄t & cetera & ibi hoc uoluit Bar.i.l.fi. .ff.de ſerui.ru.predi.& ibi ēt Bar. & iō dixit Bar.in dicta.l.fi.de iti.pub.ꝙ habuit q̄ſtionē de facto uidelꝫ iuxta plateā deſtruit̄ aliquod edificiū auctoritate publica an platea āplietur & utrū uia que eſt iuxta illud edificiū deſtructū deſinat eſſe & incipiat eſſe platea an remaneat uia ſicut erat primo Et hoc queritur ꝓpter ſtatuta q̄ dicūt ꝙ in platea pena duplicet̄ dicit Bar.ꝙ illa incipit ēē platea Nam ſtatiꝫ ꝙ illa uia itrat plateā finitur & dicit ꝙ ita bis de facto iudicauit.Idē dicit ꝙ.d.l.fi.ff.de ſui.ru.pre.ꝙ iſta q̄ſtio fuit Tuderti tp̄re pape Bn̄dicti qn̄ fuit deſtructa q̄dā eccleſia q̄ habebat iuxta ſecūdā ſtratā de iſta eccleſia facta ē platea ꝯmiſſum fuit maleficiū i illa ſtrata querebat̄ an deberet puniri tāq̄ cōmiſſum i ſtrata an tāq̄ cōmiſſum in platea & dicit ꝙ allegauit d.l.fi.&.ff.de iti.pub.l.fi.& dicebat ꝑ illa iura ꝙ ſtatim cū ſtrata itrat plateā finit̄ & n̄ appellat̄ āpliꝰ ſtrata ſed cōfūdit̄ ꝯ platea

& ita etiam occurrit ipſis. De media uia dic ꝙ mediū uie pōt cōſiderari duobꝰ modis.Vno modo per longitudinē uie et tunc medium dicit̄ una linea diuiſibilis que ducatur a medio capitis uie uſqꝫ ad mediuꝫ finis eiuſdem uie ducēdo lineā ſemper itaqꝫ equaliter diſtet tantū ab uno latere uie quātum ab alio.Vel etiam ſi ducat̄ una cordula ſimiliter a capite uſqꝫ ad finem ar.§.inſula cum ibi nō.per glo.q̄ icipit ꝙ poterit ſciri de rerū diui.&.l.non ſolum.§.ſed ut ꝓbari cū glo.ff.de no.oper.nun.Alio mō pōt conſiderari mediū uie per latitudinē ex tranſuerſo uie & tunc mediū dicit̄ proprie ille punctus ſiue linea idiuiſibilis que eſt i medio per tranſuerſuꝫ uie diſtās tantū ab una extremitate capitis quantū ab alia extremitate finis per dicta iura ſi ducentur a capite uſqꝫ ad mediū agri liceat ticio ire intelligit̄ a liena indiuiſibili que eſt in capite uſqꝫ ad lineā indiuiſibilē que eſt in medio ſecundū Bar.de inſula.※.uideamus ergo quantum ſpaciū. Sed pro declaratione predictorꝫ quero quātū ſpatiū occupet caput uie quātū pes ſeu finis quantum medium Bar.format iſtam.q.in preallegato.※. Et dicit qḋ punctus ſiue linea indiuiſibilis que eſt i capite pōt dici caput.l.i.§.caput.ff.de aqua co ti.& eſti.eodeꝫ modo pōt dici pes ſiue finiſ Medium autem dicitur ille punctus ſiue linea indiuiſibilis que eſt in medio diſtās tātum ab una extremitate quantum ab alia. Et intelligit hoc glo.inſti.de rerū di.§.inſula dum dicit hoc.ſ.eſſe i medio poteſt apparere accepta cordula & facto puncto i medio qḋ dicit ſatis ſibi placere ſi materia de qua tractaret̄ hanc interpretationem pateretur ut ſi dicat̄ a capite uſqꝫ ad mediū agri liceat ticio agere intelligam a linea indiuiſibili que eſt in capite uſqꝫ ad lineam indiuiſibilē que ē in medio per dicta iura. Sed ſepe ſermo non patitur hanc interpretationem.Si enim dicatur ſi q̄s iuenitur ꝑ caput platee cū curru uł uehiculo do.x.ſtadia terre a capite fundi certe de puncto uel linea indiuiſibili nō pōt intelligi per illam eniꝫ non pōt iri nec i ea poſſunt.x.ſtadia terre eſſe Aliter enim intelligendū ē & ideo dic quādoqꝫ extremitates ſunt diſtīcte & limitate & tunc una dicitur caput ſeu pricipiuꝫ alia dicitur pes ſeu finis & quicquid ē inter illas duas extremitates dicitur mediū ut.l. ſi edes.ff.de ſerui.ru.predi.l.tria predia ibi

per mediūqꝫ fundū ut.l.moré romano ibi
luce media.ff.de feriis &.C.de iudi.aūt.ad ħ
cum ſy.qn̄qꝫ extremitates non ſunt diſtinc
te & tūc dic ꝙ totus ille locus debet diuidi
in tres ꝑtes una dicitur caput ſecunda dici-
tur mediū tertia dicitur finis qn̄qꝫ tn̄ conti
git ꝙ locus de quo agitur habet multas di-
ſtinctas ꝑtes & diſpone accipitur ut totuꝫ
ut ecce Planū tiberis ē diſtinctū ꝑ predia
multorū & ī ſtatutis dicit̄ ſi aliquid factū
fuerit ī capite plani tiberis l' ī medio aut in
fine tūc enī cōſiderat̄ ꝑ ſtatuta illud planuꝫ
ut totū unū ītegrū iō ēēt faciēda diuiſio in
tres ꝑtes ut ſupra dixi.Et q' dicta iſta mate
ria qn̄ dicet̄ pricipiū mediū & finis uide ꝑ
tex.glo.& doc.i.l.i.§.i.ff.ſi qs ius di.n̄ ob. in
glo.magna & ꝑ Bar. intractatu de īſula in
℞.& q ſi ex uno latere cū quatuor colū .ſe-
q̄n.ut ad priaꝫ figurā q̄ hic nō refero breui-
tatis cā. Q uero ſexto ūde dꝫ īcipi meſu-
ratio uie dic nō a porta ciuitatis ſeu muni-
cipii ſꝫ a ꝯtinētibꝰ edificiis ut ī.l.mille.ff. de
uer.ſig.& uoluit.Bar.& doc.ī.l.i.ff.ſi qs cau.
ubi etiā ponūt ꝑ quā uiā debeat fieri men-
ſuratio dic ut ibi . Q uero ſeptio pricipa
liter quotuplex ē uia dic ꝙ triplex.Nā q̄dā
ſunt uie publice q̄dā priuate quedā uicina
les ut eſt tex.in.l.ii.§.uiaꝝ.ff.ne quid ī loco
pub.&.l.fi.ff.de lo.& iti.pub.De ſinguls ui
demus Publicas uias dicimus quas greci ba
ſilicas at noſtri ꝑ̄torias alii conſulares uias
appellāt ut dicto.§.uiaꝝ & ſic nō ſecūdum
glo.ibi ꝙ uia ꝑ̄toria cōſularis & militaris ꝓ
uia publica ponūt̄ ut ibi & dicta.l.fi.& iſ-
te uie publice ſūt regalia ī uſu feud.Et dicū
tur regalia que nō ſpectāt niſi ad regem ul'
ꝑ̄rincipē loci & non ad alium niſi ex regia
ſeu principis cōceſſione ſeu largitate perti
neāt ut dicit bal.in dicto.c.ī.i pri.& ꝓpte-
rea uie publice appellātur uie regales.Viā
aūt publicā dicimus eā cuius etiam ſolum
publicum eſt ut.l.ii.§.uiam publicam.ff.de
uia pub.Item dic ꝙ uia publica dicitur cer-
tum ſolum limitatum per directū certis fi
nibꝰ latitudinis & publicatur per pricipeꝫ
ꝓ ſuo publico meandi uel eundi qui hēt iꝰ
publicandi ſecūdum do.Iaco. de aluaro ī.c.
.i.in prin. in ti.que ſint ragalia. Item uie
uicinales in uicis ſunt uel que ī uicos ducūt
Publice ſunt quod ita ueꝝ eſt ſi nō ex col-
latione priuatorū fūdorū hoc iter cōſtitutū
eſt ut dicta.l.ii.Vicinales que ex agris pri-
uatorū collatōe facte ſūt quarū memoria n̄
exiſtat plublicaꝝ uiaꝝ numero ſunt ut.l.fi.
ī prin.ff.de lo.& iti.pub.& nō.glo.in.l.ii.§.
uicinales in fi.in uerbo publicas.ff.ne qd ī
lo.pub.Et adde ꝙ ſtatim dicam de uia uici-
nali.Et nota ſingulariter ꝙ ad probanduꝫ
uiam eſſe publicam nō ſufficit probare ꝑ
teſtes ꝙ publice ſeu uulgo per omnes ituꝫ
fuerit per longum tempus ut probat̄ i.l.i.§
ſumma cū utilitate.ff.de his qui deie.l' effu.
& ita ēt tenet per illum tex.excellens doct.
dominꝰ.Metheus de matheſi.de bononia ī
ſuis notabilibus notabili.lxxxxiii.qd īcipit
nota unū dictū ſingulare & idē uult etiam
ibi bar.qui dicit ꝑ illū tex.nō ſequit̄ publi
ce itur per talē locū ergo uia publica.Priua
te uie dupliciter accipi poſſunt uel he que
ſunt in agris quibus impoſita eſt ſeruitꝰ ut
ad agrum alterius ducāt uel he q̄ ad agros
ducunt ꝑ quas oībus cōmeare licet int̄ quas
eſt uia cōſularis & ſic poſt illam excepit eū
tem quia uel iter uel actus ad uillam ducēs
hec etiam que poſt conſularem excipiūt eū
tes in uillas uel alios colonos ducentes etiaꝫ
publice dicuntur.i. publicam naturam ha-
bent.l.ii.§.priuate.ff.ne quid in lo.pu.Puto
etiam quod uia priuata dici debeat illa que
fit per dominum unius fundi uel plurium
ſi ex ſuo fundo eam facit & de hoc extet me
moria ut nō glo.in.l.i.ff.de lo.pu. Item uie
uicinales etiam priuate ſunt ut probatur ī
dicta.l.ii.§.uicinales dummodo extet mēo-
ria quod ſint facte ex agris priuatorum col
latione ut dicta.l.fi.& ibi hoc notat Bar.

Vicinales uero uie ſunt q̄ ex agris priua
torum collatione facte ſunt.He dupliciter
accipi poſſunt.nā quedā ſunt uie uicinales
que publicarum numero ſunt & ille q̄ ex
agris priuatis collatione facte ſūt quaꝝ me
moria non exiſtat uel etiam ubi a publico
eiꝰ ſolū uie uicinales quia tūc cōſtat eā eſſe
publicā ut ē tex.cū gl.in.d.l.fi ī pri.& adde
quod uoluit dy.inſti.d acti.§.preiudiciales
& quod dixi de uia publica.Q uedam ſunt
uie uicinales que ex agris priuatorum col-
latione facte ſunt quaꝝ extat memoria.Iſte
priuate etiā dicūt̄ ut ē tex.cū gl.in.d.l.fi.cō
iuncta.l.ii.§.uicinales.ff.ne quid ī loco pu.
& etiam uulgo confortiue ſeu confortarum
appellant̄.& ē differētia iter has uias uici
nales & militares publicas.Nam uie milita
res exeūt ad mare aut ī urbē aut ī flumina
publica aut ad aliā uiā militarē hēt.Sed uia
rum uicinaliū pars ī militar̄s uias pars ſine

ullo exitu intermorit᷑ ut eſt tex.in.l.fi.in fi. .ff.de lo.& iti.pub.Ex predictis notari pōt qualiter cognoſcatur uia publica a uicinali priuata & qualiter ſup hꝰ debeat capitulari & ꝓbari & adde que dicā in tribꝰ ſequētibus.q. Q uero octauo circa uiā publicā an ſit unicuiqꝫ licitū ire per uiā publicā & ducere currum uel plauſtrū uel trabē aut lapides Et dicas ꝙ ſic ut.l.ii.§.i.ff. ne qd i lo. pu.ubi dicitur quod loca publica priuatorū uſibus deſeruiunt iure.ſ.ciuitatis & nō quaſi proprio cuiuſque.Et ꝓpterea dixi in.q. ꝓcedenti uiā publicā eſſe cuius ſolum eſt publicū Vnde quidam aduocatus hic male libellauit in puadam cauſa uie que nunc pēdet Dixit enī uiam illam eſſe publicam & proprietatē ad ſe ſpectare quod nō ne erres Et quod dixi quod licitū eſt cuiqꝫ ire p uiam publicam fallit quando eſſet prohibitum per dominum uie puta per pricipes quia tunc non liceret Nam domini terrarū poſſunt prohibere nedum ſuis ſed etiaꝫ foreſibus uenire ad loca ſua ar.l.diuus .ff.de ſer.ru.pre. &.l.heres.ff.de uſufr.le.&.l.ſicuti .§.ariſto.ff.ſi ſer.uē.ſecundum bal.qui ita notat ſingulariter in.c.i.de no.for.fi. i uſi. feu.qui ſubdit poſtq̄ forenſes uenerunt in territorium alicuius ſunt ſicut reliquus populus & eſſet contra naturalem equitatem & bonum publicum ſi expellant᷑ facit tex. in auten.de queſtoribus in prin.& ita etiā tenet do.laco.de aluaro.ſequendo bal. in.c. .i.ad finem in ti.qualiter iu.de uaſ. fide qꝺ perpetuo tenementi. Q uero nono an ius eundi per uiā publicam poſſit ꝑſcribi & breuiter dic quod non ut.l.uiā publicaꝫ .ff.de uia pub.unde ſecundum glo.ibi nō. ꝙ ſi eſſet aliqua uia publica per quam non fuiſſet itum per aliquem ꝓpter hoc nō tolleremus ius eundi per illus tex.& iō dicit ibi glo.notabilis ꝙ non pōt preſcribi uia ſeu ius eundi ad ſanctum Iacobum & ſi diceremus aliter multis ire non liceret & dicit ꝙ hoc ē ſpāle contra regulam.C.de pſcrip. .xxx.an.l.omnes Vel dicit ꝙ eſt ideo quia uidetur excipere ſi alius impedit ꝙ ius excipiendi non tollitur tempore .l.pure ff.de doli excep.Et ſubdit ibi glo. notabiliter ꝙ etiam ſi per centū annos non itum fuerit fauore publice utilitatis non preſcribitur.

Q uero decimo cuius ſit uia publica dic quantum ad uſum ē priuatorū nō quantū ad proprietatem ut.l.ii.§.i.ibi priuatorum uſibus deſeruiūt iure.ſ.ciuitatis non ꝓprio cuiuſqꝫ.ff.ne quid in loco pub.facit quod dixi in.viii.q.Sed quantū ad alios eſt dubiuꝫ an.ſ.ſit illius tm̄ ciuitatis uel loci in quo eſt uel ſub cuius territorio exiſtat An uero ſit ciuitatis romane.olim & hodie principes ꝩ domini illius ciuitatis uel loci.& uidet᷑ qꝺ ſit illius ciuitatis uel loci tm̄ per dictā.l.ii.§ .i.ibi iure.ſ.ciuitatis & ita tenet ibi glo.i ꝟ. ciuitatis in prin.& uidet᷑ ꝓbari i.d.l.ii.i pri. cū gl.in.ꝟ.i.que exponit municipali & ſic ꝑſupponit ꝙ ciuitas poſſit ſuper hoc diſponere & ē glo.de hoc i terminis i.d.l.ii.§.uiā que incipit ut princeps in fi.que dicit ꝙ q̄libet ciuitas habet iuriſdictionem faciendi uiā publicā. In cōtrariuꝫ uidet᷑ ꝙ ſit tm̄ ciuitatis romāe que hodie dn̄i aut pricipis illius ciuitatis uel loci maxīe nō ē recognoſcentis ſuperiorioreꝫ ſicut ē dominiū uenetiarū quia ſi uia publica ē ergo non uidetur poſſe ſpectare ad ciuitateꝫ quia bona ciuitatis alterius q̄ romane abuſiue dicūt᷑ publica Sola enim ea publica ſunt q̄ populi romāi ſunt ut l.bona ciuitatis cū.l.ſe.ff.de uer.ſig. Itē quia tex.in.d.l.ii.§.i.dicere tacite uidet᷑ ꝙ in dubio p excellentiam intelligat᷑ de ciuitate romana p.§.ſꝫ quotiens inſti.de iure na.& ita uidet᷑ tenere.gl.i.d.§.i.i uerbo ciuitatis in fi.Sed Bar.i.d.l.ii.§.i.concordat iſtaſ opiniones dicens ꝙ iſta non repugnat.naꝫ uerum eſt ꝙ quelibet uia publica principalit ſpectat ad ciuitatē romanaꝫ per iura ad hoc allegata & ꝓ hoc ē tex.i.c.i.in prin.i ꝟ. uie publice i ti.que ſunt regalia.& ſpectant ad regem uel pricipeꝫ ut dixi.ſ.in.vii.q.ſed quelibet ciuitas habꝫ ius i uia publica ex ꝑmiſſione ciuitatis romane ut ꝓbatur in.d.l. .ii.in prin.ff.ne quid in loco pub.ibi ꝑterq̄ .l.coniuncta glo.que exponit.l.municipali & ꝓbatur in.l.prohibere.§. plane.ff. qꝺ ui aut clā.facit quod dicit᷑ de iure ciuitatis qꝺ ē approbatus regulariter a iure canonico i q̄tū ei nō cōtradicat ut.x.di. ſine adiutorio & i.c.ſequēti.& notāt canoniſte in.c. eccl'ia ſancte marie.extra de oſti.Ex quo nō.ꝙ q̄libet ciuitas uidet᷑ habere iuriſdictionē faciendi uiā pub.& eadē ratione reducēdi uiaꝫ publicā i locis priuatis ut notat Bar.i dicta .l.ii.§.i.p glo.ibi que icipit ut priuat᷑ & idē nō.i eadē.l.ii.in prin.Et ex hoc Bar.in.l.ii.i prin.ff.ne quid in loco pub.dicit ꝙ fuit de facto quod q̄dam platea quam cōe uendere uolebat.Et uidebat᷑ qꝺ nō poſſet niſi p pri

cipem ut.l.cõtinu⁹.§.cum quis de uer.ob. datum fuit conſilinm tale ꝙ de hoc fieret ſtatutũ.ſ.ꝙ poſſit uendi & poſtea uendaťꝑ illum tex.& per.l.ꝓhibere.§.plane.ff.ꝙ ui aut clam & ibi hoc etiã uoluit Bar.in dicto.§.cũ.quis & per oẽs doc. Sed ut q̃ſtio iſta melius intelligať.ſubicio alias uidelicz an loca publica poſſint uendi uel alienari & per quẽ & qũo Et uidetur primo ꝙ nullo modo poſſint alienari quia ñ ſũti cõmertio noſtro ut.l.ſed & celſus i prin.ff.de contrahen.emp.& dicto.§.cum quis niſi ꝑ pricipem & uoluit glo.in dicto.§.cum quis & habetur i.l.apud iulianum.§.fi.ff.de le.i.uel ꝑ regẽ ut i.c.i.in prin.in ti.que ſũt regalia

In contrariũ uideť.l.ii.i prin. ne quid i loco pub.& in dicto.§.plane Ego in hoc ſic puto eſſe dicendum Aut ẽ princeps qui ñ cognoſcit ſuperiorẽ & non ẽ dubiũ ꝙ per ipm loca publica alienari poſſunt ꝑ glo.in dicto.§.cũ qs ꝑ dictã.l.apud iulianum.§.fi. & p.l.ii.in prin.decreto ne principũ tibi ↄcesſum ẽ.ff.ne quid in loco pub.& ita dixi i.l.inter publica in.iii.q.ff.de uer.ſig.Quod falit qñ alieṅať ꝑ metũ puta alicui tirãno potenti ar.l.i.§.que honorãde.ff.quarũ rerum ac.non da.& tenet Bar.i dicto.§. plane Secũdo fallit qñ ãlienaret aliqua quorũ donator eſſet i magna diminutione iuriſdictiõis regni ſui & tũc nõ poſſet per.c.itellecto extra de iureiurã.Sed ſi dõnaret aliqua que ñ diminuũt iuriſdictionẽ ualeret & donatio facta a rege ꝑiudicaret ſucceſſori in regno ut in.c.abbate ſane de re iu.in vi.& ita.tẽt Bar.in dicto.§.prediũ.Aut iſte princeps r̃ cognoſcit ſuperiorẽ & iſtum equipero ciuitati & ideo dicedum ẽ de eo quod dicã de ciuitate excepta romana Aut ergo ẽ ciuitaſ que recognoſcit ſuperiorẽ & tũc ſubdiſtingue aut ſunt bona publica que ſunt in patrimonio ciuitatis & non in uſu publico. Exemplum ſicut ſunt molendina bononie & de iſtis põt ciuitas diſponere pro libito uolũtatis ſicut põt quilibet priuatus de re ſua ut ẽ tex.cũ glo.notabili.in dicta.l.ſed & celſus in prin.& uoluit etiã glo.i dicta.l.inter publica ut ibi dixi i ſecũda.q.Et idez dicas de quacũque re que eſſet ciuitatis in uſu ciuitatis tm̃ puta ſi ciuitas haberet fũdũ uel apotechas quorũ reddit⁹ ueniret i cõi quia poſſent uendi libere per ciuitatẽ Aut ſunt bona publica que publico uſui ſint deſtinata ſicut ſunt uiepublice forus theatrũ cãp⁹ marcius & pratus uallis & tũc aut uult alienare iſta bona ſimpl'r non cõdẽdo aliquas legẽ uel ſtatutũ & uideť ꝙ poſſit cõdendo legẽ ut ſupra dixi.ergo uideť ꝙ poſſit etias alienãdo quia cõtractus factus ab illo q hẽt poteſtates legis condende habet uim legis ut habetur in.l.ceſar.ff.de publicanis & i.l. donationes.C.de dona.iter ui.& uxo.& uoluit Bar.in.l.ciuitas.ff.ſi cer.peta. Et iſtam opiniones ꝙ poſſit ciuitas ſine.ſtatuto alienare bona publica tenet Raf.cu.in.d.l.continuus.§.cum quis de uer.obli.Sed Bar.ibi tenet cõtrariũ & coiter doc. & Bal.i.l.ii.in prin.ff.ne quid in loco pub.& i.l.prohiberẽ.§.plane.ff.q.ꝰ ui aut clam.& do.Pau.in.d.§. ↄ quis ubi dicit quod imo aliqñ neceſſe eſt prius ſtatutũ tollere uel ſuſpẽdere anteq̃ ꝑueniať ad actũ ↄ̃rium ſtatuto Et hoc uidemus continue obſeruari qñ uniuerſitas aliquid facere uult cõtra formã ſtatutoꝝ quia imo ſuſpẽdit ſtatutum & poſtea facit actus ↄ̃rium de quo uide oio per Bal.in.l.i.C. ne ſi pro pa.& per canoniſtas in.c. dilecto ex de preben.Et ita feci hoc anno obſeruari in collegio doc.Padue Quod perpetuo tenementi quia eſt optima cautela ad contrauẽniendũ ſtatutum etiam iuratum ꝑ illos q ſunt uniuerſitatis uel ↄ illos qui ſunt ď uniuerſitate Per hoc tñ nõ r̃ñdetur ad ar.Raf. dũ dicit q.ꝰ talis cõtractus hẽt uim.l. & ſic perinde eſt ac ſi per.l.i.ſtatutũ eſſet & iſta ẽ cois Ego aũt teneo opinionẽ bar.per tex. i.l.i.i prin.ff.ne quid i loco pub.ubi uult ꝙ nõ ſit licitum aliquid i loco pub.immittere uel dãnũ dare i.l.hoc eſt ſtatuto ut glo. ibi exponit cõceſſum ſit.Nec obſtat quod didicit Raf.ꝙ contractus qui fit ꝑ illũ q hẽt poteſtatẽ.l.cõcedende habetur ꝓ.l.quia illud procedit qñ cõtract⁹ fit ſuper res cõtrahentes Vel quãdo fit per eum qui poteſt ↄ̃hẽr Sed res pub.de quibus dixi ñ ſunt ciuitatis ſed pricipis nec ciuitas habet poteſtatẽ contrahendi uel diſponẽdi de eis quia ſibi hoc nõ ẽ permiſſuz a pricipe niſi per uiã ſtatuti ſeu legis ut.d.l.ii.i prin.ibi preterq̃ lege. Aut ciuitas uult alienare per uiam ſtatuti qa uult facere primo ſtatutũ ꝙ locus publicus efficiatur priuat⁹ & poſtea i pm uẽdere Et Bar.i dicta.l.ii.in prin.tenet ꝙ poſſit ut ſupra dixi.Dñs Pau.de caſt.i.l. cotinuus.§. cũ quis.ff.de uer.obli.tenet cõtrariũ dicens ꝙ ſi ciuitas recognoſceret ſuperiorẽ nõ poſſet hoc facere ſine licentia ſuperioris.Vnde

dicit ꝙ ciuitas Padue n̄on poſſet tale ſtatu-
tum facere nec alienare ſine licētia dn̄oruʒ
Venetiaꝝ apd̄ quos ē oīs adminiſtratio.l.i.
.ff.de conſti.pecu.Ego aūt firmiter teneo ɔ
trariū uidelicet opinionē Bar.ꝑ tex.cū glo.
in dicta.l.ii.in prin.ne quid in loco pub. &
ꝑ.l.ꝓhibere.§.plane .ff.quod ui aut clam q̄
iura loquūtur nō ſolum de ciuitate Roma
na ſed etiā de aliis ciuitatibus ut dixi in.q.
p̄cedenti Et ideo non debemus iura reſtrin
gere ad ciuitatē que non recognoſcit ſupio-
rē quia tunc peride eſſet ac ſi loqueret̄ de
ciuitate Romana tatū quod non ē dicēduʒ

Et ex p̄dictis iſero aliquas concluſiones
Prima ē ꝙ loca publica unius ciuitatis que
ſunt in uſu publico ut cāpus martius pla-
tee & ſimilia poſſūt uendi ꝉ aliter alienari
per ciuitatē i qua ſunt ſi nō recognoſcit ſu-
periorem uel per eius dominuʒ ſilr ſuperi
orem nō recognoſceētē. Secunda cōclu-
ſio princeps uel ciuitas uel recognoſcēs ſu-
piorē pōt ſtatuere ꝙ locus publicus efficia
t̄ priuat⁹ & uēdat̄ ꝉ ad aliū uſū deputetur
ut dicta.l.ii.i prin.ibi decreto ne pricipum

Tertia cōcluſio ꝑ ciuitatē ꝉ dn̄m recog°-
ſcētē ſuperiorē nō poſſūt uendi dicta loca
publica ſine licentia ſuperioris. Quar-
ta per ciuitatē ꝉ dn̄m ſupiorē recognoſcen-
tem pōt fieri ſtatutum ſine licentia ꝉ aucto
ritate ſuperioris ꝙ bona publica ſue ciuita-
tis efficiātur priuata & poſtea uēdant̄ tāq̄
priuata. Quinta concluſio ſi concurrit
ciuitas uel dn̄s cum ſuperiore i alienando
bona publica uel i diſponēdo aut ſtatuendo
de eis p̄fertur princeps ſuperior cuius hec
bona ſunt per.c.i.in prin.que ſint regalia

Sexta & ultīa cōcluſio Pōt priceps ſupe
perior qui nō recugnoſcit ſuperiorē alium
tollere ciuitati uel dn̄o iferiori potātē ſta-
tuēdi ſuper rebus publicis Et ē rō qa ex q°
illa poteſtas quā hēt ciuitas diſponēdi d're
bus pnblicis legeʒ cōdendo ꝓcedit alias ut
dicta.l.ii.in prin.ff.ne quid i loco pub. pōt
per priciaē reuocari qm̄ ne dū lex pōt reuo
cari per princi pē ſed ēt priuilegiū conceſ-
ſūm etiā per p̄deceſſorē ſuū ac ēt poſtq̄ eſt
aliis ius q̄ſitū ut.l.q fūdo.C.de nō alien. li.
xi.ut ſingulr nō.Bal.ſecūdū Ni.de mat.pe.
colꝉ.in fi.C.unde lib.Vbi oīo de hoc uideas
Ad ſoluendū tn̄ iſtud priuilegiū reqretur
clauſula nō obſtāte tali.l.puta.ii.ff.ne quid
in loco publico ex quo tale priuilegiū ē in
corpore iuris clauſum ar.glo.notabilis i aūt

qua in prouincia.C.ubi de cri.a. oportet &
glo.i.l.heres abſens in prin.ff.de iudi.quod
ē notādū. Poteſt addi ſeptima concluſio
ex p̄dictis uidelicet quod ciuitas que etiā re
cognoſcit ſupiorem pōt bona que ſunt i pa
trimonio ſuo nō i uſu cōi ut ſunt molēdina
Bononie alienare etiā ſine auctoritate ſupi
oris ꝑ tex.cū glo.i.l.ſed & celſus in prin.ff.
de cōtrahen.emp.& i.l.inter publica.ff. de
uer.ſig. Quero undecimo pricipaliter.
An ꝑ uiā publicā ſit licitum priuato ducer̄
aquā ſimplr uel ꝑ conductum ligneum ul
lapideū.& dicas ꝙ nō niſi ex licētia princi
pis uel ciuitatis i.l.ſeruitutē.§.publico.ff.d'
ſeruit.& ibi notat Bar.i.l.quo min⁹.ff.d'flu
minibus. Quero duodecimo Aut.ſ.uiā
publicā ſit licitū facere pontes ſeu pōticel
los.Et dicas ꝙ nō per priuatū ut.l.ii.§. trac
tatus.ff.ne quid in loco pub.Et ita tenet ibi
glo.& Bar.& probatur in.l.fi.ff.ne qd i flu.
pub. Sed premiſſu pricipis uel ciuitatis h°
fieri poteſt uel quando eſſet conſuetudo in
contrarium ut.d.§.publico & notatur in.l.
nō ſolum in prin.ff.de no.op.nun.ut notat
Bar.in.d.l.quo minus i.xiii.q.& ꝑ Bal.in.l.
lapilli.ff.de rerū diui.& in.l.iuris gentiuʒ.
§.ſi paciſcar.ff.de pac.& per Ang.in.l.fi.ff.
de ſerui.De quo dic ut dixi plene in libro
ſupiori. Quero.xiii.an uia publica poſ-
ſit per priuatum occupari aliquo modo.Di
cas regulr ꝙ nō etiā ſi hoc nemini ſit noci
uum ut.l.ii.in prin.ff.ne quid i loco publi-
co.& ideo nō eſt licitū facere ſcalas in uita
publica.Nec etiā primū uel ſecūdū gradū
ſcale ut notat Ang.i.d.l.fi.ff.de ſeruit.ut di
in libro p̄cedenti.de ſcalis.Eodē mō non lʒ
ortulū facere uel uineā plātare uel aliqd ali
ud iponere niſi ꝑ principeʒ aut ciuitatem
uel conſuetudinem hoc p̄mitteret̄ ꝙ nota
& p̄dicta que dixi i his tribus queſtionib⁹
ꝓximis d' conceſſione principis ꝉ ciuitatis
Intelligo qn̄ talis conceſſio eſſet uicinoruʒ
aut alicuius priuati quia tunc talis conceſ-
ſio non ualeret ar.l.quotiens.C.de preci.im
pera.offer.&.l.nec amiſ.C.de eman.lib. &
ita tenet glo.i.l.ſeruitutes.§.publico in ℞.
icōmodo de ſeruit & glo.in.l.ii.§.ſi quis a-
principe in ℞.impetrauerit.ff.ne quid i lo
co pu.Circa quod uide oīo que pleniſſime
dixi ſupra de pōticellis.℞.ſed circa p̄dicta
dubitari poſſet & in ti.de ingreſſu.℞. p̄dic
ta autem itellige & ſupra de curia in vi.fal.

Quero.xiiii.an uia publica poſſit clau

di. Dic breuiter Aut interuenit auctoritas pricipis aut ciuitatis aut illi⁹ cui reipublice adminiſtratio cōceſſa ē ut poſſit ire.l.ſeruitutes.§.publico.ff.de ſerui.&.l.ii.in prin.ff. ne quid ī loco publico &.l.quod pricipis.ff. de aqua plu.ar.& in.l.ꝓhibetur.§.plane.ff. quod ui aut clam. Aut non interuenit talis auctoritas. Et tūc aut talis uia habet exituꝫ ī aliā uiam publicā uel ad urbē uel ad mare uel flumina iuxta.l.fi ff.de loco & iti.pu.& tunc ſine dubio per priuatos claudi nō poteſt ut dicta.l.ii.§.ait pretor &.§. pretor ait & eſt tex.ↄ glo.in.l.i.ff.de lo.& iti.pub. qui dicit ꝙ ſi aliquis uiam publicam clauſerit cuilibet permittitur agere interdicto ut reſtituat̃ in priſtium ſtatū ut dicto.§.p̄tor ait. Aut talis uia non haberet exitum quia per eam forte itur ad certas domos Et tunc uidetur ꝙ poſſit claudi quia illa uia uidetur eſſe uicinalis & uicinis tantum ſeruit Et ſic quedam priuatorum uicinorum eſſe uidēt̃ per.l.ii.§.uicinales.ff.ne quid in loco pub.

Ex quo poteſt inferri Si domus uł fundi qui ſunt undiqꝫ eſſent unius tm̄ ille ſol⁹ poſſet.dictam uiam claudere Et uidi multos eſſe in hac opinione Sed contrarium ē uerius p̄ſupponendo ꝙ ſit uia publica uel uicinalis ita tamen ꝙ nō extet mēoria ꝙ ſit facta ex collatione fundorum uicinorum quia talis uia dicitur publica licet appellet̃ uicinalis ex eo quia pricipaliter uicinis deſeruit ut dixi ſupra in ſeptima.q. Vnde cuꝫ ſit uia publica & in uſu publico & publice omnibus pateat claudi non poteſt ꝑ dictaꝫ.l.ii.ff.ne quid in loco publico & per.l.i.§. ſi quis in ſpeciem &.l.fi.ff.de uia &.l.i. cuꝫ glo.ff.de lo.& iti.priua. Et ita tenet Ang.in conſilio ſuo.xviii.ꝙ incipit reperitur iſta reformatio infraſcripti tenoris qui ſubdit quod quis non poteſt dicere hanc uiam nō eſſe publicam cū exitū non habeat nō eniꝫ hec attendimus ſed hoc tm̄ an ſolū ſit publica Pro quo tu allega dictā.l.ii.§. uiā publicā Nec obſtat quod dicatur uicinalis uel conſortiua q̃a nō ex eo ꝙ ſit uicinoꝝ uel cōſortū ritū ꝓprietatis ſed eo quia pricipaliter deſeruit uicinis & conſortib⁹ tn̄ in uſu publico non eſt niſi ꝓbetur quod extet memoria ꝙ ſit facta ex collatione fundorum quia tunc eſſet priuata eorū & per eos poſſit claudi & non aliter per dictā.l.ii.§. uicinales & per.l.fi.ff.de lo.& iti.pu.& ꝑ ea q̄ dixi in ſeptima.q.& ſupra de ingreſſu uel introitu.℞.predicta autem ꝓcedūt. Quod ꝑpetuo tene menti quia ſepe de facto contingit.

Quero.xv.quid ſi aliqs uel alter impedit ꝙ per eam iri non poſſit an poſſit agi contra claudentem uel impedientem. Dic quod ſic ut.l.quibus diebus in prin.ff. de condi.& demō.&.l.i.ff.de lo.& iti.pub. Et dicit glo.in dicta.l.quibus diebus ꝙ poſſum ager̄ actiōe iiuriarū uel negatoria bal. ibi tenet contrarium ꝙ quis nō ꝓſequit̃ītereſſe pecuniarium uel patrimoniale pro quo dantur Ideo dicit competer̄ dumtaxat iudicis officiū ar.l.denunciamus C.đ his q̇ ad eccle.confu.&.l.ſi ſeruus.ff.quod cum eo &.ff.de offi.ꝓcon.l.fi.& ita tenet do.Pau.đ caſtro in.d.l.quibus diebus in fi.pri. Ego plus dico quod ſi aliquis clauderet uiaꝫ publicam cuilibet permittitur ager̄ īterdicto ut reſtituat̃ in priſtinum ſtatum ut.l.ii.§. pretor ait.ff.ne quid in lo.& iti.pub.& dixi in.q.precedenti. Quod tamen intellige niſi eſſet clauſa auctoritate principis ł ei⁹ qui haberet poteſtatem alienandi ut dixi.ſ̄ in octaua & decima queſtione.

Quero.xvi.aliquis clauſit uiam nunquid poſſum ꝓpria auctoritate clauſuram frangere Dic aut loquimur de uia priuata. Aut eſt clauſa ꝑ dominum uie Aut ꝑ alium. Si eſt clauſa ꝑ dominum uie nullus poteſt eam clauſuram rumpere quia in noſtro licitum eſt ꝓ libito facere ut.l.in re mandata.ff.man. niſi illa uia iure ſeruitutis eſſet alteri obligata quia quando aliquis edificat etiaꝫ contra debitam ſeruitutem dummodo non edificat in alieno ſed in ſuo tantum non poteſt ꝓpria auctoritate etiam ꝑ illum cui ſeruitus debetur ut.l.quemadmodum.§.ſi ad ianuā. ff.quod ui aut clam. Si uero alius quam dominus claudit uiam poteſt indiſtincte dominus ꝓpria auctoritate deſtruere ut ꝓbatur in dicto.§. ſi ꝓtecti.& in dicto.§.ſi ad ianuam. Si autem uia eſt publica tunc dic quod non licet ꝓpria auctoritate deſtruere ſed debet agi interdicto ne quid in loco publico ut.l.ii.in princi.&.§.ait pretor &.§.pretor ait.ff.ne quid in loco publico. Et đ hac queſtione dic ut dixi ſupra in p̄cedenti libro de ſeruitu.ti.immit.in ſeptima queſtione principali Vbi pleniſſime examinaui iſtum articulum.

Quero.xvii.quid ſi clauditur uia publica que eſt in una contrata an alius de alia contrata cui⁹ parum aut nihil intereſt poſſit agere ut deſtruatur

dicta clauſura Dicas ꝙ ſic ut dicta.l.ii.ff.ne quid in lo.pu.Et hoc tenet glo.nō.in dicta .l.ii.§.penul.i.ꝟ.actionis Et ita tenet Ang. in.l.in prouinciali.§.fi.ff.de no.op.nun.qui dicit illam glo.nō eſſe alibi Et Io.de Anania in.c.qualiter & quando in.ii.col. extra d'accu.q dicit ꝙ illa glo.coiter teneẜ p doc. imo dicit plus ꝙ etiā forenſes poſſent agere p dictā.l.is Et ita nō.Bar.Ang.& doc. in dicta.l.in ꝓuinciali.§.fi.& dixi ſupra de cloacis in ſeptima.q. Quero.xviii.de quadā queſtione que fuit iter duas cōmunitates quā ponit Bal.in.l.ſi plures .C.de condi. inſer.de quadā uia publica p quam ibant currus utriuſq; communitatis cui ex dominis territorii debet hec uia applicari Et dicendum eſt ꝙ dicta uia ē in ꝓmiſcuo uſu nec diuidi pōt quia quelibet ps diuiſa eſſet inutilis ad exercitiū uie & cuius effectus idiuiduus eſt eius quoq; ſubſtātia idiuidua ē ar. ff.de re iudica.l.cuius effectus &.ff.cōmuni diui.l.arbor.§.ueſtibulo Et maleficia ibi cōmiſſa ſindicus utriuſq; uniuerſitatis pōt denuntiare Nec eſt curandum in qua pte uile utrum magis uerſus territorium ſiue latera unius territorii q̄ uerſus reliquū quia tota uia eſt ꝓmiſcua iuriſdictione Et iſte cōmunitates rediguntur ad inſtar duorum ſocioꝝ ſiue duoꝝ reoꝝ credendi unde ſi trāſeuntes p illam uiam debent ſoluere pedagium erit cōe quia ex re ꝓmiſcua & cōi ꝑuenit Inquirendo tñ de meleficio ſibi cōmiſſo uidetur melior cōdictio occupātis Et occupare diciẜ qui totū uſurpat & tñ hic habetur occupatio iuriſdictionis ubi ꝑuētio facit ius ar.ff.de offi.cōſu.l.i.Et ſicut implere condictionē ſoli iplenti ut dicta.l.ſi plures .C.de condi.inſer.ita exercere iuriſdictionē prodeſt ſoli exercenti Et ſolus ꝑueniens intelligitur iuriſdictionem exercere.

Alii dicunt ꝙ ſi in medio duaꝝ ciuitatū eſt locus cōis & ibi fiat maleficium ꝙ potās utriuſq; ciuitatis hēt cognoſcere quia eius territoriū offenditur.ff.de his qui deie.uł eſ.l.i.in fi.&.l.ſi uero .§.ꝙ ſi ex meridiano Et ſic non eſt melior condictio ꝑuenientis ſicut in iniuria facta pluribus unuſquiſq; iniuriam ſuam ꝓſequitur & hec eſt uerior ſecundū Albertum de ceruio .& dicit Bal.in dicta.l.ſi plures.& econuerſo ſi uila tenetur emendare furta in ſuo diſtrictu & i uia cōi duaꝝ uillaꝝ eſſet factū furtū quelibet uilla teneẜ iſolidū ſed una abſoluiẜ altera liberatur ut in dictis iuribus.Et ſic quod cōe ē priuatū actiue paſſiue i iſtis idiuiduis ſecūdū Bal.i.d.l.ſi plures & adde predictis quātum ad cōdēnationem quod notat Alber.d roſa.in ſecunda pte ſtatutorū.q.clxxvii. & etiā in.q.xxxviii. Quero.xviiii. ſtatuto caueẜ ꝙ uulneratus i uia publica magis puniaẜ q̄ ſi alibi uulneratur.aliquis pcuſſit in uia priuata p quam tamen iter publice fiebat an punieẜ ac ſi i uia publica uulneraſſ; & uideẜ ꝙ ſic p.l.i.§.ſumma cum utilitate ibi dūmodo p eum uulgo iter fiat.ff.de his q deie.uel effu.quia nemo ſpectari deb; ut .l.iii.§.condictio.ff.de adi.le.Ita tenet ang.i tractatu ſuo de maleficiis in ti.de pe.& percuſ.& inſultu.ꝟ.Item po.Et eū ſequiẜ Alber.de roſa.in ſuo ope ſtatutoru; in.ii.pte .q.xxxvii.que incipit ſtatuto caueẜ ꝙ uulneratus.In contrarium tñ uideẜ ꝙ illa uia in ueritate eſt priuata & i queſtione ꝑſuponit & dixi.s.eo.in.vi.q.ergo ſtatutū pēale loquēs de uia publica non debet habere locū i priuata qm̄ ſtatuta ſunt ſtricti iuris Nec regłr debet extendi ut.l.iii.§.hec ꝟba. ff.de neg.geſ.&.l.i.§.his qui nauem.ff.de exerc.cum ſy.& maxime ſtatuta pēalia ut nōtur i.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſo.ma.& iſtā partē puto eſſe ueriorē quia qñ ſtatutū eſt penale & cōrectoriū iuris cois ſicut ꝑſupponitur in caſu iſto tunc non debet extendi etiā p idemtitatē rationis per nō.per gl.& doc. in aūt.quas actiones.C.de ſacro ſa.ec.& per nō.eleganter per bar.in.l.i.ff.ſo.ma.in.ix.q. Secus eſſet quando ſtatutum declararet āt diſtingueret ius cōe quia bene tunc fieret extenſio per ydemtitatem rationis ſecūdū Bar.in.d.l.ſi conſtante.Non ob.l.i.§. ſūma cum utilitate.ff.de his qui deie.uel eff.quia ibi fit extenſio per.l.& in cāu noſtro fieret per hominē que quod non eſt dicendū per ꝑdicta. Quero.xx°.de alia queſtiōe quotidiana.ſ.ſtatutū eſt hic Padue & etiā i multis locis ꝙ ſi quis uēdiderit fūdū poſſit coherēs ſeu cōfinis ſeu collateralis pñtare id pciū & uendicare fundū uenditū ab ēptore Modo aliqs uēdidit fundū & uicinus q habet aliū fundū ꝓpinquū uia tamē publica interueniente uult pñtare precium uigore dicti ſtatuti.Queriẜ an poſſit.& dubiū eſt in hoc an talis uicinus dicaẜ coherēs & confinis aut collateralis ita ꝙ poſſit ꝑſentare.& uidetur ꝙ ſic per.l.actius.ff.de acquire.do.& per tex.cum gloſa.no.inſtit.de re.

diui.in.§.riparum in ꝟ.adherẽt ubi hẽꝛ
ꝗ ripe fluminis dicuntur eſſe illoꝝ quorũ
prediis adherent etiã ſi uia publica ſit i me
dio.Item pro hoc qnia uia publica media nõ
impedit ſeruitutem licet alius locus priua-
tus ſit ut.l.ſeruitutis.§.publico.ff.de ſeruitu.
&.l.qui ſella.§.fi.de ſeruitu.ru.& caſus uide
tur ad litteram in.l.ii.§.fi.cum.l.ſequenti.ff.
fi.reg.ubi dicitur ꝗ ſi uia publica ſit i me-
dio iter fundũ tuũ & meuꝫ confinium non
intelligitur quia uia ĩ confinio meo eſt uia
publica magis quã ager uicini & ideo uult
ibi quod nõ poſſit agi iudicio fi.reg.qđ inꝛ
confines cõpetit.Et iſtam ultimam partem
puto ueriorem eſſe.et idem etiaꝫ dicas ſi flu
men publicum eſſet in medio quia ñ dicerẽ
tur eſſe confines ſeu colleterales ut eſt tex.
in.l.i. que incipit quia uias.ff.fi reg.Secus
ſi riuus priuatus interueniret ut eſt caſus
in.l.ſequenti q̃ incipit ſed ſi riuus Et hãc
partem etiam tenet Bal.in quadam.l.greca
Frederici impatoris que uocatur ius ꝓtho-
miſios in glo.ii.Nec obſtat.l.martius. .de
acqui.re.do.ubi tex.in fi.uidetur uelle qđ
ſi inter fundum uicini & meum eſt uia pu
blica & flumen deſtruxit fundũ uicini &
uiã publicã & poſtea retrocedit flumẽ qđ
fundus uicini efficitur meus nõ obſtante ꝗ
uia que remanet ſit in medio quia ille tex.
fundat ſe in hac ratione in fi.quia etiaꝫ ip̃a
uia eſt fundi mei & glo.intelligitur quantũ
ad molumentum non quantum ad proprie
tatem uel quantum de commodum meum
quia ſi uia deſtruetur ex fundo meo deberẽt
re pari per.l.ſi locus.§.fi.ff. quemad. ſerui.
amit.Sed quo ad alios effectus ſecus Et iõ
quantum ad hoc ut fundus qui eſt ultra uiã
ſit coherens quanum ad hoc ut contra ius
commune poſſit uendicari dicendum ẽ ꝗ
ipſa uia ĩpediat ne fundi dicantur coherẽ
tis Et eodem modo reſpondeo ad gl.in.§.ri
parum que potius probat contrarium rela
ta ad tex.qui tex.dicit quod ripe ſunt eius
cuius predio adherent & glo.addit etiam ſi
uia uel flumen ſit etiam in medio quaſi di-
cat licet tunc non adhereat predio quando
uia eſt in medio tamen ripa ſua ẽ Q uõ
xxi.quid ſi uia comunis eſt fontes agroꝝ uꝉ
caſtroꝝ ad cuius iuriſdictionem p̃ſumãtur
predia pertinere Reſpondeo ſecundꝫ Bal.
in.l.ſi plures.C.de condi.inſer.ꝗ uia cõmu
nis diffinit loca ſecũduꝫ uicinitatẽ aſpectꝰ
inſti de re.diui.§.inſula & uide quod nõ.

Azo.in ſumma.C.uti poſſi.in.§.in his.Iteꝫ
mediũ eſt extremitatibus oppoſitũ ſecũdũ
Ariſtotileꝫ & ideo nulla extremitas predi
caꝛ de medio Iteꝫ quod participat de õriis
nõ eſt ſimplr̃ tale ut.ff.de le.ii.l.hoc legatũ
Q uero.xxii aliquis legat uel uendit fũ-
dum uel domum an uideaꝛ conceſſum qđ
debeat habere uiam ex fundo exterioris uꝉ
uendentis Vel ſunt duo fratres aut ſocii di
uidunt unum fundum an in dubio uideaꝛ
actum quod unꝰ debeat habere uiam per
partem alterius.Vide que pleniſſime dixi
in libro precedenti in ti.de ſerui.iti.ſeu adi
tus.ubi etiã dixi de iti.& actu.ubi omnino
uide & adde quod ſi aliquis uendit funduꝫ
in quo habet capellã & capella non cedit ſi
habꝫ aditũ ex publico.Sed Bar.ita dicit in
.l.ſi mercedeꝫ.§.i.ff.de actio.emp.per illuꝫ
tex.cui adde notata p Innocen.& docto.in
c.ex litteris extra de iure patro. Q uero
uiceſſimotercio quid ſi uia publica eſt aqs
inundata uel aliter deſtructa an poſſit ire
per funduꝫ uicini.Dic ꝗ ſic per.l.ſi locus.§.
fi.ff.quemadmoduꝫ ſeruitus amit.& nũqd
debeat uicinus de hoc habere precium glo.
ibi tangit ego dixi in loco precedenti in đ-
cima.q.principali in fi.& ſupra de ſeruitu.
In antepenultima queſtione ꝟ.ſed quid ſi
locus debens ſeruitutem itineris eſt inun-
datus & in penultima queſtione.ꝟ.vii.qñ
uia publica.& adde quod iſto caſu ſi aliqs
duceret pecudes uel animalia per fundum
uicini qñ uia publica ẽ deſtructa non põt
accuſari per uicinum de damno dato ut no
tat Bal.in.l.per agrum.C.de ſerui.& aqua.
& uide ad hoc glo.i.di.omnes.ll.in glo.ma
gnia in fi.& gloſa finaꝉ.in prin.l.martius.
ff.de acquir.re.domi.Et hoc intellige dum
modo ciuiliter ducat animalia ita ꝗ a dam
no in quãtũ poteſt cuſtodiat.l.ſi cui.ff.de ſ
ui.ſecundum Bal.in.d.l.per agruꝫ. Q ue
ro uiceſimoquarto quid ſi aliquis in agruꝫ
uicini uiam publicam reiecerit An is per
cuius fundũ uia publica facta eſt poſſit age
re contra euꝫ Dic quod ſic quia poteſt age
re actione uie reiecte ad ſuum intereſſe ſili
cet quanti ſua intereſt ꝗ uia publica per ſu
um fundum facta non ſit ut eſt tex.in.l.ſi i
agrum.ff.de uia publica quia actionẽ qdaꝫ
dicũt eſſe proprium nomẽ actionis & ita ẽ
in arbore actionũ Iohãnis i ſpirituali circu
lo & ita bene ſonat actio uie reiecte ſicut et
nomen alterius actionis.& ita tenuit Azo

ut notat glo.i.in fine in dicta.l.ſi in agrum
Alii dicunt quod nõ eſt propriũ nomẽ
actionis ſed eſt quedam adiectio ſicut ẽ ac-
tio de peculio & quod dicitur in dicta.l.ſi i
agrum quod datur actio uie reiecte debet
exponi idẽ ꝓpter uiam reiectã datur actio
utilis.l.acquilie.uel in factũ ut notat gl.i dic
ta.l.ſi in agrũ Sicut & alias datur actio de
dolo.idẽ ꝓpter dolũ de᷑ actio ſilicet mãd.
.C.de do.l.i.Et iſtam partez tanq̃ ultimam
uidetur ſequi Roſ.in libellis ſuis iuris ciuil'
in ti.ſi uicinus per fundũ uiam reiecerit &
cetera .alias ẽ ꝝica de acti.uie reiecte Et ita
etiam tenet Bar.ĩ dicta.l.ſi i agrum qui di-
cit ꝙ iſta nõ eſt actio de per ſe ſed eſt actio
ĩ factum ex hoc edicto.uel per.l.acqlã. Et i
tellige Bar.dum dicit ex hoc edicto de edic
to poſito i.l.i.de uia publica & iti.pub.re.
Sed iſtam actionem uie reiecte q̃rẽde qui-
buſdã pro eius declaratione quia eſt mate-
ria incognita. Primo quot ſint neceſſaria
ad hoc ut competat iſta actio Roſ.in dicta
ꝝica de acti uie reiecte dicit ꝙ tria ſunt ne-
ceſſaria Primum ꝙ uiam publicam quis fe-
cerit per fundũ Secũdũ ꝙ iſte fũdus ſit uici
ni ſui Et idem ſi eſſet alterius priuati Tertõ
ꝙ propter hoc damnuz ſit ill'atũ illi uicino
uel domino per cuius fũdũ uia publica fac-
ta ẽ Et hec omnia colligũ᷑ i dicta.l.ſi in a-
grũ .ff.de uia publica. Secũdo quero ad
qd competit iſta actio.Et uidetur.ꝙ cõpe-
tat ad hoc ut uia publica reiecta i agrũ uici
ni remomouea᷑ de fũdo illo Sed dic cõtra
qa ĩmo competit ad intereſſe tãtũ ut ẽ cãus
ĩ dicta.l.ſi in agrũ Et hoc tenet Roſ.i dicto
ti.de acti.ui.re.& adde quod dicã i ſeq̃nti.
Hoc tamen fallit in caſu quãdo uia publica
eſſet deſtructa per.l.ſi locus.§.finali.ff. quẽ
admo..ſerui.amit.ſecundũ glo.in dicta.l.ſi
i agꝝ quã declara ut dixi ſupra i.xxiii.q.& ĩ
aliis locis ibi remiſſis. Tertio quõ quid ſi
agetur ad hoc ut illa uia remoueatur Dic
quod non competit actio predicta ut ſtatiz
dixi ſed poſſum ego in cuius funduz uia re
iecta eſt propria auctoritate claudere ita
quod plus iñ tranſire non poſſit per.l.quẽ-
admodum.§.ſi protectione .ff.ad.l.aquil.ar.
.l.ii.C.de allu.& ita Roſ.in dicto ti. de acti.
uie re. qui dicit ꝙ ita de facto ſepe uidemus
Et adde ꝙ dixi.s̃.in.vi.q. Quarto quero
quid ſi egit quis primo contra uicinum q̃
uiam pu.in fundũ ſuũ reiecit & fuit conſe-
cutus intereſſe ſuuz ꝑ actionem uie reiecte
an poterit poſtea claudere uiam Vide᷑ ꝙ
ſic ar.l.ſtichũ aut pamphilum.§.de loco.ff.
de ſolu.Contrariũ teneas ꝙ cũ ipſe preciuz
habuit & p̃ciũ loco rei ſuccedat.ff. de peti.
heredi.l.ſi rem & preciũ & dixi i.l.labeo.§.
ſabinus &.§.item ſi dominus de uer. ſigni.
ergo uide᷑ habere fũdũ ex quo hẽt preciũ
Vnde uiam claudere aut remouere non po
terit.& ita tenet Roſ.in loco p̃allegato. Itez
pro hoc cũ competant domino fundi duo
remedia Vnũ ad ĩtereſſe aliud ad rẽ impe
trando Vnũ alteri renũciare uidetur iuxta
notata ĩ.l.ꝙ in heredez.§.eligere.ff.de tri.
Quinto quero qd ſi aliquis reiecit uiaz
priuatã per fũdũ uicini ſui nunquid age᷑
actione predicta.& uide᷑ ꝙ non quia illa
actio eſt inuẽta ꝓ uia publica.Roſ.tamen i
ti.preallegato in fine dicit ꝙ credit ꝙ utilẽ
actionem habere poſſit & intentare etiam
negatoriã.& ſi ẽ domin⁹ fũdi da᷑ ſibi util'
negatoria uel publiciana ut.l.ſi ego.ff.đ pu
bli.directa actio nõ datur pro uia tantũ pu
blica quia tũc nõ cõcurrunt uerba & mens
legis.Facit quod nota᷑ i.l.tutori.C.de neg.
geſ.& in.l.ſi quis id ꝙ i prin.ff. de iuriſdic.
om.iudi. Sexto quero quomodo debet fõ
mari libellus in hac actione uie reiecte. Et
dic ꝙ debz formari iſto modo Corã uob &
cetera compareo ego Philippus allexãder
de uelletro contra & aduerſus. Antonium
falſepedatũ Et dico & expono ꝙ dictus an-
tonius in agrũ meũ uiam publicam reiecit
ſeu imiſit propter ꝙ itereſt mea ne uia illa
ita reiecta eſſet quare iſtũ intereſſe meum
petere ad hoc propono actione uie reiecte
Et hoc tenẽdo illã opinionẽ ꝙ cõpetat dic
ta actio.Sed tenẽdo aliã opinionẽ.ſ. ꝙ non
ſit ꝓprium nomen actionis ſicut dixi i pri
ma queſtione huius.xxiiii.q.Tunc retinea᷑
omnia in libello poſita & adiicias. & ad h°
propono actionẽ in factũ ul' utilẽ.l. aquilie
Ita dicit Roſ.in dicto titulo de acti.uie re-
iec.Sed tu dicas ꝙ hodie i utroqz caſu non
eſt neceſſe ꝙ exprima᷑ nomẽ actionis ut
notat glo.magna in.l.i.in prin.ff.de edẽ.&
ibi per doc.& nota᷑ ꝑ glo.& doc.i.c.dilecti
extra de iudi.i.c.examinata eo.ti.& tutius ẽ
ꝙ nõ ĩfera᷑ nomẽ actionis in libello ut no
tatur in dictis iurib⁹ & maxime i caſu Iſto
i quo ſunt opiniones ꝙ ſit propriũ nomen
actionis exprimẽdũ. Septio & ultimo q̃
ro quomodo debeat actor & reus formare
poſitiones in hac actione uie reiecte.Dic ſe

cundum Roffre. in titulo ſepius allegato
quia poſitiones actionis ſic fieri debẽt Ego
dico ꝙ uia publica uadit & ire debet ꝑ ta-
les partes uel recta uia publica per illam ut
uicinus reiecisti uł ĩmiſiſti per fũdũ meuꝫ
Item dico ꝙ per talẽ uiã miſſã per fundum
meũ danũ mihi illatũ ẽ & cetera. poſitores
non rei ſic fieri poſſũt. Et dico ꝙ uia publi
ca ẽ uel eſſe dꝫ per tales partes ſicut nũc eſt
Itẽ dico ꝙ ĩ partes illas ł fines ẽ fũdus tuus
Itẽ dico ꝙ per talẽ uiã publicã ita imiſſã cõ
dictio tua facta ẽ melior mõ per uiã & ſtra
tã publicã põt inde ſymonia uẽdere renũ-
tiantibus & per uiã publicam trãſeuntibus

Quero uigeſimoquinto an quilibet te-
neatur munire uł reficere uiã. Dic duplex
eſt uia Vna publica Alia priuata ut dixi ſ̃
in ſeptima. q. Primo caſu qñ uia ẽ publica
diſtingue Aut uia eſt intra ciuitatẽ & qli-
bet debꝫ munire iuſta domũ ſuã ut. l. ediles
. ff. de uia publica alias ẽ in ti. ff. de loco pub.
frui. Et ita tenet Bar. ĩ. l. per bachiniaꝫ. C. de
munẽ. conce. libro decimo Et idẽ ſi uia pu.
ẽ per burgos ciuitatis ut ẽ tex. cum glo. ĩ ℟.
ciuitates in dicta. l. ediles in tantũ ꝙ nullũ
genus hominũ excuſatur. ab iſto onere qa
non in tãtum arg. iter ſordida munera ut. l.
abſit. C. đ priui. do. angu. libro xi. & ibi per
Bar. niſi eſſet cõceſſa uacatio muneꝝ publi
coꝝ uel papalis conceſſio ut non teneatur
ad iſtud onus reficiendũ ut. l. hi qui mune-
ris. ff. de uaca. mu. & notat glo. & Bar. ĩ dicta
. l. abſit Et ideo non excuſantur etiã predia
principis ut ibi Et hoc tenet Andre. de ba-
rulo per illũ tex. & ẽ tex. in. l. ad inſtructio-
nẽ. C. de ſacroſac. ec. Itẽ nec excuſãt᷑ eccleſie
ut ibi & in aũt. de eccle. ti. §. ad hoc ſancimꝰ
coll. viiii. quia ẽ onus reale ut dicit Bar. ĩ. d.
. l. ad inſtructionẽ. Et ſic nota ꝙ res eccleſie
tenentur ad refectionẽ uiaꝝ publicarum
Non autẽ dicas ꝙ ſola eccleſia. i. ipẽ locus ſa
cer ſine aliqua poſſeſſione teneat᷑ ad iſtam
refectionẽ quia nõ tenet᷑ ſed per poſſeſſio-
nes tm̃ Et ideo fratres minores nõ tenntur
ad iſtud onus Nec ẽt eccleſie ciuitatis tenẽ-
tur ad refectionẽ uie ſeu ſtilizare iura ciui
tatis Bnonnie qa eccleſie in nullius bonis
ſũt ſꝫ parochia reficiet ſecũdum Iaco. bu. &
Bal. in dicta. l. ad inſtructionẽ Et qa iſtud
onꝰ reputat᷑ eſſe onꝰ fructuũ ut. l. ſi pẽden
tes §. ſi qd cloacã. ff. de uſu. & d. l. ediles Se-
quit᷑ ꝙ poſſeſſiones ſteriles que nihil red-
dũt de fru. non tenẽt᷑. ad iſtud onus ſecũdũ

Bal. ĩ. d. l. ad inſtructionẽ. Sed aduerte qa
glo. xvi. q. i. §. nouarũ alias ĩ. §. iuxta ĩ. ℟. no
uis collationibus in fine dicit ſingularit᷑ ꝙ
nõ tenet. l. ad iſtructionẽ. C. đ ſacro ſan. ecc.
que dicit ꝙ clerici tenent᷑ ad inſtructionẽ
itinerũ. & pro hoc uidet᷑ tex. ĩ. c. nõ minus
de immun. eccle. & ĩ cle. i. eo. ti. & hoc tenet
Hoſti. ĩ ſumma de ĩmu. ec. §. quibus Ego uõ
credo illã glo. non dicere ueꝝ qm̃ iſta ſunt
munera realia ut dicit Bar. in. l. ad iſtructio
nem & non ſunt ſordida ergo tenentur ec
cleſie ut. d. l. abſit. Nec obſtat dictꝰ. §. nouaꝝ
quia ibi dicit᷑ ꝙ eccleſia non tenetur ad no
uas collationes & ſic ad munera ſordida &
iſtã partẽ ꝙ eccleſia teneatur ad iſta onera
refectionis uiaꝝ tenet Ant. de bu. in. d. c. ñ
minus Vbi plene examinat iſtam materiã
Et ita ẽt tenet Cardi. zab. in cle. i. xvii. q. de
uita & ho. cle. dicens qđ. d. l. ad inſtructio-
nem hoc expreſſe dicit. nec aliquod ius no
uum ſpecifice cõtradicit. Vnde quod ñ mu
tatur quare ſtare prohibet᷑. l. ſancimus. C. đ
teſta. & l. precipimus in fi. C. de appella. &
allego hãc rationẽ ad idẽ quia leges ciuiles
ſunt approbate per ius canonicũ ĩ q̃tum ñ
cõtradicãt expreſſe canonibus ut ꝓbatur. x.
diſtin. ſi ĩ adiutoriũ. & ĩ. c. ſequẽti. & notant
canoniſte in. c. eccleſia ſancte Marie extra
de conſti. Et de iſta materia An eccleſia &
alii teneant᷑ ad refectionẽ uiaꝝ & pontiuꝫ
Vide per dictũ Pe. de Anch. ĩ repetõe. c. po
ſtulaſti ĩ. v. q. ex̃ de foro cõpe. Sꝫ qd ſi im
ponitur gabella pro plauſtris & curribꝰ q̃
ſoluitur ad portaꝫ pro refectione uie an ec
cleſia teneat᷑ & dicas ꝙ ſic quia aliquid ſol
uũt ex eo ꝙ plauſtra deſtruũt uias & opor
tet ꝙ cõtinue reficiãtur ex illa pecunia. Et
ideo ſicut eccleſia tenet᷑ ad refectionẽ uiaꝝ
ſecũdũ ꝙ ſupra dixi Ita ad ſolutionẽ huius
gabelle ex qua reficiũtur uie ſecũduꝫ Iaco.
butri. & Bal. ĩ dicta. l. ad iſtructioneꝫ. Dicit
tñ ibi Bal. ꝙ ad hoc nõ poſſunt cogi ꝑ ſecu
lares ut ĩ cle. i. de ĩmu. eccle. Item quid ſi
ciuitas uel uia uult facere unã uiã de nouo
& uult ĩponere onus proprie pro rebus ꝓ
dicta expẽſa uie uel põtis An poſſit ĩponi
eccleſiis. Bar. ĩ. d. l. ad iſtructionẽ dicit ꝙ nõ
ꝑ aũt. item ꝙ nulla cõmunionis. C. de epi.
& cle. niſi predia eſſent tributoria. De quo
uide per Bar. ĩ. l. placet. C. de ſacro ſan. ec.

Secũdo caſu qñ uia ẽ extra ciuitateꝫ be-
nignius tũc debet fieri refectio & inunctio
exꝓſſe cõmunis imponẽdo collectam pro

quantitatē patrimonii p.l.qui bithimiā.C.
de mu.conceſ.libro undecimo Et ibi hoc te
net Bar.hoc tamen fallit quando dominus
ciuitatis uel alius ſuperior reciperet uecti-
galia a trāſeūtibus Et tūc ſuis ſumptib9 eā
uiā deberet dominus l' ſuperior facere pur
gari & reparari nō autē ſumptibus ſubdi-
toꝝ p regulā iuris Qui ſentit on9 & cetera.
de regu.iu.i ſexto & l.ſecūdū naturā.ff.eo.
ti.& ita tenet Lo.de pla.i.l.una.C.de ale.pri
ma.libro undecimo Et pro hoc facit ꝙ nota-
biliter dicit Archidi.xxiii.q.iii.ſi quis pere
grinus Ubi dicit ꝙ iſti comites & barones
tenentur ciuitates ſuas in qbus colligūt pe
dagia & ſtratas tenere ſecuras a latronibus
alias tñtur emendare dānū depredato Et
idē ſeqꝉ Bal.in.c.i.i penultima colum.pri
cipii i ti.de his qui feu.da.po.& i.c.i.§.con-
uenticulas in ſecūda col.de pac.infir.& Fio.
in.l.i.§.ſūma.ff.de his qui deie.uel effu.qđ
ppetuo tenemēti. Secūdo cāu principa
li qñ uia eſt priuata Et hoc pōt eſſe duob9
mōis Uno mō uia.i.ius eūdi put ē ſeruitus
Et tunc conuenit ius refectionis ei qui hēt
uiā ille enim qui habet ſolum debet pati ut
.l.refectionis.ff.cūmuni predio & dixi ple
ne ſupra Secūdo modo accipitur uia priua
ta hoc ē facta ex collōibus priuatoꝝ Et tūc
idem quo ad illos priuatos quia ad eos per-
tinet refectio ut.l.ii.§.uiaꝝ.ff.ne quid in lo
publico Et hoc tenet Guil.de cu.in.l.nemi-
nem.C.de ſacroſan.ecc.& ſequitur Bar. in
dicta.l.bithimiā. Sed iuxta predicta que
ritur An ſcolaris uel qui cōduxit domū te
neaꝉ ad refectionē uie Et quidā dicūt qđ ñ
Solet allegari.§.loca & ibi tenet Sali.in.l.i
ſūma.C.de pi.Dicas cōtrariū qđ tenēꝉ ſol
uere & ſi non ſoluūt pōt uia occupari ut.l.
ediles.ff.de uia publica Et ſi ſoluūt ſoluent
expenſis locatoris quia locatori imputabūt
in pēſione per actionē ex eo contractu ſe-
cundū Pe.& Cy.in dicta.l.in ſūma & Bar.
in dicta.l.ediles.Et ita tenet etiā Albertus đ
roſa.ſecūdū Odoſ.in ſuo opere ſtatutoꝝ in
prima parte q.cxxxvi.que incipit Statuto
cauetur Ubi uult qđ ſi eſt ſtatutum qđ qs
āte domum ſuā teneatur ſoligare ſub certa
pena qđ in qlinus ſoluēdo imputat locatōi
& idē tenet dñs Pau.in.l.ex conducto i pri-
cipi.ff.loca & nō.ſi.l.pēdētes.§.ſi qd cloacā
.ff.de uſufr.Et idē tenet Roſ.in libellis ſuis
iuris ciuilis in titu.de offi iudic.quo phibe-
tur ne aliqd fiat i uia publica i fi.q dicit qđ
ad hoc competit officium iudicis p dictā.l.
ediles circa finem.Et de iſto officio iudicis
Dic ut per eū i dicto ti.& .j.diceꝉ. Itē qd
ſi eſſet emphiteota ſeu liuellarius An tene
atur reficere uiam publicaʒ ante domū ſuā
emphitheoticā.Dicas ꝙ ſic & expenſis ſuis
ut.l.ii.circa pricipiū i ꝟ.publicaꝝ functio
num.C.de iure emphite.& ibi hoc ponitur
per Albertū de Roſa.i.d.q.cxxxvi.Et dicit
idem de uaſallo.Et ē notādū quia iſti dicū-
tur habere utile dominiū ut.l.i.§.i.ff.ſi ager
uecti.uel emphi.pe.c.i.ibi ſi rei auteʒ & ibi
notaꝉ in ti.de uen.de re alie.facta & nō.gl.
in.l.ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculum.ff.cō
mod.& in.c.cum bertoldus de re iudi.Item
quid de uſufructuario An teneatur ad re-
fectionē uie.Dic ꝙ ſic ut.l.ſi pendentis.§.ſi
quid cloacam.ff.de uſufr.Et uide ꝙ ibi nota
tur & i.l.atheñ.eo.ti.& in.l.qui concubinā
.§.qui ortos.ff.de le.iii.& ꝙ nō.Bar.in.l.his
uerbis.§.idē reſpondit eodē ti.& in.l.fi.ff.đ
uſufruc.le.Ubi omnino uiđ quod intellige
niſi poſſeſſiones eſſent ſteriles i qbus habe
ret uſumfructū ut.ſ.dixi poſt principium
huius.xxv.q.principalis. Itē quid de ma
rito qui hēt fūdū dotalem iuxta uiā publi-
cam q̄ debet refici.Dic ut habeꝉ in.l.iii.§.i.
.ff.de impēſis Et adde qđ ſtati dicā. Iteʒ
quid ſi aliqs habitat i domo gratis an tenea
tur ad refectionem uie.Dic qđ ſic ſi rfectio
puta purgatio ptinet ad utilitateʒ momēta
neam.Sed ſi ad perpetuā ſecus.Et ita uult
dicta.l.iii.§.i.& ita tenet bar.ī.d.l.ediles.ff.
de uia publica Ego puto quod ſi refectio dʒ
durare p tempore quo habitare dʒ gratis l'
maiori teneatur alias non per dictā.l.iii.§.i
& qđ ibi nō.bar.& ang.l.diuortio.§.quod i
anno & quod ibi notaꝉ.ff.ſolu.matri. Itē
an teneatur quis reficere uiam ſi prius uult
cedere domui q̄ habet iuxta uiam.Viđ bal.
in addi.Specul'.ti.de cenſi.& uide que dixi
ſupra de puteo ꝟ.ſed pone quod quedaʒ cō
munitas.Et per ibi dicta determina etiam
iſtam.q. Item querꝉ quid ſi uia publica
nō eſt deſtructa ex antiquitate uel caſu ſʒ
aliquis ipſam exarauit ſeu aliter deſtruxit.
An uicini teneāꝉ reficere.dicas qđ nō ſed
ipē tantū qui eam deſtruxit ut eſt tex.in.l.
ſi in agrū in fine.ff.de uia publica. Sʒ qd
ſi ille nō eſt ſoluēdo.Dic qđ uicini cogunꝉ
ut nō ibi glo.ſingularis argu.dicte.l.ediles.
.§.cōſtruant &.l.ii.§.uiaꝝ.ff.ne quid i loco
publico Et dicit Lod.de ro.in quodam ſuo

ſingulari qd' incipit Dic mihi uiam deſtru
ctã & cetera .qd' illa glo.ẽ ſingularis & nõ
ẽ alibi Itẽ adde quia ſepe dictum eſt qd quis
tenetur reficere uiã i ciuitate l' burgo Nam
intelligitur quaten⁹ ꝑtẽdit latitudo dom⁹
ſue Ita Ang.i.l.ſingl'aꝶ i fi.C.d' edifi.priua.
ul' quatenus ꝑtẽdit latitudo cui⁹ꝯqꝫ fundi
qui ſit in ciuitate uel burgo uerſ⁹ dictã uiaꝫ
publicam arg.l.iter eos.ff.de acqui.re.do.&
p.l.adeo.§.inſula eo.ti.& inſti.de re.diui.§.
inſula.Et dixi cuiuſcũqꝫ fundi quia qcũqꝫ
fundus ſit in ciuitate ul' burgo idẽ iuris eſt
ſiue ſit domus ſiue ſtabulũ ſiue ortus & ſi
ue ſit fũdus ruſ.ſiue urbanus qm̃ in urbe &
i burgis põt eſſe fundus ruſticus qa ñ locus
ſꝫ materia facit p̃diũ urbanũ.l.urbana pre
dia.ff.de uerbo.ſigni.

Q uero uigeſimoſexto.aliquis uult refi
cere uiã publicam an poſſit & qũo.De prio
dic licet aliquis faciat i publico tñ põt ut.l.i.
.ff de uia publica & iti.pub.re.& notat ibi
glo.in ꝶica patet ex his q̃ dicta ſunt i dua
bus queſtionibus p̃cedẽtib⁹ Et neduꝫ quis
põt uiã publicã reficere ſed etiã purgare re
fectionis portionẽ ut.d.l.i.§.ſed & purgare
quod nota pro ſtatutis loquẽtibus de refec
tione uie ut comprehendatur etiam purga
tio ſicut eſt auferre lutum ex uia publica Et
purgari ꝓprie dicitur ad libramentũ ꝓpri
um dirigere ſublato eo quod ſupereſt Et li
bramẽtũ capitur pro modo & pulchritudi
ne ut ẽ tex.cum glo.i dicta.l.i.§.purgari &
ex eo quod dictum ẽ ſublato eo quod ſup
ẽ. Nota ꝙ ille qui tenetur purgare uiaꝫ
ñ ſufficit ſi auferat lutũ ex uia publica in
medio & proiciat i ptib⁹ l' in lateribus uie
qm̃ tenet' in totũ auferre de uia ut dicto.§.
purgari quod nota.Itẽ etiaꝫ reficere dicitur
& qui aperit & qui purgat oẽs oio.& qui in
preſtinũ ſtatum reducit ut dicta.l.i.§.refi
cere. De ſecundo dic qd ille qui uult refi
cere uiaꝫ publicã debet ad ueterẽ latitudinẽ
reſtituere ut dicta.l.i.§.i.& non debꝫ latio
reꝫ & neqꝫ lõgiorẽ neqꝫ altiorẽ neqꝫ humi
liorẽ ſub nomine refectionis facere nec in
uiã terrenum glaream ponere aut ſternere
uiaꝫ lapide que terrena ſit uel contrario de
ſtrata terrenã facere ut eſt tex.i.d.l.i.§.ſi qs
i ſpecieꝫ & in effectu ſub ſpecie refectiois ñ
põt quis uiaꝫ deteriorẽ facere ipune imo ꝓ
hibendus eſſet ut dicto.§.ſi quis in ſpecieꝫ
& ibi etiã uide p glo.& doc.ubi predicta ꝟ
ba declarantur.

Q uero uigeſimoſeptimo.Si quis uult r̃
ficere uiam publicã & ab alio ĩpeditur qua
actiõe agetur i ĩpedientẽ.Dic interdicto de
uia publica & itinere publico reficiẽdo.Et
iſtud ĩterdictũ perpetuo datur & oib⁹ & ĩ
oẽs & hẽt cõdẽnationem ĩ id quod actoris ĩ
tererit ut dicta.l.i.§.fi.

Q uero uigeſimooctauo ad hoc ut iſtud
ĩterdictum competat cõtra ĩpediẽtẽ reficer̃
uiã q̃ ſint neceſſaria.Et Roſ.in.libellis ſuis
ĩ titulo ſi aliquis uult reficere uiã publicam
alias ĩ ꝶica & ĩterdicto ſi uia publica reficit'
i prin.dicit ꝙ quatuor ſunt neceſſaria.Pri
mũ ẽ ꝙ uia illa ſit publica uel iter publicũ.
Secũdum ꝙ aliqſ uelit reficere.Tertium ꝙ
reficiẽdo nõ mutet' ſtatus primitiuus uie
publice.Q uartuꝫ ꝙ alius te impediat nolẽ
tem reficere uel purgare uiam publicã.Et
hec quatuor ꝓbãtur i.d.l.i.ff.de uia pub.&
ĩti.pub.re.

Q uero uigeſimonono Q uomodo d̃beat formari libellus ĩ iſto interdicto & Roſ.
in ti.preallegato dicit ꝙ debet formari ſic.
Corã uobis & cetera cõpareo ego Tici⁹ &
cõqueror de Sẽpronio quia me uolentem r̃
ficere uel purgare uiã publicã uel locũ pu
blicum me prohibuit & peto intereſſe ꝓ
tali uiolẽtia uel iniuria & ago ꝯ ip̃m.Et ad
hoc propono actionẽ ĩ factuꝫ ſubnegatã in
loco ĩterdicti d' uia publica & itinere pub.
reficiẽdo uel ip̃m ĩterdictũ ut.l.i.ff.eo.ti.Si
autẽ ꝓpter illã refectionẽ uertitur ſpetialiſ
& ꝓpria utilitas actoris põt libellũ cõcipe
re mõ predicto & ei addere ſic.Et qa iterẽ
mea ſpecialiter ꝓpter domũ meã nõ eſſe ꝓ
hibitũ Ideo illud meũ ĩtereſſe peto & ad hᵒ
ꝓpono ĩterdictũ predictũ ul' predictã acti
onẽ i factũ ſubrogatã loco eius & ꝙ tale in
tereſſe poſſit peti dixi ſupra i.q.xxvii.i fi.

Q uero.xxxᵒ.Q uomõ debeant forma
ri poſitiões actoris & rei ĩ iſto iterdicto &
dic ꝙ poſitiones actoris ita fõmari dñt.Ego
Ticius dic ꝙ uia illa uel locus ille de quo q̃
ſtio ẽ publica Itẽ ꝙ locus ille uel uia illa in
diget refectiõe Itẽ ꝙ reficiẽdo antiqum ſta
tum retinebam Item ꝙ me ꝓhibuiſti & ad
huc ꝓhibes.Iſta colligũt' & ꝓbãt' i.l.i.ff.d'
uia publica & itinere publico r̃ficiendo &
patet ex ſupradictis.Poſitiones uero rei ſic
formari poſſunt.Ego Sẽpronius dico quod
locus ille de quo ẽ queſtio ẽ Ticii & ponan
tur cõfinia ita ut appareat ip̃m nõ eſſe locũ
publicũ.Itẽ dico ſi erat uia pub.ꝙ reficiẽdo

uolebas & ius facere uiã publicam latiorez lõgiorẽ altiorẽ & humiliorem q̃ ante fuerat. Itẽ ꝙ Sei⁹ tantũ tibi itulit uiolẽtiã. Vnde ego Sẽpronius debeo abſolui quia ſi tm̃ ille Sei⁹ itulit uiolẽtiã ergo null⁹ ali⁹. Et he poſitiones ponũtur ꝑ Roſ. in dicto libello de iterdicto de uia publica reficiẽda & ꝓbãt̃ i. l. i. ff. eo. ti. & ex his que dicta ſũt ſupra Et hec oĩa que dicta ſunt. xxv. q. nõ. diligẽter qa ponunt matiã r̃fectionis & addũt his que dicta ſunt ſupra i li. precedenti i ti. de refecttione. Q uero. xxxi. qd ſi aliqs ponit aliqd i uia publica uł edificat ł imittit eo caſu quo nõ põt iuxta ea q̃ dixi ſupra i. xi. q. cũ quatuor ſequẽtibus quo iure aget̃ contra ipm̃. Dic iterdicto ne quid i loco pu fiat ut. l. ii. §. i. & §. ait pretor & §. pretor ait. ff. ne quid i lo. pu. Et iſtud iterdictũ ꝓditũ ẽ ne quid in loco publico. Et iſtud interdictum ẽ. uel uia pu. uel iti. publico. Et ſi factũ fuerit ꝙ tollatur ut ibi. Et ſic iſtud iterdictũ ex prima pte ẽ prohibitoriũ ex ſecũda reſtitutoriũ ut. d. l. i. i prin. & §. hoc iterdictuz & §. ait pretor. Vel ſecũdũ Ioh. ſunt duo interdicta. Vnũ ꝓhibitoriũ. ſ. ne fiat. Aliud reſtitutoriũ ſi factũ fuerit tollatur ut notat Roſ. in libellis ſuis in ti. de interdic. ne qd in loco upblico.

Q uero. xxxii. Siue ſit unũ interdictuz ſiue duo que ſint neceſſaria ad hoc ut ut iſta iterdicta dentur. Dic ſecũdũ Roſ. ꝙ nouẽ ſũt neceſſaria. Primũ ẽ ꝙ uia illa ł locus ille ſit publicus Q ualr̃ autẽ uia dicat̃ publica uel priuata aut uicinalis uide in. l. ii. §. uia ꝑ & §. uicinales. ff. ne quid i loco pu. & dixi ſupra in ſeptima. q. Secũdũ ꝙ ponat̃ aliquid in loco publico uel uia publica ut habet̃ in dicta. l. ii. Et in hoc tu adde etiã ꝙ licet non edificez in uia ſed edificem in meo dũ tam̃ edificiũ i meo factũ noceat in uia ſufficit ut habeat locũ hoc iterdictũ ut dicta. l. ii. §. ſi quis i ſuo & ibi hoc notat Bar. & uide etiaz Bar. i. l. quo minus i. iii. q. ff. de flumi. Tertium ꝙ nõ ſit appoſitũ de licẽtia pricipis uł alterius habẽtis ad hoc poteſtatẽ ut dicta. l. i. i pri. Q uartũ ꝙ ſi ẽ poſitũ cũ licẽtia pricipis ł alteri⁹ fiat deterior ut dicta. l. ii. § merito & §. ſi qs a pricipe. Q uintũ ꝙ iſte qui agit hoc iterdicto ñ habeat edificiũ i publico ſine licẽtia ſupioris alioqn non aget ut dicta. l. ii. §. itẽ ait ſi in publico. Sextum ꝙ id quod ẽ poſitũ ſtatim noceat uel nocere poſſit ut dicta. l. ii. §. deide ait pretor. & ibi

declaratur qñ uia dicatur fieri deterior. Septimuz ꝙ ad hoc ut tollatur neceſſe ẽ ut noceat edificiũ & ſi melius ſit ñ toller̃ ne urbſ ruinis deformetur ñ tollere dico niſi publicus uſus ĩpediatur ut. d. l. ii. §. ſi quis neminẽ ut. l. fi. eo. ti. Itez ſi nõ tollit̃ per interdictuz tollit̃ tñ officio iudicis ut. d. §. ſi qs neminẽ & d. l. fi. Octauũ ꝙ locus publicus fiat deterior. & tũc locũ habet interdictũ. Sed ſi eſſet locus priuatus alteri⁹ tunc haberet locum utile iterdictũ ut. d. l. ii. §. eiu qui & §. merito. Nonũ & ultimũ ſufficit quãtuz ad hoc ut habeat locũ iterdictũ ſiue ipe poſuit ſiue ab alio poſitũ ſit ut. d. l. ii. §. hoc interdictũ. Sed cõtra predicta oppõit̃ & uidet̃ ꝙ aliquo modo nõ habꝫ locũ hoc iterdictũ Naz licitũ cuilibet edificare & imittere in loco pu. ff. de acqui. re. domi. l. ſtatuas. ſo. uerum eſt qñ ponunt̃ ſtatue ſed non in loco pu. uel ſi ſunt poſite i loco publico non ipediebatur locus public⁹ & ideo qd' poſitum ẽ tũc non remouetur. Q uero. xxxiii. q° modo formet̃ libellus in hoc interdicto qñ quis edificabit i uia publica uel aliqd imiſſit uł edificare aut imittere uult. Et in hoc duo caſus principaliter ſunt de per ſe conſiderãdi. Primus ẽ qñ ex hoc ledit̃ uia pu. uł iter publicum. Secundus eſt qñ ꝓpria utilitas tm̃ ledit̃ puta qa lumia tua obſcurata In primo caſu libellus poteſt duob⁹ modis formari Vno mõ qñ quis uult edificare uł aliquid imittere i uia publica & petitur qđ nõ imittatur uel fiat. Alio mõ qñ id quod i uia publica factũ ẽ petitur ut tollat̃. primo modo poteſt ſic formari libellus ſecunduz Roſ. i loco preallegato. Coram uobis &c̃. ↄpareo ego Ticius & dico ꝙ talis uult poner̃ i uia publica cuius tales ſunt confines tales tale quid propter quod uia publica deteriorat̃ uel deformat̃ puta faciendo pontem. Vnde peto ipꝫ ꝓhiberi ne ponat & ad hoc ꝓpono actionẽ i factũ ſubrogataz in locis i terdicti ne quid i loco pub. Sed uide ꝙ iſta forma libelli non ẽ bona quia ꝑ hoc iterdictum agit̃ ad itereſſe ut. l. ii. §. hoc iterdictuz ff. ne quid in loco pu. quod intereſſe nõ põt eſſe cum mihi factum ſit & agatur ut ñ fiat & ꝓpea dicit Bar. in. d. §. hoc interdictũ ꝙ iſtud iterdictum nõ põt ꝓponi niſi quãdo aliquis incepit edificare ita ꝙ habꝫ aliquid inſtar opis ut. l. ſtipulatio. §. opus. ff. de noop. nũ. Ideo tũc põt agi ne fiat ad intereſſe pro eo quod factuz ẽ. Et ita debet intelligi

dictus.§.hoc interdictũ Et iſta materia facit pro hoc.l.harũ &.l.egi.& qđ ibi notat᷑ .ff.ſi ſerui.uen.Et iõ ſecũdũ Bar.in dicto.§.hoc interdictuȝ debes formare libellũ iſto mõ Dico ꝙ talis incepit edificare ĩ tali uia publica ſeu in tali loco publico propter ꝙ uia publica ſit deterior ꝉ iter publicũ deterius Quare peto ĩpm ꝓhiberi iſtud opus facere & cogi ad cauẽdũ ne fiat & ĩpm condẽnari ad intereſſe meũ ꝓ eo ꝙ factũ ẽ ut ꝓbat᷑ in.d.§.hoc interdictũ & ĩ.§.ſi quis neminem.in dicta.l.ii.ff.ne quid in loco publico Et de iſta cautione uide tex.cũ glo.v.ibi &.l.penꝉ.eo.ti.& notat᷑ in dicta.l.haruȝ & dicta.l.egi.& nõ.per Bar.in.l.ſi prius.ff.de no.oper.nũci.Alio mõ quãdo qs edificauit & unus uult petere ut edificiũ uel ĩmiſſum in uia publica tollat᷑ põt ſic formari libellus Coram uobis &c̃.cõpareo ego Ticiꝰ & dico ꝙ Sẽpronius poſuit tale qđ in uia publica ꝓpter ꝙ eſt effecta uel deformeta quare peto euȝ cogi & cõpelli ad tollendũ & reſtituendum & ad hoc propono dictaȝ actionẽ in factũ &c̃. In ſecũdo caſu pricipali q̃do ex edificio uel immiſſo in loco publico leditur tãtũ priuata utilitas puta qa lumina tua obſcurãtur debes ſic formar̃ libellum Corã uobis &c̃.cõpareo ego Ticiꝰ contra & aduerſus Semproniũ Et dico ꝙ ĩpe tale quid in põte uult ponere uꝉ poſuit uel in uia publica uel in alio loco publico cuius tales ſũt confines & ꝙ lumina mea obſcurãtur Vnde ne id fiat ago cõtra ĩpm intelligendo ſecũdũ ꝙ dixi ſ̃ ſecũdũ Bar. Vꝉ ſi iam fecit dicas ago ꝙ remoueatur & ad id pono utile interdictum ne quid in loco publico Et dixi utile interdictum & nõ directũ per.l.ii.§.eũ qui.ff.ne quid in loco publico & per id ꝙ dixi in.q.precedẽti i ꝶ.yiii.

Sed contra iſtam ultimam formaȝ libelli opponitur & uidetur ꝙ nõ poſſit de iure agi.Nam lumina tua poſſũ obſcurare ut.ff.đ ſerui.ur.predi.l.ſi binaꝝ &.C.de ſeruitu..l.altius Sed reſponde ſecũdũ Roſ.ĩ prealle gato titulo de interdicto ne quid ĩ loco publico ante finem ꝙ lumẽ quod habeo a tuo loco priuato põt obſcurari cũ non debeas ſeruitutem ut dictis iuribus Sed ſi habeo a loco publico lumẽ ſecus ẽ quia tũc obſcurari non põt ut.ff.de dam.infec.l.fluminuȝ.§.ultimo &.l.proculus quod ẽ notanduȝ De hoc tamen intellige quando uis tollere mihi lumẽ quod habeo ex publico edificãdo ĩ loco publico quia tu non potẽs dãdo mihi damnũ etiam habita licentia a principe qa illa licẽtia ĩtelligit᷑ ſine damno ut.l.ii.§.merito &.§.ſi a principe.ff.ne qđ ĩ loco publico.Sed ſi edificares ĩ loco tuo proprio non debente mihi ſeruitutẽ põt mihi auferri lumen ꝙ habetur etiã ex publico.ut.d.l.altiꝰ &.l.ſi binaꝝ quod bene nõ.Et addas his q̃ dicta ſunt in libro precedenti in materia ſ̃uitutis luminum & ne luminibus officiat᷑ Sed aduerte quia Bar.in dicta.l.ii.§.hoc interdictũ.el.ii.ff.ne quid ĩ loco publico põit aliter materiã libelli.Naȝ dicit quod debet ſic formari Dico cotra talem ꝙ ipſe habet. & tenet tale edificiũ quod eſt factum ĩ uia publica propter quod dicta uia ſit deterior in tanta q̃titate & ẽ ueriſimile me damnificari in futurũ in tantum Quare pẽto ĩpm condemnari ad tollẽdũ ipſum opus & ad r̃ſtituẽdã ipſaȝ uiã in priſtinũ ſtatũ & ĩpȝ mihi cõdemnari ad quãtitatem predictã cũ tantuȝ ĩterſit mea dictũ opus factũ nõ eſſe & quatenꝰ mea ĩtereſſet pẽdẽte iudicio.& hec forma procedit ſi is tenet edificiũ ĩ uia publica qui fecit Sed ſi tenet aliꝰ tunc debȝ concludi aliter uidelicet ꝙ põt preſtare patientiam deſtruẽdi operis & ꝙ cõdemnet᷑ quatenus actoris ĩtereſt pẽdẽte iudicio ex eo ꝙ denegat preſtare dictam patiẽtiã per notata ĩ.d.l.ii.§.hoc interdictum el primo. Alii dicũt ſecũdũ bar.ꝙ hoc operat᷑ ĩterẽẽ totius populi ꝙ ſibi nõ placet quia ſecũdũ hoc nõ poſſet conſtitui ꝓcurator ab actore quod eſt cõtra.§.penultimũ Sed pro intereſſe publico debet ĩtentari actio a ſindico cõmunis Et hoc ẽ ꝙ dicit tex.in.d.l.qui interdictũ el primo qđ actoris ĩtereſt & iõ refert ſe ad intereſſe actoris nõ populi.

Quero preterea triceſimoquarto loco quomodo formari debeant poſitiones actoris & rei ĩ hac materia & ĩ hoc ĩterdicto.Et dic qđ poſitiões actoris ſic formari poſſũt Compareo & dico qđ uia illa eſt publica ſiue locꝰ ille eſt publicus cuius tales ſunt confines &c̃.Item quod aliquid imiſiſti uel uis ĩmittere ſine licentia pricipis uel ſuperioris.Item ꝙ licet princeps tibi cõceſſit edificare uel aliqd imittere in uia publica uel loco publico per talem ĩmiſſionem uel edificationem incõmodatur uſus meus ſeu domus mee Item q ꝉ ego qui ago hoc ĩterdicto omni careo edificio poſito ĩ loco publico Itẽ qđ id qđ impoſuiſti uel imponere uis

nocet uel nocere pōt loco publico Item ꝙ i poſuiſti uel uis imponere eſt aliud quam domus. Item quod in illa domo ſi q̄ edificaſti in publico nocet multum loco publico Item quod ſupra locum publicum pontem poſuiſti. Item quod opus factū i loco publico tu poſſides. Item quod tuū opus ꝙ feciſti in loco pu. lumē ꝙ habebaȝ in loco publico abſtulit mihi. Poſitiones rei ſic fieri poſſunt Cōpareo &c̄. & dico ꝙ locus ille uł uia illa eſt uicinalis uel priuata. Itē ꝙ illud qđ īpoſui uel īponere uolo feci cū auctoritate pricipis & ecce priuilegiū. Itē qđ id qđ ipoſui uel i ponere intēdo cū priuilegio eſt ſiñ icōmodo alterius. Itē qđ is qui ꝓponis hoc interdictū edificaſti in loco publico. Itē quod id quod edificaui eſt domus & ſine icōmodo alicuius loci priuati uel publici Item qđ opus predictum deſii poſſidere ſine dolo uel culpa. Itē qđ lumē tuū qđ per edificiū obſcuraui habebas a loco meo prato. Et de hiis poſitionibus habes per Roſ. i ti. ſi aliquis ponit in uia publica. ał eſt de iterdicto ne quid in loco publico & colligūtur ex hiis que dixi s̄. in. xxxii. queſtione

Quero trigeſimoquito Dictum ē ſupra in octaua. q. qđ ē licitū regularit̄ ire ꝑ uiā pub. & agere & ducere plauſtrū qđ ſi quis impediatur ab aliquo publico qui ꝓhibere nō pōt quo remedio ei ſuccurretur. Dic qđ ē ꝓditū ſup hoc interdictum ut liceat ire ł agere ꝑ uiā publicā ut. l. ii. §. fi. ff. ne quid in loco publico Et non reperitur alibi de iſto interdicto niſi ibi ſeūdū Roſ. i ti. ſi aliquis uult ire per uiam publicam alias ē in ti. de interdicto ut liceat ire agere ꝑ uiā publicā Et de illo fit etiam mentio ꝑ glo. in ti. ff. ne quid in loco publico. Et ad hoc ut cōpetat iſtud interdictuȝ iſta ſunt neceſſaria. Prim quod uia illa ſit publica Et qualiter dicat̄ uia publica dixi. s̄. i ſeptima. q. Secūduȝ qđ ille qui uolebat ire agere ꝑ uiām publicā ꝓhibitus ſit ut dicta. l. ii. §. fi. Si enim ꝑ uiam priuatā aliquis uult ire agere debet negatoria ut. l. ſecūda. ff. ſi ſui. uedi. & dicā i ſeqnti queſtione principali.

Cira iſtud interdictum Prio quero quō debeat formari libellus. Dic breuiter Ego dico qđ talis me uolētē ire agere uel ducere tale quid ꝑ uiam publicam ꝓhibuit & ꝓhibet Quare peto ꝓnūciari & ipm cogi qđ me ñ ꝓhibeat. Et ad hoc ꝓpono īdictum ut mihi liceat ire agere uel ducere per uiaȝ publicā uel actionē i factū ſubrogatā i loco eius ut dicta. l. ii. §. fi. Secūdo quō quō forment̄ poſitiones i hoc iterdicto. Dic breuit̄ ꝙ poſitiones actoris ſic formātur Ego dico ꝙ talis uia ē publica. Itē ꝙ ibā per illā uiam Item ꝙ ꝓhibuiſti & me prohibes uolentē ire uel agere uel tale quid ducere per illam uiam publicā. Poſitiones rei ſic fiūt ecōtra Ego dico ꝙ illa uia ē priuata. Iteȝ ꝙ illa uia eſt mea. Item ꝙ ticius tantū tibi itulit uiolētiā & nō ego. Tercio quero circa predicta qđ de his qui colligūt pedagia ab his q uadūt per uiam publicā an poſſint de iure prohiberi colligere ſeu exigere per hoc interdictū Et Roſ. i preallegato ti. dicit quod credit qđ ſic Impediūt eni euntes per uiaȝ publicā Vnde faciūt cōtra iura niſi habeāt priuilegiū a principe. C. noua. uec. inſti. nō poſ. l. i. ii. & iii. C. de uecti. l. certū Vnde nec ciuitas per ſua ſtatuta pōt hui⁹ modi pedagia imponere. C. no. uec. inſtitu. no. poſ. l. uectigalia nec aliq nobiles poſſunt impedire iter agentis niſi habeāt priuilegiū a pricipe. Et a pricipe ñ debet ꝯcedi niſi patria ſit tenuis qa tūc de facili cōcedit̄ priuilegium ut. l. ii. eo. ti. lȝ de facto cōtrariū faciāt ciuitates & nobiles et potētes ſecūdū euȝ. Et de iſta materia uide plene per Bar. i. d. l. uectigalia q̄ cōmuniter nō repit̄ in lectura & per Bal. in. c. i. i ti. q̄ ſint rega. i uſi feu.

Quō quarto qa ſepe dictū ē qđ agi pōt ꝑ uia publica an ad hoc ꝓ agētem poſſit cōſtitui ꝓcurator. Et i hoc diſtigue Aut agit̄ ꝑ priuato cōmodo & itereſſe & pōt ꝓcuratorem cōſtituere. l. licet in popularibus in prin. ff. de ꝓcura. ubi loquit̄ ēt de uia publica & notabiliter i. l. ſi quis ꝓ eo i fi. ff. de fideiuſ. Aut agit ꝓ cōmodo & itereſſe publico tm̄ Et tūc ante litem cōteſtatā nō poteſt ſed poſt ſic ut. l. penulti. ff. de po. act. & nō. in. d. l. ſi quis pro eo i fi. Quinto quō nūquid ꝓ tali cauſa poſſit accedere fideiuſ. Diſtingue ut dictū ē de ꝓcuratore ut habetur per tex. & gl. & doctores in. d. l. ſi quis ꝓ eo in fine.

Quō. xxxvi. & ultimo quomodo đbeat libellus formari ſup uia priuata qñ dicitur quod debet̄ ſeruit⁹ uie. Vide ꝑ dñm Petr. Iacob. de ſācto miniato i quadā ſua ſumma ſeu practica q̄ đ libellis cōpoſuit āno. cccxi a qua ſumpſit originē alia practica nouella Iohannis petri de Papia licȝ de ea nō faciat mentionē qui dicit ꝙ pōt ſic formari. Corā

uobis comparet talis &c̃. & dicit & ꝓponit cõtra Martinum ut cũ dictus actor eſſet i quaſi ſeruitute uie ꝑ talẽ fũdũ Martini & ad talem uineã i pius actoris dictus Martinus i pm actore ꝫ per uim uel dolo malo deiecit de ꝑdicta quaſi ſua poſſeſſione Quare petit ut dictã ſuã quaſi poſſeſſione ꝫ reſtituat uobis dño iudici ſuplicãdo ut dictum reum ad reſtituẽdã dictã poſſeſſionẽ l' qua ſi ꝑ ueſtram ſentẽtiã cõdemnetis Vel dicas ita ſicut hodie cõſueuit Quare petit ꝑ uos & officiũ ueſtru ꝫ ꝙ ſi i cõſeqnter expediat principaliter iplorat quaten⁹ denuncietis & declaretis i pm Mrrtinũ teneri & obligatu ꝫ ẽẽ ad mihi r̃ſtituẽdã dictã q̃ſi poſſeſſionẽ uie & ip ꝫ cogatis & iuris r̃mediis cõpellatis ad reſtituãdã dicta ꝫ quaſi poſſeſſionẽ uie & predicta forma libelli procedit quãdo quis eſt expulſus ꝑ uiolentiã d̄ poſſeſſione uel quaſi & de expulſione uie principaľr cõqueritur. Si aũt principaľr de expulſione uie nõ cõqueriť ſed quia ipediť ꝙ ñ poſſit uti libere uia quia in ea turbať tunc poſſet agere iterdicto uti poſ. iuxta notata i .l.i.C. uti poſſi. Et uide circa predicta q̃ nõ. Bar. i .l. ſi prius .ff. de no. op. nun. & nõ. per doc. i .§. eque inſti. de ac. Et quia dixi quod etiam quando uia turbatur põt agi & intẽtari interdictũ uti poſſ. Quero quomodo debet formari libellus i caſu. Et dicit domi. Petr. iacobi in ſua practica i ti. ſup ſuitute uie principaľr turbate dicit quod debet ſic formare libellus Dñe iudex ego cõqueror de Petro quia cũ eſſem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis uie ꝑ fundum Petri puꝫi cuius tales ſunt cõfines &c̃. & talem uineam ipſe turbat & impedit me & uim mihi facit in ꝑdicta quaſi poſſeſſione nec ꝑmittit me uti uia ꝑdicta Quare ago cõtra eum & peto ne me i ꝑdicta quaſi poſſeſſione turbet nec in ea ui ꝫ mihi faciat uobis dño Marco iudici ſupplicando ut codemnetis i pm Petrum puꝫi ut deſiſtat a dicta turbatione & uiolẽtia & ꝙ decetero amplius me nõ turbet ut probať in .l. i pen. ff. de ſerui. Quidã tñ dicũt ſecũdũ eũ ꝙ iſte libellus nõ ꝓcedit qa ꝓ ſuitute uie turbate nõ cõpetit itdictum uti poſſi. ex eo quia ꝓmiſſũ ẽ de ea tuenda ſpecialiter ꝑ interdictũ de iti. actuq ꝫ priua. Et iſti dicũt ꝙ nec ꝓ ſeruitute aqueductus cõpetit iterdictũ uti poſſi. quia ſatis de hoc ꝓuiſũ ẽ ſpecialiter ꝑ itdictũ de aqua quoti. & eſti. & de riuis & de font. nec etiam pro cloacis cõpetit. ff. uti poſ. l. i. in pri. quia ſpecialiter eſt prouiſum ꝑ interdictũ de cloa. Et lic ꝫ dicta .l. pe. ff. d' ſerui. idiſtincte dicat ꝙ per ſeruitutẽ uie & ꝑ aliis ſeruitutib⁹ cõpetunt interdicta quaſi poſſeſſoria Attamẽ glo. ibi exemplificat de iti. actuq ꝫ priua. S ꝫ prefatus do. Pe. Iacobi. dicit i loco ꝑallegato ꝙ uideť poſſe dici cõtrariũ uidelic ꝫ ꝙ imo etiã iterdictũ uti poſ. competat pro ſeruitute uie quia lex. pene. ff. de ſerui. indiſtincte loqtur. ſ. ꝙ cõpetant interdicta quaſi poſſeſſoria. ergo idiſtincte debent intelligi etia ꝫ de iterdicto uti poſſ. & ſiľr glo. etiam i fine loquiť idiſtincte. l. i. in prin. ff. uti poſ. & in .l. i. §. ſi. ff. de ſupfi. nec uideť ſecũdũ eum ꝙ de iure una actio ſeu unum iterdictũ tollat aliud ſi materia ſic aperta ordinaret exp̄ſſe cõtrariũ ſicuti expreſſe dixit ꝙ ꝑ cloaca nõ cõpetit interdictũ uti poſſi. ut. d. l. i. i pri. ff. uti poſ. Bar. aũt i dicta .l. i. in prin. i hoc articulo an ꝓ ſeruitutib⁹ cõpetat iterdictũ uti poſ. utile diſtinguit Nam q̃dã ſunt ſeruitutes que habent cauſam continuã & ꝓ illis competit iſtud iterdictũ utile uti poſ. ut. d. .l. pe. ff. de ſeruit. & .l. i. in ſi. ff. ſi ſerui. uen. & .l. ſi forte. §. ſciendũ eo. ti. & .l. arbor. ff. cõi diui. Quedã ſunt ſeruitutes q̃ nõ hẽt cãm cõtinuã ut iter & actus & pro iſtis non competit hoc iterdictũ ſ ꝫ recurrimus ad iterdictũ. l. i. ff. de iti. actuq ꝫ priua. Et Bar. i effectu tenet opy. gl. in. d. l. pe. ſ. ꝙ ꝓ ſeruitute uie turbate nõ competat iterdictũ uti poſ. etiã utile ſed iterdictũ de iti. actuq ꝫ pri. ꝙ nõ. ſ. ut ſcias formare libellũ qñ turbať i poſſeſſiõe ſeruitutis uie uel alterius ſeruitutis.

De Seruitute Aqueductus ruſtica.

SERVITVS aqueductus. eſt ius ducẽdi aquã ꝑ fũdũ alienũ ut .l. i. §. aqueductus. ff. de ſer. ru. predi. & inſti. de ſerui. a q̃du. & nõ. Azo i ſumma Et diciť hec ſeruit⁹ ius ruſticoꝝ ꝑdioꝝ inſti. eo. i prin. & de reb⁹ cor. & icor. in ſi. & .l. in prin. ff. de ſer. ru. pre. & ꝓpterea ruſtica ſeruitus appellať ut dictis iuribus & dicã i ſequẽti. q. principali. & diciť ius quia nõ i facto ſed i iure cõſiſtit q̃d eſt incorporale ut iſti. de rebus cor. & icor. in ſi. Item diciť ius ducẽdi ꝙ itellige ſiue ꝑ fiſtulam ſiue per quodlibet inſtrumentu ꝫ fictile ut .l. quintus. ff. de ſeruitu. ru. predi. et .l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua plu. ar. etiam

ſi nihil in ſeruitutē cōſtituēda cōprehēſus eſſet dūmodo nullū dānum p hoc dn̄o fundi ſeruiētis detur in.d.§.placuit nō aūt duci pōt p lapidē manu ſtratū ut ibi nō.Azo in ſumma i.d.§.aqueductus circa quod uide q̄ dicam in.ix.q.principali.Itē dū dixi i diffinitione aquā ſubaudi ſiue iuētam ſiue iueniēdā ut.l.labeo.ff.de ſerui.ru.pre.& nō.glo.inſti.eo.§.aqueductus.& nō.Azo i gl.preallegata.Quod intellige ut ſit ſeruitus qn̄ ē aqua iuenta nō poſt ut.l.fi.ff.de ſerui.uen.& ibi hoc notat glo.in.d.labeo & doc.ſequūt.Itē dixi i diffinitione p fūdū alienū quia ſine fundo nō pōt cōſtitui ſuitus ut.l.i.ff.cōia predi.& inſti.de ſerui.§.i ruſticorum ꝟ.ideo autē & dicā in ſeqnti.q.Et alienum ideo dixi quia in re ſua nō pōt cōſtitui ſuitus quia res ſua nemini ſeruit.l.in re cōi.ff.de ſerui.ur.pre.cū ſy.alias nō conſtituta ſeruitute nō pōt quis aquā per fūdū alterius ducere ut.l.i i.C.de ſerui.& aqua facit.l.per agrum eo.ti.Et ſi dicatur ſine dn̄i uoluntate poterit dn̄s fundi propria auctoritate incidere & remouere ut.l.queadmodū.§.i.ff.ad.l.aqui.niſi quis acquiſiuiſſet ius ducēdi aquā per fundū alterius ex pſcriptione uel cōſuetudine ut dicā i.iiii.q.principali quia ius aque quod cōpetit ex conſuetudine eſt fortius q̄ illud quod competit ex pactis priuatorū ut eleganter notat Bal.in ti.de pace cōſtantie in.xxx.q.ſuper ꝟ.ſaluo iure aque lambrēſis Et predicta intellige i aqua q̄ ſic duceť uolente uel habeat pōtatem ducēdi a dn̄o puta ab eo in cuius loco oritur aqua uľ ab alio qui haberet pōtatem cōcedēdi ut dicam in.v.q.pricipali ľ.iiii.uľex pſcriptione uel conſuetudine acquiſiuiſſet ius aque ducende ut dicā in.iiii.q.principali alias non poſſet aquā ducere ut.l.aquā C.de ſerui.& aqua. Secūdū principalr q̄ro qūo cognoſcatur an ius ducēdi aquā per fūdū alienū ſit ſeruit⁹ realis ľ ius tm̄ perſonale In hoc puto ſic ēē notabilr diſtinguēdū. Aut qs habet ius ducendi aquā ex uno fundo ad fundū ſuum uel ex pacto uel inſtrumento aut alio modo Aut quis hēt ius ducendi aquam nō ad fūdū ſuū quia nullū hēt ad quē uelit aquam ducere Primo caſu ſubdiſtigue.Aut tale ius ducendi non debet finire cum perſona & trāſit cū predio & dicitur ſuit⁹ realis puta ſi quis habet ius ducēdi aquam per fūdu uicini ad fūdū ſuū cā ipm irrigādi ut.l.pecoris cum.l.ſe.ff.de ſer.ru.pre.&.l.cum fundo cōiūcta.l.uia cōſtitui.§.ſi fundus eo.ti.Aut tale ius ducēdi aquā debet finiri cū perſona puta cōcedo tibi ꝙ toto tēpore uite tue tm̄ poſſis ducere aquā ex fūdo meo ad fūdū tuū cā ipm irrigādi.Et i hoc fuerūt opiniones inter glo.priores Nam rog.tenz ꝙ hoc caſu ſit ſeruitus perſonalis p tex.in.l.mella.§.fi.& ibi ſeruit⁹ ē pſone.ff.de ali.& ciba.le.&.l.ſi cū eo tēpore.§.fi.ff.de ſeruitu.ruſ.pre.&.l.non ſolum.§.tale.ff.de li.le.&.l.ſi binas edes.ff.de uſufru.Et hec opinio uideť pbari ratiōe quia ſeruitus realis n̄ perſone ſed predio debeť.l.unus ex ſociis.ff.de ſerui.ru.predi.&.l.qui aliena.§.fi.ff.de nego.geſ.Sz ſi pdio debeť nō extingueť cum perſona imo tranſieret ad heredem et emptorez ut.d.l.uia cōſtitui.§.ſi fundus debz dici perſonalis ſeruitus nō realis.Item quia ſuitutes reales ſolēt eſſe perpetue ut.l.ſoma.§.quiqz.ff.de cenſi.Et hec opinio r̄ferť per glo.i.d.l.mella.§.fi.& in.l.ſi quis binas & in.l.pecoris pallegatis & per Cy.i rꝫica.C.de uſufruc.Sed cōtrariū uideť uidelicet ꝙ illa talis ſeruitus ſit realis nō perſonalis ut hēť i gl.i.d.§.fi.& in.d.l.pecoris & in.d.l.ſi quis binas.Et hec opinio pbať in.d.l.pecoris in prin.Itez quia ſeruitus q̄ debeť ab uno predio alteri predio dicitur eſſe predialis & realis non perſonalis ut.l.ſi quis mihi eo tempore.§.fi.ff.de ſerui.ru.predi.Item qꝛ tres ſunt tm̄ perſonales ſuitutes uidelz uſuffru.uſus & habitatio.Et aliqui dicūt ꝙ eſt etiā miniſteriū ſuorum ut notat glo.in.d.l.ſi quis binas & dixi plene ſupra i primo ꝟ.poſtq̄ uiſum eſt de ſeruitutibus mixtis.ſed iſte n̄ ſunt de illis ergo debemus dicere quia ſūt ſeruitutes reales.Nec obſtat.l.media.§.fi.&.l.nō ſolū.§.tale cū ſy.s.allegatis q̄ uidētur dicere talē ſeruitutē eſſe perſonalē quia dz itelligi & exponi i ſeruitute perſone h° ē pdialis que finiť cū perſona qn̄ hoc actuz ē Et ſic dicim⁹ perſonale q̄tuz ad h° ut cōcepta perſona reſpectu cōmodi finiať nō ſui. Nā quia poſtea ēt durat ut.d.l.ſi mihi.§.fi.&.d.l.pecoris cū le.ſe.facit.l.plurimū fere.§ plus.ff.de acti.& ob.Et per h° ceſſant rōnes.s.pro parte negatiua deducte.Et pro iſta opinione eſt caſus i.l.iiii.ff de ſerui.& iſtaz ultimam opi.Iohānis coiter ſequūtur doc.i locis pallegatis. Secundo caſu principali qn̄ quis hēt ius ducēdi aquaz nō ad fundus ſuū quia nullū habet cui poſſit ſeruitutem deberi an dicatur ſeruitus uľ ius perſonalē

Et Roglerius dixit ꝙ eſt ſeruitus perſona-
lis ſi hoc uelit relnquẽs uel cõſtituẽs per.d.
.l.mella.§.fi.& per.l.lucius.ff.de ſerui.ru.p̄
di.& ita notat̃ p glo.i.d.§.fi.& i.l. ut pomũ
.C.de ſerui & i.l.pecoris Et ita tenebat Pe.
ut refert Cy.i ꝓxica .C.de uſufruc.Sed glo.te
net ſecũdũ Iacob.& Azo.ꝙ non ſit ſeruitus
perſonalis ſed poti⁹ quoddã i⁹ perſonale
qđ actione perſonali iſto pacto debet̃ ut
d.l.ut pomũ & i.l.ut pecoris.& i.l.ſi quis bi
nas p̄all'.Et hãc opinionẽ ſequũt̃ ibi cõiter
doc.& hoc eſt utile ſcire an ſit ſeruitus uel
ius perſonale qa ſi ẽ ſeruitus cõpetit cõfeſ-
ſoria illi cui debetur ſeruitus ut.l.ii.§.i.ff.ſi
ſerui.uen.& nõ.in.l.ſi prius ff.de no.op.nũ
Sꝫ ſi eſſet ius perſonale cõpeteret tm̃ actio
perſonalis.Itẽ ſi eſt ſeruitus põt agi contra
quẽcũqꝫ priorẽ fundi ut ẽ caſus in.l.ſi quis
diuturno in fi.ff.ſi ſerui.uen.Sed ſi non eſt
ſeruit⁹ ſed tm̃ ius perſonale põt agi contra
illuꝫ tm̃ qui ceſſit illud iũs & nõ cõtra aliũ
ut.l.caius.ff.de ali.& ciba.le.&.l.fi.§.fi.ff.de
contrahen.emp.& habet̃ in.l.fi.ff.de no.op
nun.& in.l.iii.§.opus ff.de ali.iudi.immut.
cauſa fa.Et hoc tenet Bar.in .d.l.mella.§.i.
Quibus oĩbus adde que pleniſſime dixi in
li.precedẽti in prima parte in ꝟ.qũo co-
gnoſcatur qñ ſit ſeruitus realis & predialis
ubi oĩo uide. Sed circa predicta poſſet
dubitari quid ſi aliquis cõceſſit mihi ius du
cendi aquã ex fundo ſuo ad fundũ meũ cã
faciẽdi balneũ tm̃ in fũdo meo in quo laua
ri poſſint panni uel ꝓ aliquo alio uſu q̃ nõ
cõcernat fundũ meũ an tũc erit ſeruitus rea
lis uel perſonalis Et uidetur ꝙ nõ ſit realis
ſꝫ ſolum ius perſonale per.d.l. ut pomum
& per.d.l.ut pecoris cũ ibi notatis per glo.
& doc.Itẽ quia ſeruitus realis dicitur illa q̃
ſit ꝓpter neceſſitatẽ fundi tui debẽtis ſerui
tutẽ ut.l.ergo .ff.de ſerui.ru.predi & nota-
tur per glo.i l.i.§.i p̄diis i ꝟ.ſũt he.i fi.eo.ti.
& dicã in ſeq̃nti.q.principali.ergo iſta nõ
põt eſſe realis quia nõ debet̃ ꝓ neceſſitate
fundi ſed pro perſona tm̃ Et ꝓpterea ñ ui-
det̃ ꝙ ſit ẽt ſeruitus perſonalis per ea que
ſupradicta ſunt.Ego tñ puto ꝙ imo ſit ſer
uit⁹ predialis & realis quia predio đbetur
in quo ẽ balneũ ꝉ lauelluꝫ Et pro hoc allego
glo.in.l.ii.in ꝟ.cloaca.ff.de ſerui.ru.predi.
& glo.in.d.l.pecoris ut tollit̃ ex illo uerbo
maxime Et patet ẽt hoc ex his q̃ dicã i ſeq̃n
tibus. Sed quid.ſi det̃ mihi ius ducendi
aquã ex fundo tuo ad fũdũ meum puta per
fiſtulam cauſa ſeruiẽdi familie mee puta ꝓ
coq̃na & ꝓ equis & aliis neceſſariis pro do
mo & familia mea An erit tũc ſeruitus real'
an ius perſonale.Et difficultas uidet̃ in hoc
cõſiſter̃ quia aut dicimus ꝙ tale ius debeat̃
domui mee & erit ſeruitus realis.Aut non
ſeu perſone mee & erit ius tm̃ perſonale ꝑ
.ſ.dicta.Et uidet̃ ꝙ potius debeat̃ mihi et
ſic ſit ius perſonale quia pricipl'r iſtud fit
ꝑꝑ me & familiã meã & nõ ꝓpter funduꝫ
lꝫ ſit i fundo.Et ideo uidet̃ ꝙ debemus attẽ
dere qđ pricipal'r fit ut.l.ſi quis nec cauſaꝫ
.ff.ſi certũ.pe.Ego credo ꝙ poti⁹ ſit ſeruit⁹
realis quia debet̃ fundo meo.Et licet perſo
ne cõmoditas querat̃ predii tñ dicitur.Vn
de ius predii potius q̃ perſone cõſideratur
ut.l.qui aliena.§.fi.ff.de neg.geſ.&.l.uia cõ
ſtitui.§.ſi fundus.ff.de ſerui.ru.predi.& ꝓ
hoc uide glo.in.l.i.§.in prediis.que incipit
ſupradicte ſunt nominate.ff.de ſerui.ruſt.
predi.& facit quod dixi in.q.precedenti.

Item quid ſi concedit̃ mihi ius aque du-
cende ad piſcariã meã uel ciſternaꝫ aut pu
teuꝫ an ſit ſeruitus realis an ius perſonale.
Et teneo ꝙ ſit ſeruitus realis ex q° debetur
ex fũdo qñ piſcaria puteus ul' ciſterna ſunt
pars fũdi ut.l.iulianus.§.ſi cũ duobus cũ.l.
ſequenti.ff.de acti.emp.& patet ex dictis.ſ

Sed tũc inſurgit dubiuꝫ an iſta ſeruitus
realis ſit ruſtica uel urbana. De quo dic ut
proxĩa.q.ſequẽti. Vltimo quid ſi đbetur
ius aqueducende ex fundo tuo ad ortũ me
um irrigãdum an ſit ſeruitus realis.Et dicẽ
dũ ẽ ſine dubio ꝙ ſic quia debetur a fũdo et
ꝓpter neceſſitatẽ fũdi dominãtis ut ꝓbat̃ i
.l.ergo.ff.de ſerui.ruſt.predi.& patet ex p̄-
dictis.Sed dubiũ eſt an talis ſeruitus ſit ru
ſtica uel urbana In quo ſic breuiter conclu
das aut uterqꝫ ẽ fundus ruſticus & erit ru-
ſtica ſeruitus.Aut uterqꝫ urban⁹ & erit ur
bana ut.l.i.ff.cõia predio.cũ ſimilibus. Aut
unus fundus urbanus & alius ruſticus &
tunc iudicat̃ ruſtica ul' urbana habito reſpẽ
ctu ad fundum cui ſeruit⁹ debet̃ quia ſi ille
ẽ urbanus dicet̃ urbana.Si ẽ ruſticus dicet̃
ruſtica ut notat gl.notabilis in.l.i.i ꝟ.areã
.ff.de ſerui.urba.p̄dio.Et ibi hoc tenẽt doc.
& Ang.in.d.l.pecoris.De quo uide pleniſ-
ſime in libro ſuperiori in quarta diuiſione
principali ſeruitutis & dixi etiam ſupra đ
ſeruitute proiiciendi in prin.Quãdo autẽ
dicat̃ fũdus ruſtic⁹ uel urban⁹ uide ĩ dicta
quarta principali diuiſione ſeruitutis ꝟ.q̃

autē dicantur urbana predia & ruſtica ubi
oio uide.& non omittas quia per ea que ibi
dicūtur declarantur ſecūduȝ ſcriptas q̄ſtio-
nes.Et ex predictis colligi pōt ꝙ iꝰ aquedu
cende licȝ ſit pricipal'r ruſtica ſeruitꝰ ut di
xi s̄.in prin.in diffinitione huius ſeruitu-
tis.tn̄ ēt pōt eſſe urbana qn̄.ſ. debetur fūdo
urbano ſicut dixi ſupra de ſuitute ꝓtegen
di & de ſeruitute oneris ferēdi que poſſunt
eſſe ruſtice & urbane & dicā etiā ı̄ de ſuitu
te ut liceat altius in prin. Tertio princi-
pal'r quero quid contineat̃ & ueniat in ſ-
uitute aqueductus & quid nō. Circa quod
dicas primo ꝙ ueniunt omnia que idiffini-
tione ſeruitutis.s̄.in prin.dicta ſūt Itē ueit
aqua tūc q̄tenꝰ ē opus fūdo dn̄anti ut.l. er-
go in fi.ff.de ſerui.ruſti.predi.Et iſtud eſt
regul'r omniū ſeruitutū realium ut ſecun-
dum indigentiā predii.dominantis conſti-
tuantur ut notat Bar.ff.de uerbo.ob.l.eadē
.§.cato in vi.q.principali & in.l. ſtipulatio
nes non diui i.iiii.q.principali ꝑ dictā.l.er
go Nec fundo ultra q̄ ei opus ē ſeruitutes
reales cōſtitui poſſunt ut notat glo.i.l.i.§.i
prediis i glo.ii. in fine.ff.de ſerui.ru.pred.
Et ideo ſi conceſſa ē uni ſeruitus aqueductꝰ
ꝑ me ꝙ poſſum etiā poſtea alteri conceder̄
aqueductū ſi aqua ſatiſfacit utriqȝ ut.l.ii.§.
aqueductus.ff.de ſerui.ru.predi.&.l. lucio
.ff.de aqua quoti.& eſti.& dicā i.vi.q. prin
cipali.Sed ſi eſt mihi conceſſa ſeruitus aq̄
ductus ꝓ fundo meo nō poſſū pro alieno
fūdo concedere quia ſeruitus aque debetur
fūdo meo itelligitur ſecūdū neceſſitateȝ fū
di mei & nō alterius ut.d.l.ergo.§.fi.Et de
hoc ē caſus in.l.ex meo.ff.de ſerui.ru. p̄dio.
Nec obſtat ſi dicatur ſeruitus mihi conceſſa
per alienū fundū mea ergo de ea diſponer̄
poſſum ſicut uolo quia regula ē ꝙ i re ſua
q̄libet ē moderator & arbiter.l.i re mādata
.C.man.quia illa regula procedit qn̄ quis
diſponit de eo quod ē ſuū libere Et hic ha
bebit certā formā uidelicet ut mihi debeat̃
ꝑ neceſſitatē fundi mei tm̄ a qua forma re
cedere nō poſſum.l.cū hii.§.ſi pretor.ff. de
tranſ.cū ſimilibus Et in hoc nō habet locū
regula d.l.in re mādata ſeūdū Bar.& Flo.
i.d.l.ex meo Et quod dixi ꝙ aquaȝ debitam
fundo meo poſſū alteri fūdo concedere itel
lige anteq̄ igreſſa ſit in fundū meū cuiꝰ ſer
uitus ē conſtituta Sȝ priꝰ q̄ ē ingreſſa poſ-
ſū ducere ad alias ꝑtes & alteri cōceder̄ ꝓ
libito uolūtatis niſi nocitura ſit ei fūdo ex

quo iducit̃ ut.l.i.§.illud.ff.de aqua.quoti.&
eſti.& notat glo.in.d.l.cū eſſent.§.i.in gl.fi
nali quā oio uide eo.ti.Itē in ſeruitute aque
ductus hoc cōtinet̃ ut oibus partibꝰ fundi
dominātis acquirat̃ ut.l.uia cōſtitui.§.que
cūqȝ ſunt.ff.de ſerui.ru.pre.& ideo dicitur
eſſe tota in toto & tota in qualibȝ eius par
te.Sicut aia dicitur etiam tota i toto corpor̄
& tota in qualibet eius parte ut notat Bar.
i.l.ſtipulationes nō diui. in.iii.colum.ff.de
uer.ob. Et ex predictis infert ad plures
cōcluſiones. Prima ē ꝙ ſi fundo meo de
betur ſeruitꝰ aqueductus illud ius ſeruitu-
tis ē totū i toto fūdo meo & totū i qualibet
eius parte. Secunda cōcluſio ē ꝙ licȝ illa
aqua ſit magis utilis uel neceſſaria uni par-
tiū dicti fundi mei q̄ alteri parti nō cōſide-
rat̃ iſta maior utilitas uel neceſſitas equa ē
tota iſta ſeruitus i qualibet parte fundi mei
dominantis ut eſt tex.in.l.ſi partem fūdi.ff
de ſerui.ru.pre.& ibi hoc notatur per doc.
& uide quod dicam in ſexta concluſione.

Tertia cōcluſio ſi uēdit̃ certa pars fundi
cui debet̃ ſeruitus aqueductus illa ſeruitus
debet̃ ēt illi parti fūdi alienati & debetur
i ſolidū pro idiuiſio ut.d.l.ſi partem fundi.

Quarta cōcluſio ē ꝙ cōmoditas ſeu uſꝰ
dicte aque debet diuidi inter me & illū cui
iuxta partē fundi dominātis ut.d.l.ſi partē
nō autē ſeruitꝰ diuiditur qa illa ē idiuidua
ut notat gl.ibi in.l.i.§.ſi uſuſfruc.ff.ad.l.fal.
&.l.uie.ff.de ſeruitu.cum ſimilibus.

Quinta cōcluſio ꝙ illa cōmoditas aque
debet diuidi pro mēſura fūdi dominātis n̄
reſpectu partiū fundi utilitatis l' bonitatis
& ſic q̄titatiue n̄ qualificatiue ut ē caſus no
tabilis i.d.l.ſi partē fundi.Et ibi hoc notat̃
per doc.& que ſit ratio decidendi quare fit
diuiſio ſecūdū q̄titatem agri & nō ſecūduȝ
bonitatem dicit ibi Bar.cogitabis & docto-
res aliter non declarant.Ego credo ꝙ ratio
nō ſit illa quia ſeruitus ē tota i toto & tota i
qualibet eius parte ut dixi.Et ſic ſeruitꝰ in
eſt fūdo nō reſpectiue ad bonitatē uel ad p̄
cioſitatē fundi dominātis ſȝ pro qualitate.
Et qualiter ergo diuiſio aque ſeruiētis d̄bȝ
fieri ſecūdū ꝙ ip̄a ſeruitꝰ d̄betur quia talia
ſunt ſubiecta qualia predicata d̄mōſtrant
ut ē glo i.c.dudū i fi.i ꝟ.prohibemus extra
d̄ deci.Et ſic ꝯtra.Talia ſunt predicata qua
lia ſubiecta d̄mōſtrant ut.l.ſtipulatio iſta
.§.hi qui & ibi hoc notat Petr.& Bar.ff.de
uerbo.ob.& ſi qualitates regulariter ſȝ ſub

iectum. Nec huic concluſioni ob. l. ꝙcquid
ff. de acqui. re. do. ubi habeť quod inſpicitur
bonitas rei quia ibi loqtur quando una res
ñ pōt duobus accedere quia tūc accedit pre
cioſiori Sed quando pōt accedere duobus
tūc non inſpicitur ꝓcioſitas uel bonitas ut
.d. l. ſi ptē fundi. Et hoc notāt doc. Sexta
concluſio ē ꝙ diuiſio aque ſeruiētis debȝ fie
ri ꝑ menſura quātitatis fundi & non ꝑ ne
ceſſitate partis fundi. Et ideo ſi debētur de-
ceȝ uncie aque uni fundo q ſit decē iugeriū
& dominus predii dominātis uendit qnqȝ
iugera certa pro diuiſo licet alia quinque
iugera indigeāt magis aqua q̄ uendita tam̄
diuiſio aque inter emptorem & uenditorē
debet fieri ꝑ dimidia ut ē caſus notabilis ī
dicta. l. ſi partē. fundi ibi aut que maxime
uſū eius aque deſiderat. ff. de ſerui. ruſti ꝓ-
di. Et per illum tex. infert ibi Bal. & Ang.
& Lo. ꝙ diſtributiones quotidiane ñ debēt
fieri ſecundū corpora plus & minus idigē
tia pro ſuo uictu ut habetur in. c. cū acceſiſ-
ſēt de conſti. De quo uide per Inno. ī. c. cum
.M. ferarieſis eodē ti. qui dicit quod preſtād̄
ſunt ſecūdū cōſuetudinē & ubi cōſuetudo
non eſt quia puta de nouo eccleſia ē edifica
ta uel de nouo dātur diſtributiones quoti-
diane dicit ꝙ ſi diſtributiones ſūt exiſten-
tes de cellario ad uictū quotidianū fuit ue-
riſimiliter Sed alia que dātur pro idumētis
d̄bēt ꝓſtari ſecūdū neceſſitatē perſonarum
Et ſic qñ d̄bentur alimenta ex cōtractu uľ
ultima uoluntate Et hoc ſeqtur Ang. ī. d. l.
ſi partē fundi Quod bñ nō. maxīe pro gra
uatis ī teſtamēto ad ꝓſtādū elimoſinaȝ qa
d̄betur elimoſina uiriliter & uēſtimēta ſe-
cundū cōdictionē pauperuȝ & ſic ī ueſtimē
tis poſſunt executores uel heredes plꝰ da-
re uni pauperi q̄ alteri Sed ī elimoſinis q̄ ꝯ
cernut uictū quotidianū Sicut ē panis uic-
tꝰ & ſimilia nō poſſunt plus dari uni q̄ altⁱ

Itē nota pro ſcolaribus q ſtāt ī collegiis
expēſis collegii qa ꝓ̄pretor nō debet dare ex
pēſas quotidianas niſi uiriliter dato ꝙ unꝰ
plus comedat q̄ alter E hoc uidi d' facto Bo
nonie in collegio hiſpanorum in quo erat
unus ſcollaris Polonus qui ſolus tātū come-
debat quantū quatuor alii. Septimā cō-
cluſionē ifero ex predictis qa licet ſeruitꝰ
aqueductus & quelibet alia realis debeať
pro neceſſitate fūdi dominantis ut. l. ergo
.§. fi. preallegata & ſupra dixi tamen ē itel
ligenda & limitanda ut habeat locū habito

reſpectu ad tempus quo ſeruitus imponiť
ſȝ poſtquā eſt impoſita & ſic ē tota ī toto &
tota ī qualibet eiꝰ pte tūc diciť eſſe equaliť
pro q̄titate fundi. Et ideo licȝ una ꝑs magis
idigeat aqua q̄ alia tñ hoc non conſideratur
īmo aqua debet diuidi equaliter pro quali-
tate iugerū ꝙ ē notabile. Octaua conclu
ſio ē quia licet dominus ꝓ̄dii dominātis cui
ſeruitus aqueductus debebať magis & fre
quētius illa aqua in una parte dicti fūdi ute
reť q̄ in alia imo & ſi cōmuniter utereť in
una parte ſi tamen uendidit illā partē fun-
di ī qua minus & raro utebať dicta aqua di
uiſio cōmoditatis ſeu uſus dicte aque debȝ
fieri pro mēſura agri & ꝑ pte uēdita debe
tur emptori ut eſt caſus notabiľ ī. d. l. ſi ptē
fūdi Quod ꝑpetuo tene mēti. Nec obſtat
huic ꝯcluſioni illa regula q̄ dicit ꝙ uſus pa
tris ē attēdēdus. l. ſeye. §. tirāde. ff. de fun. do.
& l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. i. quia illa
regula ꝓcedit ī his que ſunt diuidua uľ que
reſpiciunt perſonam. Sȝ iſte ſeruitutes aq̄-
ductus iudicāť potius ius quoddā reale cō
petens predio magis q̄ perſone ut. l. ſi mihi
eodē tēpore. §. fi. ff. de ſerui. ru. predio. & l. q
aliena. §. fi. ff. de neg. geſ. Item iſta ſeruitus ē
diuidua & reſpicit totam partem fundi ut
dixit glo. ergo licet paterfa. dominus ꝓ̄dii
dominātis ſit uſus cōmoditatis aque pro p
te tamen hoc non reſpicit uſum patris fami
lias ad hoc ut cenſeantur ſeruitutē amiſiſſe
qa hoc nō pōt eſſe ut dixi ut eſt ſi promit-
tatur uel alias cōſtituatur. Nona ꝯcluſio
ſeruitus aqueductus ī fundo unius dominā
tis in una parte dicti fundi aqua nō ē neceſ
ſaria uľ utilis tūc ſeruitꝰ ñ diciť ei pti fūdi
deberi per. l. ergo. §. fi. ff. d̄ ſerui. ru. predio.
Et ita tenet Bar. flo. & doc. in. d. l. ſi partem
fundi eo. ti. ꝙ nō. Ex quo ſequitur decia
& ultima cōcluſio ꝙ ī caſu ſi dominus ꝓ̄dii
dominantis uendit uni illam parteȝ fundi
cui aqua nō eſt neceſſaria uel utilis ad ēp
torem uel eius parteȝ nō trāſit ſeruitus uel
cōmoditas illius aqueductus Vel ſi aliā ptē
uendidit cui aqua nō ē utilis uel neceſſaria
tunc tota ſeruitus aqueducte ſequitur pteȝ
uenditaȝ & nihil d̄beť parti retente p uen
ditorem per dictam. l. ſi parte fundi. Que
omnia bene nō. quia ſunt quotidiana & uti
lia. Sȝ quid ſi a principio ſeruitutis conſti-
tute fundus dominans indigebat aqua &
tunc ex aliqua cauſa non indiget an d̄ſinat
fuitꝰ ī ꝑpetuū competere. Et puto ſic eſſe

dicendū Aut deſinit īdigēre ita ꝙ āplius ea aqua ad uſū ꝯceſſum uti nō poſſit Et tūc d' ſinit competere dicta ſeruitus quia ceſſat fū damētū ipſius ſeruitutis ut dicta.l.ergo §.fi Aut deſinet competere ad tēpus Et tūc te neo quod ſeruitus hec nō pereat licet aqua ad aliū uſū uti non poſſit dominus predii dominantis per ea que dicta ſūt ſupra ma xime in prin. Facit ꝙ habetur in.l.unus ex ſociis.§.fi.cū.l ſequēti.ff.de ſeruitu.ruſti.pre dio. Itē quid ſi debet' ſeruitus aqueduc-tus fundo meo qui eſt decem iugerū & po-ſtea auctus eſt fundus meus an ꝓpter hoc creſcat ſeruitus. aqueductus. Dicas ꝙ non ut eſt caſus i.l.non meus.C. de ſeruitu. De quo dic ut ibi per glo.& doc. Item habēs ſeruitutem aqueductus an poſſit facere ri-uū i fundo ſeruiētis p quem aquā ducat ad fundum dominātem. Si uult facere de lapi dibus uiuis etiam ſupra terrā non pōt ut.l. ſi prius.§.placuit.ff.de aqua plu.ar.& dixi.ſ in diffinitione huius ſeruitutis. Sed nū quid poſſit cauare riuū ſimpliciter. Dic ut dicam infra i nona.q.principali. Sed poſito quod poſſit facere riuum uel de iure uel ex ꝑmiſſione an dominus ꝑdii dominantis poterit illū riuuȝ purgare & reficere. Dicaſ ꝙ ſic ut.l. refectionis .§.i.ff. cōmunia predi &.l.i.§.penultimo.ff.de riuis. Et uide que di xi in precedenti libro i ti.de refectione. Itē ille qui habet ius ducendi aquā p fundu ȝ al terius poteſt per cuiuſcūqȝ partem fundi ſ uientis aquam ducere ab inicio. Sed poſt quā incepit ducere per unam partem non pōt poſtea uariādo per aliā partem ducere ut.l.fi. Et ibi Bar.ff.d' aqua quoti.& eſti. De quo uide in.l.ſi cuiꝰ.ff.de ſerui.& in.l. ſi uia .ff de ſerui.ruſti.predi. Vbi etiam ponitur cuius ſit electio loci An domini cōcedētis ſ uitutem uel eius heredis an uero eius cui ſ uitus eſt conſtituta. De quo dic ut plene dixi in libro precedenti in ti.de ſeruitu.iti. ꝟſi.nūquid habēs ſeruitutem itineris. Iteȝ ſi is qui duo predia habebat in unius uen-ditione aquā q̄ in fundo uēdito naſcebatur & circa eā aquā late decē pedes exceſſerat uidet' circa eā aquā latā decem pedes dum taxat exceſſiſſe ut ē cāus notabilis in.l. qui duo ꝑdia.ff.de ſuitutibꝰ ruſticoꝝ ꝑdioruȝ

Item in cōceſſione ſeruitutis aqueductꝰ ſemper ſubitelligitur ſine damno alterius ut.l.iperatores.ff.de ſerui.ruſti.ꝑdi. Et pro batur i.l.ſi quis a principe.§.tñ.ff. ne quid in loco publico & i.l.nec amiſ.C.de ēman. lib. De quo dic ut plene dixi ſupra in libro ꝓcedēti & propterea i cōceſſione aqueduc-tus intelligūt ſemp reſeruata iura & cōmo ditates eius cui primo facta ē cōceſſio ut.l.i concedendo.ff.de aqua pluui.arc.&.l.lucio ff.de aqua quotidi.& eſti. Quia priuilegia uni cōceſſa alteri dari nō debēt ut.l.decurio nibus.C.de ſilentiariis liº.undecimo. Et qa ſi princeps conceſſit pluribus beneficium qui prior eſt i ꝑe potior eſt i iure ar. dicte.l. i concedendo &.l.hoc iure.§.i.ff.de aqua co ti.& eſti.&.c.i.q ſucceſſo.tene.i uſi. feudoꝝ Et ideo dixit Bal.in ti.de pace conſtātie in triceſima tercia col'.i cōceſſionibus de aqs pub.ſemper uidentur reſeruata iura cōmo ditates eius cui primo facta eſt ꝯceſſio imo dico plus'ꝙ etiā i cōceſſione aqueductus di cetur non obſtante conceſſione alteri facta quia intelligeretur de inualida. Et pro hoc allego ſingulare dictū Compo.in.c.cauſam qȝ in fine extra de nup.quod ſequit' ibi An to.de bu.& doctores ubi dicūt ꝙ ſi papa cō tulit alicui beneficiū nō obſtante collatiōe alteri facta Intelliget' de iuallida ne alteri preiudicet' Idem ſi datur alicui beneficiū ꝯ clauſula ut ꝑferat' aliis quia ītelligit' niſi eis fuerit ius queſitū. Quod ꝑpetuo tene mēti Et uide que dicā i.vii.q.principali. Vbi po-nam per quē locuȝ poſſit aqua duci.& uide etiāȝ ibi in.viii.q.principali ubi dicetur an mutato alueo poſſit cōpetere ſeruitus aque ductus. Quarto principaliter q̄ro quo-modo & qualiter acquiratur ſeruitus aque ductus. Et dic pluribus mōis. Prio pacti onibus & ſuppletiōibus qa ſic acquiri pn̄t etiam alie ſeruitutes ut inſti.de ſeruitu.i.§. ſi qs uelit & i.l.ſi unā i prin.i.ꝟ.ſm expoſi tionem gloſe que exponit pactū.ff.de aqua plu.arcen.&.l.i.§.deniqȝ ibi ſit tamen lex. eo.ti. Iteȝ acquiritur teſtamento uel codici l lis l' qualibet alia ultima uolūtate ut.l.uſuf. in prin.ff.de uſufr.& iſti.de uſufr.§.i. Item per ſententiam ar.d.l.uſufruc.§.conſtituit'. Item preſcrip.ut.l.ii.C.de ſerui.& aqua. Et ibi hoc plene nō.per glo.& doc. Et hoc pro cedit ſiue aqua ſit priuata ut ibi ſiue publi ca. Sed primo caſu quātū tēpus requiratur uide ibi notanter per glo.& doctores & in .l.ſeruitutes la grande.ff.de ſeruitu. titu.ge nerali & per tex.glo.& doc.in.l.i.§.fi.ff. de aqua plu.arcē. Et dixi plene ſupra i primo libro in octaua.q.principali. Vbi omnino

uide de hoc. In caſu uero ſecũdo qñ aqua ducitur ex publico Dic ꝙ reqritur tantum tempus cuiꝰ inicii memoria nõ existat in cõtrariuꝫ ut.l.uſum aque.C.de aqueduct. libro.xi.Et ibi hoc notat Bar.i.l.diligenter eo.ti.Et adde quod ſtatim dicam in.℣.ſed nunqd aqua.Item acquirit̃ conſuetudine ut.l.i.§.deniqꝫ.Et ibi per glo.& doct.ff.de aqua plu.arcen.&.l.in ſumma ibi loci uetuſtas eo.ti.& ar.l.i.cuꝫ ibi notatis.C.que ſit long.conſue.&.c.fi.extra de conſuetu.Vbi etiã notat̃ p glo.& doct.an talis cõſuetudo debeat eſſe preſcripta de qno dic ut ibi.Iteꝫ ꝙ ius aque cõpetit ex pactionibus priuatorum ut notat Bal.i.ti.de pace conſtancie in xxxiiii.col.& dixi ꝙ i aliqbꝰ molẽdis paſcuis et fõtibꝰ et i i pox̃ ↄmoditatibꝰ et i cõmoditatibꝰ aquax̃ ſtãdũ ẽ ãtiqtati p illũ tex. Itẽ dixit idẽ i.c.i.§.ſi quis.de manſo.i qnta col.titulo.de cõtrouerſia inueſtiture i uſi.feu.ꝙ i aquax̃ ductu nõ iſpicimus principium aque unde decurit ſed alueos & meatus Vnde tranſit i uetuſtiſimũ aqx̃ curſum Et ſecunduꝫ eorũ qualitatẽ de uſu aque iudicare debemus.quod nota. Sed nunqd aqua per ſe i pam fluens poſſit iducere preſcriptionẽ uel conſuetudinẽ.Dic ꝙ nõ qa nõ eſt res animata Et per rẽ ĩanimatãm nihil nobis acquirit̃ Oportet eiꝫ i pſcriptioni bꝰ aliquẽ uſuꝫ iceſſiſſe quo pricipiato ſufficit aquã p ſe fluere.ff.queãdmodũ ſeruitutes amittun.l.qui partẽ.&.l.q fundũ eodem ti.Conſuetudine etiam ſufficit ꝙ habuerit initiũ a multis utentibꝰ Naꝫ poſtea pficit̃ ſolo curſu tẽporis ut.l.uẽditor.§.ſi conſtat .ff.cõia predio.Et ita tenet Bal.i.c.i.§.ſi quiſ de manſo.i.vi.col.i fine i titulo de cõtrouerſia inueſti.Quod ppetuo tenementi Item .l.cõmuni uel ſtatuto ſeu.l.municipali acqri poteſt ſeruitus aqueductus ut.l.in ſumma in prin.in ℣.i.ff.de aqua pluui.arcẽ.& .l.ii.in principio i ℣.i.cõiuncta gloſa ſecundum primã expõnem dũ dicit ſi nuptiali &ar.l.iii.§.plane.&.l ſi nõ .l.nuptialis.ff. quod ui aut clam &.l.i.§.deniqꝫ.ff.de aqua plu.arcen.Itẽ natura agri ſeruãda ẽ ut ſemper iſerior ſuperiori ſeruiat.Hoc eiꝫ icõmodũ natural̃r pati debet ager iſerior, a ſuperiore cõpenſare quod debet cum alio cõmodo Sicut eĩm oĩs pinguedo terre ad eum decurrit Ita etiã ad eum aque icõmoduꝫ deſfluet ut ẽ tex.in.§.deniqꝫ quẽ nota qa aque natural̃r debẽt deſcẽdere ad iſeriora Et ideo illi qui habent agros in parte ſuperiori nõ tenent̃ retinere aquã in ſuo ſed poſſunt eã retinere inferiores qui cogũt̃ illã recipere Et iſta appellat̃ quaſi ſeruitus ut dic̃ textꝰ in.d.l.i.§.fi.cũ.l.ſequẽti.ff.de aqua plu.arcẽ. Et hoc tenet Bar.in.l.quo minus in.ii.q.principali.ff.de flu.qui dicit ꝙ hoc dꝫ eſſe ueruꝫ in ciuitatibus Italie que ſibi de conſuetudine preſcripſerunt merũ imperiũ & portus & flumina & ſimilia.Sed d̃ iure cõi pdicta ſunt principis ut in.c.i.que ſint re.i uſi.feu. & ſic nõ poſſunt cõcedi a lege nuptiali. Et adde q̃ dixi ſupra de ſeruitute uie in.x.q.Itẽ ex reſcripto principis uel ſenatus acquirit̃ .l.ꝙ principalis.ff.de aqua plu.arcen.&.l.permitti.ff.de aqua quoti.& eſti.Et notat bar. in.d.l.quo minus in.ii.q.principali. Sed pone queſtionem quam habui de facto Verone Oritur aqua in certo fundo ſuperiore & deſcendit ad partes inferiores p quẽdam alueum qñ ueniunt aque pluuiales creſcit aqua adeo ꝙ in alueo cõtineri non põt an tunc ille qui eſt in parte ſuperiori cogatur eleuare ripas ita ꝙ diſcurrat p alienuꝫ uſqꝫ ad ultimas partes puta flumen uel mare an uero poſſit dimittere ꝙ aqua diſcurrat.ſ.ripas.Dicit̃ ꝙ ſic niſi noceat habẽtibus agroſ inferiores iuxta ripam eleuandam.Ego dico ꝙ cogi nõ põt per inferiorẽ ſed inferior bene poterit munire & eleuare ſuis expenſis ut ẽ caſus in.d.l.i.§.fi.Et hoc intellige qñ pacto uel uetuſtate ita debet duci aqua per dictũ alueũ uel locũ ut gloſa notat ibi i uerbo munire alias ſecus.Item hoc intellige qñ p alueũ aqua diſcurrere põt ſine damno ſuperioris.Secus ſi fieret damnum ſuperiori quia aqua iundaret agros ſuperiores.Exemplũ ſi a lateribus aluei diſcurrũt aque i partibus ſuperioribus.Nam hoc caſu ripe non pñt eleuari quia ſi alueus ẽ inuẽtus ad ducendã aquã ad partes inferiores non debet aliquid fieri i eo ꝑpter quod aqua retineatur ad partes ſuperiores quia iſtud ẽ cõtra narurã agri que ẽ ut aqua deſcẽdat & inferior ipſam recipiat ut dicto.§.deniqꝫ Q d̃ ppetuo tene mẽti quia ſepe de facto cõtingit.Et adde ꝙ dixi inferius. Quinto principal̃r q̃ritur qs poſſit concedere & habere ſeruitutem aqueductus & qs poſſit cogi ad aquã ducendam.Circa quod ſic dicas.Aut quis uult cõcedere aqueductum ex flumĩe priuato ſuo.Aut ex flumine priuato alterius.Aut ex flumine publico. Primo caſu

qn̄ flumen ē ſuū proprium pōt. regl'r ex eo concedere aqueductū. l. lucio. ff. de aqua quoti. & eſtiua & l. i concedēdo. ff. de aqua plu. arcen. & l. ii. & l. aquā. C. de ſeruitutib⁹ & aqua & l. ex meo. ff. de ſeruitutibus ruſt. predi. & l. uia conſtitui. §. ſi lacus eo. titulo Et eſt ratio quia ī re ſua qlibet ē moderator & arbiter. l. i re mādata. C. man. Et flumen pōt dici priuatū ꝫ eſſe alicuius tribus mōis Primo ratione origīs ipius flumīs puta quia habet ortū in fundo ſuo ut. d. l. aquam & l. ex meo cum aliis ibi allegatis & l. ſi quis diu turno. ff. ſi ſeruitutes uendicentur & l. pre ſes. C. de ſeruitutib⁹ & aqua. Secūdo ex pri cipis cōceſſione ar. l. ii. in prin. ff. ne quid in loco publico. Tertio ex conſuetudine l' pre ſcriptione. ar. d. l. i. §. deniqꝫ & §. fi. cū. l. ſe quēti. ff. de aqua plu. arcen. & l. ii. cuꝫ ibi no tatis. C. de ſerui. & aqua & dixi in. q. p̄cedēti

Secundo caſu qn̄ flumen ē priuatū alte ri⁹ Et tūc regl'r quis nō pōt cōcedere aque ductū ex illo fluīe niſi qui ē domin⁹ illius fluminis uel de eius uoluntate ut. l. ii. & l. aquā. C. de ſeruitutib⁹ & aqua. Et ī his caſi bus ſi flumen priuatuꝫ ē perenne pōt cōſti tui ſeruitus aqueduct⁹. Sꝫ qn̄ flumen n̄ eſt perenne iſta cōſtitutio ſeruitutis d' rigore non tenet Sed de equitate ſic ut. l. ii. & ibi hoc notat gloſa Bar. Ang. & doctores. ff. cōmunia prediorꝫ. Poſſet etiā in his duobus princeps uel ſtatutū diſponere pro publi ca utilitate ꝙ uicini poſſint illā aquā duce re ad agros ſuos irrigādos uel ad alios uſus ꝑut nō in. l. fi. C. ſi cōtra ius uel utili. publi. & in. c. que eccleſiarū extra de cōſti. Ter tio caſu qn̄ flumen eſt publicū puta qn̄ ē ꝑ enne ut. l. i. §. fluminum. ff. ne quid in loco publ. quod pōt eſſe trib⁹ modis. Vno mō flumen nauigabile ut ē pad⁹ athaſis. & brē ta. Alio mō dicit' flumē pub. quod n ō ē nauigabile ſed trahitur ex fluīe nauigabili ut. l. i. §. non autē cū ibi nō. ff. ne qd in loco pu. & habet' ꝑ Bar i. l. quo minus ī prin. in ii. & iii. opo. & in. ii. q. ff. de flu. Et in iſtis duobus caſibus queritur aqueduct⁹ dupl'r ſ. ex conceſſione principis cuius ſunt om nia talia flumina l' ex conceſſione ciuitatis q̄ habet merū īperiū ut dixi in. q. preceden ti. Secundo ꝑ tm̄ tēpus cuius inicii memo ria non exiſtat ut. l. hoc iure. §. duct⁹ aque ff. de aqua plu. ar. & habet' ꝑ glo. in. l. impa tores. ff. de ſerui. ru. pre. non autē ꝑ priua tuꝫ concedi pōt ut. l. ii. ff. cōia pre. & adde qd' dixi ī p̄cedēti. q. ꝑcipali. Tertio modo dicitur flumen publicum quando non eſt nauigabile nec facit aliud nauigabile puta ſi eſt quidam alueus puus uel fons Et tunc acquirit' etiā ſine cōceſſione alicuius ſꝫ per ſuā occupationē ſicut cetera que ſunt ī nul lius bonis & qui primo occupat prefertur oībus in. d. l. quo minus & ibi per Bar. in. ii. q. principali & l. ſi mihi eodē tempore. §. ſi fundo & l. imperatores. ff. de ſer. ru. pre. dū modo per iſtū aqueductū nō fiat iīuria ſeu damnū uicinis circū colentibus ut habet' ī dicta. l. imperatores & in. l. ii. §. ſunt qui pu tant in fi. ff. ne quid in flu. pub. Et adde qd' dixi in. q. precedenti ad fi. & adde etiaꝫ que dixi in li. precedenti in. iii. q pricipali ī ꝟ. Itē imperator ſeu princeps uſqꝫ ad fi. illius Itē ille pōt habere ſeruitutē aqueductus ꝗ habet fūdū ad quē ducitur puta cā ipꝫ irri gandi alias ſecus ut. l. i. ff. cōia predi. cum ſy. ſupra in prin. ī diffinitione huius ſeruitutis Itē ille qui emit uel alit' acquiſiuit predium cui ſeruitus debebat' pōt & debet ſeruitutē habere quia illa ſeruitus debita ꝑdio acqſi to trāſit cū predio ut. l. ſi aqueductus. ff. de con. emp. & l. ſi partē in prin. ff. d' ſer. ru. ꝑ. Secus ſi prius ſeruitus predio non debebat' quia uendito fundo uel aliter alienato non debetur ſeruitus aqductus uel alia ſeruitus niſi dictū ſit ut. l. in uendendo in pri. & ibi hoc notat glo. ff. de con. emp. & ita etiam te net Bar. in. l. uia conſtitui. §. qcūqꝫ. ff. de ſer. ru. pre. Itē quis pōt habere ſeruitutē aqduc tus in oībus caſibus in qbus pōt eam acqre re De quibus uide in. q. precedēti etiam in qbus pōt ſeruitus aqductus concedi ut di cā in. vii. q. principali. Itē regulariter qs nō pōt cogi ad aquā ducēdaꝫ maxie iure ſerui tutis qa natura ſeruitutis non ē ut qs aliqd faciat ſed ut aliqd patiat' uel nō faciat ut. l. quōt. la. i. §. fi. ff. d' ſerui. & adde q̄ dixi ſupra in. iii. q. principali poſt prin. & q̄ pleniſſi me dicta ſunt in p̄cedēti li. in. iii. q. principa li & ꝙ dicam in ſequenti. q. uer. ſed qd ſi tu cui primo conceſſi etiam. Quero. vi. pri cipaliter cui uel qbus poſſit ſeruitus aqduc tus concedi Et dic ꝙ poteſt cōcedi pluribꝰ & per eūdē locū ut eiſdē dieb⁹ uel horis du catur ſi oībus ſufficiēs eſt ut. l. ii. §. ſi aquedu ctus. ff. de ſerui. ru. pre. & l. lucio. ff. de aqua quoti. & eſti. Sed ſi conceſſi primo uni an poſſim poſtea alteri concedere. Diſtingue breuiter ſic Aut ille cui primo conceſſi con

ſentit & poſſu3.l.i cōcedēdo.ff.de aqua plu.
ar.& nō.glo.in.l.lucio.ff.de aqua quoti. & e
ſti.facit.l.aqua3.C.de ſerui.Aut non cōſen
tit.Et tūc aut per iſta3 cōceſſionē ſecundam
ei nocet puta quia aqua non eſt ſufficiens
utrique & ꝑ eodē tēpore cōceditur & tūc
non pōt ut.d.l.i cōcedendo & per.l.ꝑ quem
locū.ff.de ſer.ru.pre.&.d.l.aqua.Aut ꝑ iſtā
ſecūdā cōceſſionē nō nocet primo cui eſt
facta cōceſſio puta quia aqua eſt ſufficiens
utriq3 uel diuerſis tēporibus cōceditur Et
tūc pōt ut.d.l.ii.§.ſi aqueduct⁹ ut.d.l. lucio
& ibi glo.nō.etiam glo.i.d.l.aqua Et ita fuit
determinatu3 Bononie ubi coītas cōceſſe-
rat aqua3 & fratres minores quibus ſecūdo
cōe cōceſſit nolebāt & fuit iudicatu3 ꝙ ua-
let ſecunda cōceſſio qa non derogabat prio
ri ex quo aqua utriq3 ſufficiebat ꝉ ſufficere
poterat ꝑ predicta. Sed qd ſi conceditur
pluribus ſimul ꝉ ſeperati uel ſimpl'r ſerui-
tus aq̄ductus ita ꝙ ualeat qa omnibus ſuffi
cit & non conueniūt queādmodu3 utantur
Dic ꝙ utile iudiciū cōi diuidūdo eis datur
ut.ſ.aqua uel mēnſura uel tēporibus diuida
tur ut d.l.lucio cum glo. Sed qd ſi tu cui
pᵒ cōceſſi ſeruitutē aq̄ductus uis poſtea al-
teri concedere an poſſis.Et in hoc cōſidera
quatuor caſus. Primus ē ſi uis concedere
ut ille extrahat de fundo primi cōcedentis
& non potes ut.l.ex meo.ff.de ſer.ru.predi.

Secundus caſus ſi uis concedere ut extra
hat de fundo medio ꝑ q̄m aqua ducitur cā
na per quod perueniat ad fundum tuū. Et
ide3 qa illa ſeruit⁹ aq̄ductus ē tibi conceſſa
ꝑ neceſſitate fundi tui & non alterius.ut.l.
ergo.ff.de ſer.ru.pre.nec potes illam aqua3
tāq̄ tuam concedere alteri qa non ē tua an-
teq̄ ingrediatur fundū tuū.ut.l.i.§.illud.ff.
de aqua quoti.& eſti. Terti⁹ caſus ſi uis
alteri cōcedere poſtq̄ in fundū tuū aqua in
greſſa ē & potes qa effecta ē tua niſi nocitu
ra ſit meo fundo ex qᵒ fuit⁹ īducit' ut.d.§.
illud & notat glo.i.d.l.ex meo & dixi ſu-
pra i.iii.q.principali circa prin. Q uar-
t⁹ & ultimus caſus ē ſi aqua exiuiſſet de fū
do tuo & tu regul'r non poſſes alteri conce
dere dictam aq̄ qa eadem ratione q̄ primū
aqua ingreſſa eſt alium fundum uicini eſt
effecta ſua ut dicto.§.illud ergo de ea tu nō
potes diſponere Sed iſta regula fallit quā-
do iſta ſeruitus imponeretur per te an-
te quam peruenerit ad locum inferiorem
de ipius uolūtate per.l.aquam.C.de ſerui.
& aqua.Exemplum aqua dum exiuit a fū-
do tuo poteſt diſcurrer' per diuerſa loca ad
fundos uicinoꝝ & eſt in poteſtate tua per
quam partem facias exire aquam na3 potes
cum uno uicino inferiori ſi aqua eſt utilis
cōuenire de dimittēdo dictam aquā ad fun
dum ſuum cum hoc ꝙ poſtq̄ irrigauerit fū
dum teneatur mittere ad alium certum fū-
dum inferiorem.Et iſto modo poteris im-
ponere ſeruitutem aq̄ductus poſtq̄ exiue-
rit de fundo tuo ut dicta.l.aquam ubi hoc ꝓ
batur.C.de ſerui.& aqua & predicta oia in
tellige q̄do ille cui conceditur ſeruitus aq̄-
ductus habet fundum ad que3 aqua duci de
bet alias ſecus ut.l.i.ff.cōi.pre.& dixi in.q.
precedēti ante finem. Q uero ſeptio pri
cipal'r qūo & qualit' & qn̄ & per quē locu3
cōſtitui uel acqri poſſit ſeruitus aq̄ductus
Et dic ꝙ acqri poteſt his modis de qbus.s.
i.iii.q.pricipali facit.l.uia.ff.de ſerui.Itē ſer
uitus aq̄ductus olim non niſi ex capite uel
fonte cōſtitui poterat ſed hodie ex quocūq̄
loco conſtitui poteſt ut.l.ſeruitus aq̄duct⁹
.ff.de ſerui.ru.predi.& caput aq̄ ſeu flumis
dicitur unde aqua naſcitur ut.l.i.§.hoc iter-
dicto.ff.de aqᵃ coti.& eſti.Et notat glo.i.d.
.l.ſeruitus aq̄ & nō.principaliter per Bar.
in tractatu de inſula in.ix.col'. & pleni⁹ ꝑ
Bal.i.l.i.in.vi.col'.ꝟ.rem nō.ꝙ agit.ff.de re
rum diui.Item ſeruitus aq̄ inuente & inue-
niēde conſtitui poteſt.l.labeo.ff.đ ſerui.ru.
predi.de quo dic ut dixi ſupra in.i.q.prici.
Itē pōt conſtitui ſeruit⁹ & aqua ducatur ꝑ
interualla tēporis puta certis diebus ul' horiſ
.l.modū &.l.prima.§.i.ff.de ſeruitutibus &
.l.i.§.ſi aq̄ductus.ff.de ſeruitutibus ru. pre-
di.&.l.ſi ſit conſtituta &.l.ſi cui in prin.ff.
quemadmo.ſerui.amit.&.l.ſi diuturnarum
&.l.cum conſtet in prin.ff.de aqua coti. &
eſti.Item poteſt conſtitui ſeruitus ut aqᵃ di
uidatur ꝑ mēſuras puta ꝑ ūcias & digitos
ut.d.l.cū conſtat in prin.&.l.penul.ff.đ ſer
ui.ru.predi.Et nota ꝙ tm̄ ſignificat dicere
concedo tibi unum digitum aq̄ q̄tū do tibi
licentiam ut ducas aq̄ per unū digitū ferre
um uacuū.nā ꝑ roſtra aialiū ymagiaria pu-
ta ferrea uel enea & per ora & digitos ſole
mus aq̄ ducere ſ3 Ang.in.d.l.pe.digit⁹ aūt
dicitur ſecundu3 yſidoꝝ minima pars agre
ſtiū menſurarū & uncia q̄ continet tres di-
gitos ut dixi in.l.iii.in prin.in.x.q.ff.de ꝟ-
bo.ſigni.ubi poſui de ponderibus & mēſu
ris.Itē ex loco dn̄i proprietarii uel de eius

uoluntatē conſtitui poteſt ſeruitꝰ aq̄ductꝰ
ut.l.aquā.C.de ſeruitu.Et ex fundo liuella-
rio ſeu emphiteotico & feudatario ut.l.pro
uinciali.C.de ſerui.& aqua &.l.iii.ff.de ſer
uitut.Et dixi in precedenti libro in.iii.q.pri
cipali in qua poſui que ſint ille perſone q̄
poſſint ſeruitu.conſtituere.Item per quez
locum uiaz alii concedo per fundum alii aq̄
ductum concedere non poſſum Et eodem
modo ſi alii aqueductum conceſſero alii itē
per eandem ꝉ ducere uel cōcedere nō pote-
ro ut.l.ꝑ quē locū.ff.de ſerui.ruſti.ꝑdio.Fa
cit.l.ī cōcedēdo.ff.de aqua plu.ar.Itē publi-
co loco interuenietē ꝉ uia publica aq̄ductꝰ
concedi non poteſt ſed a principio iterꝑta
ri debet ut per uiam publicaz aquam duce
re ſine icomodo publico liceat ut.l.ſeruitu
tes.§.publico.ff.de ſeruitu.Et non poteſt a-
qua duci ꝑ locum publicuz ſi dampnū faci-
at etiaz priuato ut.l.ſi per publi.ff.ne quid
in lo.pu.&.l.ii.§.ſi quis in ſuo.ff.eo.ti.Item
quid ſi non exprimitur per quam partez
fundi ſeruientis poſſis aquaz ducere.dic ꝙ
poteris per quālibet ꝑtem.ſed ſemel electa
uia non poteris uariare ut.l.ſi cui cum glo.
.ff.de ſeruitu.&.l.fi.ff.de aqua coti.& eſti.
In cōtrarium tamez uidetur ꝙ ymo a prin-
cipio electio ſit dn̄i predii ſeruientis ut.l.ſi
uia.ff.de ſerui.ruſti.predi.de quo dic ut ple
niſſime dixi.s̄.de ſeruitut.in ꝟ.quero nun-
quid habens ſeruitutez ittineris & adde qa
aqua nō debet diuerti a ſolito curſu ſuo &
ſi diuertitur debet in priſtinū ſtatū reduci
.l.ii.C.ad.l.acquiliam.&.l.i.§.fi.ff.de fon.&
.l.i.§.ſi quis nouū.ff.de riuis &.dixi in ti.ꝑ-
cedenti in titulo de aqueductu uide que di-
cam in ſequenti.q.principali Item quid ſi
debetar ſeruitꝰ aq̄ductus ex flumine & flu
men mutauit alueū dic quod ſi mutauit qa
paulatim non receſſit & tunc licet alueus d̄
relictꝰ efficiatur dn̄i predii dominātis ꝑꝑ
uicinitatem tamē ꝑditur ſeruitus aqueduc
tus qa eo loco ubi nuni eſt flumē ſeruitus ī
poſita nō ē ut.l.hoc iure.§.ſi aqua.ff.de aqua
coti.& exſti.Idem ſi flumē cepit circūfluer̄
mutato alueo quia ex quo melius locus nō
ſeruit ē interupta ſeruitus ut eſt caſus.j.in
fi.Sed ſi flumē paulatim acceſſit fundo tuo
ſubſequi potes ꝙ locus tocius fluminis tue
ductioni ſit ut dicto.§.ſi aquaz.ꝟ.ſed ſi allu
uione & itellige ꝙ ſi flumē addidit aliquid
de terra fundo tuo & ſic paulatī receſſit flu
mē a ꝑdio tuo qa refet ſi ſubito receſſit an

paulatim mutat alueū ar.l.ergo.§.alluuio.ff
de acqui.re.do.ſecūdū glo.q̄ ita nō.ī.d.§.ſi a
quam ī ꝟ.ceſſerit Et Bar.poſuit ī.l.quo mi-
nus ī.xvi.q.ff.de flu.Et licet iſte itellectus ī
ſe ſit uerus tamē alit̄ itelligi poſſet ille tex.
in ꝟ.ſed in alluuione.nā ille tex.nō uidet̄
pati predictū itellectū glo.uidelicet dū dic̄
acceſſerit ut ſubaudiat̄ aliqd de terra.quia
dū dixit in uerbo precedēti flum̄ receſſerit
& poſtea ſubdit ſi acceſſerit fūdo tuo Intel-
ligit̄.ſ.flumē de quo predixerat & non ali-
qd de terra ut eſt ſenſus ꝙ ſi flumē acceſſe-
rit.i.appropinquauerit fundo tuo ſubſeq
potes.ſ.iducēdo aquam ad fundum tuū ex
dicto flumine qa locus totus fluuius ē.i.in
quo nūc ē flumē ſeruit ductioni.i.ſeruire i-
telligitur ex quo ē ī loco ī quo ſeruitus debe
bat̄.Iſte tamen itellectꝰ nō uidet̄ cōuenire
uerbo alluuione poſito ī littera niſi referas
ipſum ad aliū uicinū. Ex his tamē nō.ꝑ
intelligentia huius materie q̄ nō reperit̄
bene declarata per doct.viii caſus principa
les. Primus eſt quādo ex flumine publi-
co ꝙ ē propinquū & cōiūcto fūdo meo ha
beo ius aque ducēde & flumē totū uno im-
petu recedit de alueo ſuo & a ꝑdio meo nl̄
lo loco in medio relicto niſi alueo antiquo
qa ī meo iter flumē & fūdū meū cui ſuitus
debet̄ ē ſolū alueus antiquuſ fluminis & hᵒ
cāu uidebat̄ ꝙ adhuc duret ſeruitꝰ mea qa
alueus ātiquus efficitur meus iure uicinita-
tis ut inſti.de rerū diui.§.iſula.ꝟ.ꝙ finalit̄
alueo & ſic non eſt locus medius q impedi
at ſeruitutē.tn̄ cōtrariū ē uerum uz ꝙ imo
ſeruitus impediat̄ qa ex quo flumen totuz
uno impetu receſſit & nouū alueū facit nō
reputat̄ eſſe illud idem flumen cui ſeruitꝰ
eſt impoſita ſed aliud Et iſte ē proprie caſꝰ
in.d.l.hoc iure.§.ſi aquam i.i.ꝛnſo ſecūduz
intellectū glo.ibi Et hoc etiā uult Bar.in.d.
.l.quo minus in.xvi.q.ubi uult ꝙ ſi flumen
mutauit alueum uno impetu perditur ius
aq̄ & tūc uidet̄ aliud flumē. Secūdus ca
ſus eſt quādo flumē uno impetu recedit a
fūdo m̄eo & relinqt inter fūdū meū & flu
men nedū alueū antiquū ſed etiā fūdū alie
nū & tūc ſine dubio non poſſū aquā ducer̄
ex flumine nouo ad fūdū meū duplici rōe
Prima qa eſt nouum flumen cui ſeruitꝰ n̄
fuit impoſita ut dixi in precedenti caſu.Se
cunda qa locus q eſt ī medio alienꝰ mihi n̄
ſeruit & propterea.ſeruitutē aqueductꝰ ipe
dit.l.q ſella.§.fi.ff.de ſerui.ruſti.predio.&

.l.in tradendis.§.i.ff.cõia predi.& iſto mõ
debet intelligi.d.§.ſi aquã in.i.& in.ii.ꝝnſo
Tertius caſꝰ ẽ qñ ĩ medio reperitur fun-
dus meus ꝓprius & tunc ẽ dicendum ꝙ ſer
uitus ĩpeditur nõ ex eo ꝙ locus medius qui
meus ẽ ſeruitutẽ ĩpediat ſed ex eo qnia ẽ no
uũ flumẽ cui ſuitꝰ nõ fuit impoſita ut dixi
primo & ſecũdo caſu. Quartꝰ caſus eſt
qñ flumẽ qđ erat propinquũ fundo meo
ad quem aquam ducere poteram diſceſſit
a predio meo paulatim ita ꝙ ꝑ alluiones re
linquit terrã fũdo meo iter eundeꝫ fundus
meũ & flumen.& tũc ſeruitus nõ impediť
quia tota dicta terra addita fũdo meo ſerui
re põt ductioni aque quia ẽ mea.& idẽ flu
men reputať tũc erit ſicut erat priꝰ lꝫ receſ
ſerit de alueo ſuo ex quo paulatim receſſit
ar.l.ergo.§.alluuio.ff.de acqui.re.do.& in
ſti.đ re.diui.§.preterea ꝑ alluuionẽ & iſte
ẽ caſus i.d.§.ſi aquã i.ii.ꝝnſo ſecundum glo.
ibi. Quintꝰ caſus ẽ cõtra qñ flumeꝫ qđ
priꝰ diſtabat a fundo meo nũc acceſſit fun
do meo ꝑ alluuionẽ ita ꝙ ẽ ei nũc cõiunctũ
mediãte alluuione uerſus fũdũ uicini relic
ta quia receſſit flumen a fũdo uicini ꝑ allu
uionẽ.& tũc idẽ quod in caſu ꝓcedẽti.quia
nõ mutať nec interrũpiť ſeruitꝰ qm̃ repu
tať eſſe idẽ flumẽ.nec ẽ locus medius qui
ſeruitutẽ ĩpediat.& iſte ẽ caſus ĩ dicto.ii.ꝝn
ſo ſecũdũ alium intellectum quem ſ̃ dedi.
Sextus caſus ẽ qñ flumen quod diſtabat
a fundo meo ex quo habebã ius aq̃ducendi
ꝑ medium fundi uicini ĩpo uicino cõſẽtiẽte
receſſit uno ĩpetu & cõiunctus ẽ cũ predio
meo.Et ĩ hoc uideť dicendũ ꝙ ius aquedu
cende nõ ꝑdať quia ſi loco medio exñte du
cere poterã multo magis ubi locꝰ nullꝰ eſt
medius.tñ contrariũ uerius qa non aliud
flumen eſſe reputatur ut dictũ ẽ in.i.&.ii.
caſu. Septimus caſus ẽ qñ flumẽ qđ erat
fundo meo cõiũctũ circũ fluere cepit muta
to alueo.i.ꝑ diuerſas partes fluere cepit ali-
quo loco relicto in medio iter unũ brachiũ
flumĩs & aliud & tunc impeditur ſeruitus
aqueductus quia ex quo locus medius non
ſeruit.ĩterrupta dicitur ſeruitus ut ẽ.caſus
in.d.§.ſi aquã in.iii.ꝝnſo.Subeſt hic etiam
alia ratio ĩpeditiua quia mutato in toto al-
ueo unico ĩpetu dicitur eſſe aliud flumen
ꝓpter predicta. Octauꝰ & ultimus caſus
eſt qñ flumẽ circũfluere cepit & locus me
dius non impedit ſeruitutẽ quia dñs mihi
conſentit uel ẽ meus Et in hoc puto ſic eſſe
dicẽdum.Aut flumen receſſit in totũ de al
ueo antiquo & cepit circũfluere & tunc lꝫ
ceſſet una ratio impeditiua.ſ.loci medii tñ
ſubeſt alia.quia nõ ẽ amplius primũ flum̃
& ideo nõ durat ius ducẽdi aquã ſecũdũ ea
que dixi ſupra in tribus primis caſibꝰ.Aut
flumen nõ receſſit ĩ totum ex alueo antiqꝫ
ita ꝙ dici poſſit primũ flumẽ durare & tũc
aut prediũ meũ ẽ proximũ ueteri alueo uł
uni brachio fluminis & tũc pro ea ꝑte illiꝰ
brachii debeť mihi ſeruitus quia utraqꝫ rõ
ĩpeditiua ceſſat.ſ.de loco medio & de nouo
flumine.Sed in alio brachio fluminis cui ꝑ
diũ meũ nõ eſt proximũ ſed fũdꝰ alteriꝰ &
tũc aut ille nõ cõſentit & ĩ illo ſeruitus fun
do meo nõ debeť quia locus medius &c.&
ita tenet glo.i.d.§.ſi aquã in ultimo ꝝnſo in
uerbo circũfluere.Aut dñs medii predii ꝯ
ſentit & tũc ſeruitus durat quia ẽ utraqꝫ rõ
ĩpeditiua. Et ut breuius predicta ĩtelli-
gantur reducas oẽs ꝑdictos octauos caſꝰ ad
duas tñ cõcluſiones.Prima ẽ ſi ex flumine
ſeruitus aqueductus predio unius debeť et
mutať flumẽ de loco ſuo ita qđ dici poſſit
nouũ flumẽ.tũc ſeruitꝰ aqueductꝰ ĩpediť
ſiue ſit locus medĩꝰ ĩpediẽs ſeruituteꝫ ſiue
nõ quia huic nouo flumini & alueo ſeruitꝰ
non fuit impoſita. Secũda cõcluſio ſi flu
men ex quo debeť ſeruitus aqueductus ita
receſſit de alueo ſuo ꝙ nõ dicať nouum flu
men ſed idẽ durare.& nullus ẽ locus medĩꝰ
qui ſeruituteꝫ durare poſſit impedire.quia
nihil ſubeſt quod ſeruitutẽ habeat ĩpedire
Et ꝑdicta oĩa intelligas ꝓcedere poſſe ĩ qᵃ
tuor caſibus pricipałr. Primo qñ ius aq̃
ducẽde debeť ex flumine publico & ita po
ſui caſuꝫ ſupra & tũc requiritur ut habeať
licẽtia a principe uel ſuperiore ut ꝓbať in
.d.§.ſi aquã ſecũdũ primã lecturã glo.ibi.
Secũdo põt ĩtelligi qñ eſſet priuatus &
tũc ſufficit habere licentiã a dño qñ illiꝰ ẽ
prediũ cui debetur ſeruitus aqueductus.
Tertio põt intelligi ſi ducebã aquã ꝑ fũdũ
uicini.cui ĩpoſita erat ſeruitus & flumẽ mu
tauit alueũ inter fũdũ ſeruientẽ & nouum
alueũ ꝑ quẽ aqua diſcurrit dimiſit an ſit ſer
uitus extincta quo caſu diſtinguiť.Aut ſu-
bito receſſit & extincta eſt ſeruitꝰ qa medi
us locꝰ qui nõ ſeruit impedit ſeruitutem.
Aut paulatim & tũc durat ſeruitus quia re
putať idẽ flumẽ.nec ẽ locus medius q ĩpedi
at ſeruitutẽ ut ꝓbatur i.d.§.ſi aquã ſecũdũ
ſecũdaꝫ lecturã glo.ibi.Facit quod nõ.in.l.

conuēnerit.§.i.ff.de pign.act.& i.l.ſi fundꝰ
ī prin.ff.de pigno. Quarto & ultio pn̄t
p̄dicta ꝓcedere qn̄ eſt queſtio utrū ꝑdatur
ius occupationis ut preferēdi uicinis quo
caſu eodē mō ē dicendū. Aut flumē ſubito
receſſit & alueū mutauit & perditur iꝰ aq̄
ducēde qđ erat acqſituꝫ occupatiōe.& tūc
nouo occupatore opus ē. Aut paulatim &
tunc ſecus quia ius aqueducende retinetur
ut nō.Bar.ī.l.quo minus ī.xvi.q.de flumi.q
etiaꝫ ſubdit hoc ultimo caſu id ꝓcedere niſi
ꝑ annū ille cui ſeruitus debebatur paſſus ſit
ꝑ ānū aquā ire in ſua libertate quia etiam
tūc ꝑderetur ius aqueducēde ut.l.i.in prin.
.ff.de aqua coti.& eſti.& notat Bar.in.d.l.
quo minꝰ in.xv.q.prin.in.℣.itē ſecūdū re
qritur. Sed iuxta predicta q̄ro an ī caſi
bus ī qbꝰ ꝑ mutationē aluei flumīs amitti
t᷑ fuitꝰ aq̄ductꝰ de equitate ſit reſtituēda
ut debeat᷑ ex noua ł nouis alueis & uidetur
ꝙ ſic ar.l.ſeruitutes.§.ſi ſolitū.ff.de ſui.ur.
predi.Sed glo.in.d.l.hoc iure.§.ſi aquā ī ℣.
interrupta.ff.de aqua coti.& eſti. dicit ſub
dubio forte ꝙ illud procedit qn̄ debetur ſer
uitus ex loco priuato & ſic ex flumine pri
uato.ſecꝰ ſi ex flumine publico. Ego uero
non puto ꝙ in aliquo iſtorū caſuū reſtitua
tur ꝑ iſtū tex.& per ea q̄ dicta ſunt ſupra.
Nec obſtat.d.§.ſi ſublato.qa ibi loquitur de
ſeruitute.que pōt intelligi etiaꝫ eadē ex qᵒ
non mutatur locus lꝫ mutetur edificiū ac ēt
cōtingit ꝑꝑ publicā utilitatē domorū ut di
cit. Ang.de quo dic ut plene dixi ī libro p̄
cedēti ī ti.de ſerui.ſtill.ī.vi.q.ubi oīo uiđ.Sꝫ
quid ſi ad antiquū alueū flumen redit glo.
ī.d.§.ī uerbo interrupta ī fi.dicit ꝙ reſtitui
tur quia tex.in.d.§.ſi aquā nō dicit ꝙ ſerui
tus fuerit amiſſa ſed iterrupta ut probatur
etiaꝫ in.l.in tradendis ī fi.ff.cōia predio. Et
hoc intellige niſi tanto tēpore ſtetiſſet iter
rupta quāto ſeruitꝰ amitti t᷑ de quo dicam
īfra in x.q.principali quia tūc ſeruitꝰ amit
tere t᷑ ꝓprie ut.d.l.tria predia.nec reſtitu
etur lꝫ flumen ad alueū ſuū redierit & ita ī
duco dictā glo.ī.℣.interruptā in.fi ꝑ dictā
.l.tria predia quod nota. Et quia ſepe fa
cta eſt mentio de mutatione aluei.Quero
qūo cognoſcat᷑ alueus ſi mutat᷑ uel nō.dic
qn̄ deſinit eſſe prima forma obmiſſa.i.qn̄
ſic diſcurrit ꝑ aliū locū ꝙ aqua non curat
ꝑ primū alueū.dicit᷑ alueus mutatus ut.l.
adeo.§.inſula de re.diui.§.inſula.℣.ꝙ na
turali alueo.& notat Bar.ī rubrica.ff.de reruꝫ
diui.in.ii.colł.ultime carte. Vltio circa p̄
dicta queritur an cuilibet ſit licitū ducere
aquā ex fluīe publico ꝑ occupationē factaꝫ
propria auctoritate.& uidetur ꝙ n̄ & ꝙ re
qratur auctoritas pricipis uł ſuperioris ut
.l.quo minus.ff.de flu.&.l.i.§. permittitur.
.ff.de aqua coti.& eſti.&.l.ii.in princi.ff.ne
quid ī loco pub.& ꝑ ea q̄ dicta ſunt ſ̄.ī.y.q.
principali. In cōtrarium uidetur ꝙ licite
qs poſſit auctoritate iuriſgētiū occupare a
quā ex flumine publico quo iure flumina
& eorū uſus & iura publica ſunt ut iſti. de
re.diui.§.flumina.Sꝫ tu in hoc ſic diſtigue
Aut flumē eſt publicum & nauigabile.aut
publicū & nō nauigabile.Primo caſu qn̄ ē
nauigabile nō licet aquam ducere ꝓpria au
ctoritate & qui primo ducit illicite facit ut
.d.l.quo minus & ibi hoc notat Bar.in.ii.q.
Scdo caſu qn̄ flumē nō eſt nauigabile.&
tūc ſubdiſtingue.aut flumen intrat ī aliud
flumen nauigabile.aut flumē non ītrat in
aliud flumen nauigabile.ſi intrat aut illud
ē mare & pōt ducere.Et ē ratio quia ꝓpter
aquarū abundātiā ex uno flumine nō dici
tur recipere icremētū uel diminutioneꝫ &
ſic ꝓpter dictā occupationē nullū detrimē
tum reccipere pōt.Aut ē aliud flumē naui
gabile ī quo ītrat.& tūc aut propter dictaꝫ
occuppationē & ductꝰ aq̄ auerti t᷑ a flumīe
nauigabili & facit ꝙ flumē nauigabile effi
cit᷑ nō nauigabile uel dāpnificat᷑ nauigatio
& nō pōt ut.d.l.quo minus & ibi per Bar.ī
.iii.opinione.Aut auertitur aqua a flumīe
nauigabili.Exēplū ſi aquā duco ex flumīe
ad fūdū meū & nihilominus poſtea in flu
mine nauigabili īerat.& iſtud nō ē ꝓhibi
tū ſi bene cōſideras rōnes predictarū.ll.Et
ideo bononiēſes licite ducūt aquā de flumi
ne Reni & poſtea ītrat padū ſecūdū Bar.q
ita notat ī.d.l.quo minus ī prin.ī.iii. opini.

Et quod dixi ꝙ quis propria auctorita
te pōt aquā ducere ex flumine publico nō
nauigabili qn̄ ītrat flumē nō nauigabile ł
qn̄ intrat nauigabile & nō impedit nauiga
tionē ꝓcedit multo magis qn̄ ītrat flumen
n̄ nauigabile.Sed hoc tn̄ limita duobꝰ mo
dis.Primū qn̄ flumen eſſet publicū.hoc eſt
eſſet ī uſu publico.ſ.fiſci uel ciuitatis uel ali
cuius municipii puta quia illa aqua utit᷑ ad
molēdinū pro ut faciunt bononiēſes de flu
mine ī quo ſunt molēdina cōis bononie de
quibꝰ habet᷑ per glo.ī.l.iter publica.ff.đ ℣.
ſig.& ī.l.ſed & celſus ī prin.ff.de cōtrahen.

emp.ueluti ciuitas ad aliũ uſuꝫ dicta aqua
& tunc nõ ꝑmittit̃ aquam ducere ut ẽ cãꝰ
in.d.l.quo minꝰ ſecũdum unum ĩtellectum
glo.ibi & Bar.etiã ibi hoc nõ.in prin.in.ii.
opy.& probat̃ ĩ.l.i.& per totũ titulũ.C. de
aqueductu li.xi.Secũdo fallit quãdo cũ uici
norũ iniuria duceret̃.ut.l.imꝑatores in fi.
.ff.de ſerui.ruſti.predi.&.l.i.§.ſunt q putãt
.ff.ne quid in flumine publico Et ſi dicatur
nõne ẽ ſemper uicinorũ ĩiuria q nõ poſſũt
facere ſuũ hedificiũ ꝛ̃ndeo ſecũdũ Bar.ĩ.d.
.l.quo minus ĩ.ii.q.principali ꝙ per hoc nõ
patitur uicinus ĩiuriã ſeu damnũ ſed non
acq̃rit lucrũ & nõ ẽ ꝑ idẽ lucrum nõ caperẽ
& damnũ ſentire.l.fi.C.de codicil.&.l. qui
autẽ ĩ prin.ff.de his que in frau.credi.cum
ſy.Aut ẽ flumen pub.ex qᵒ aqua deducitur
ſed non ẽ nauigabile.& tunc quis poteſt li
cite auctoritate iuriſgẽtiuꝫ aq̃ ex eo ducere
q̃a per iura ciuilia non ẽ ꝓhibituꝫ id ꝙ eſt
de iuregentiuꝫ licite per.§.flumina inſt.de
reꝝ diui.& per.l.i.§.ſunt q putãt.ff. ne qd
in flu.pub.dũmodo non fiat cũ uicinorũ in
iuria ſecũdũ Bar.in.dicta.l.quo minꝰ ĩ.ii.q.

Sed aduerte ſecũdũ euꝫ ibi q̃a quãdo q̃s
facit illicite reſpectu priuati ducẽdo aquaꝫ
ex flumine publico ille ſolꝰ me põt ĩpedirẽ
non alius tertius.q̃a quãtũ ad eum illicite fa
cio.l.loci corpus.§.cõpetit. ff. ſi ſerui.uen.
Sed quãdo facit illicite reſpectu iuris pub-
blici tũc q̃libet priuatꝰ põt impedire & ita
loquitur.l.ii.§.idẽ ait.ff.ne qd in loco publi.
Quid autẽ ſi aqua exit de molẽdino unius
& alter uľt eã cape & ducere ad molẽdinũ
ſuũ ita ꝙ molẽdinum primuꝫ nõ ĩpediat.
an poſſit & dicas ꝙ aut illa aqua intrauit al
ueũ publicuꝫ & non eſt dubiuꝫ ꝙ põt per
predicta & ita tenet Bar.in.d.l.quo minus
ĩ xii.q.in fi.Aut non intrauit alueuꝫ publi-
cuꝫ & tunc aut alueus ꝑ quẽ aqua ducitur
ad molẽdinũ ẽ publicũ & poſt molẽdinuꝫ
deſcẽdit per alueũ publicũ & tunc ſubdiſti
gue ut ſupra dixi de aqua ex flumine pub-
lico ducẽda Aut alueꝰ ẽ priuatꝰ & tũc non
põt ut ĩ.l.ĩ cõcedẽdo.ff.de aqua plu.ar.cũ ſy.
Quando autẽ dicatur alueus fluminis pub
lici per quẽ flumẽ publicum diſcurrit. &
tunc ẽ publicus alueus q̃a alueus eſt illius
cuius ẽ flumẽ ut inſti.de reꝝ di.§.inſula.ꝟ.
nouus autem alueus &.l.adeo.§ ĩſula de ac.
re.do.&.l.i.§.non eniꝫ ne quid in flu.pub.
ibi quia impoſſibile ẽ ut alueus flumĩs pu
blici nõ ſit publicus Et hoc ꝓcedit etiã ſi al

ueꝰ ſit foſſa manu facta per q̃ fluit publicũ
flumen ut.l.i.§.ſi foſſa.ff.de flumi.Secus ſi
flumẽ aliq̃ terrã ĩũdauerit q̃a tũc ille locus
inũdãtus nõ eſſet publicꝰ ut.d.§.ſi foſſa.ꝟ
aliter.Aut alueus ẽ flumĩs priuati ꝑ quem
flumẽ priua.decurrit & erit priuatꝰ ut.d.l.
.i.§.hoc ĩterdictũ &.§.itẽ ſi ãnis.ff.ne qd in
flu.pub.& deſcẽdit ad latꝰ fluminis ꝓ aqᵃ
ducẽda puta ad molẽdinũ uel ad agros irri
gandos q alueus ẽ locus cauus ſiue foſſa.&
dicitur in uulgari forma ſeu formula & ita
appellatur in.l.i.C.de aqueductu libro.x.&
appellat̃ q̃nq; in iure ciuili ut.l.i.§. ĩciuile
.ff.de riuis.Item appellat̃ in uulgari ualluꝫ
ut nõ.Bar.ĩ.d.l.quo minus ĩ.xii.q.de flumi.
Item ſecũdum nos appellatur ſeriola & in
hoc dic ꝙ talis locus ſiue alueus dicit̃ priua
tus cũ ꝑ talẽ locũ nõ ſẽper cucurrit aqua ut
.l.i.§.fluminũ.ff.de flumi.& rõ ĩ eo.§.ſi foſ
ſa.& Bar.in.d.q.xii.ubi dicit aut duco aq̃
ex flumine publico ĩmediate per fũdũ meũ
& tũc nõ eſt dubiũ ꝙ locus eſt meꝰ Aut du
co per fundum uicini ĩ p̃o permittẽte & tũc
locus eſt eius cuiꝰ primo erat anteq̃ fieret ľ
ſeriola ut ego habeo ſeruitutẽ aqueducẽde
& ſi ille me impedit ducere habeo ĩterdic-
tum de aqua coti.& eſti.ſi me impedit for-
mulã ſiue ſeriolã purgare & reficere habeo
ĩterdictuꝫ de riuis ut.d.l.i.§.ĩciuile.ff. de ri-
uis & habeo cõfeſſoriã de quo uide ꝙ dicaꝫ
.ĩ.in.xi.q.principali.Sed quid ſi duo uolũt
aquã ducere ex flumine publico ad funduꝫ
ſuũ & ſe inuicẽ ĩmpediũt quis preferetur.
Iſta ponuntur ꝑ Bal.in.l.quo minꝰ in.v.&
.vi.q.principali.ff.de flumi.ubi plene exa-
minat & per Bal.in.l.lapilli.ꝟ.quarto q̃ro
.ff.de reruꝫ diui. Ego autẽ dimiſſis diſpu
tationibus ſic diſtinguo aut aqua põt ſuffi-
cere ipſis duobus aut nõ.Primo caſu regula
rit̃ unus alteruꝫ impedire nõ põt.l.lucio.ff
de aqua plu.ar.&.l.ii.§.i.ff.de ſerui.ruſti. p̃
dio.& per ea que dicta ſunt ſupra ĩ.vi.q.prĩ
cipali & ita tenet Bar.in.d.l.quo minus in.
v.q.in fi.hoc tamen regulariter fallit quãdo
ambo uellent aquam ex eodem fluminis lo
co ducere quo caſu diſtingue ut dicam in ſe
quentibus. Secundo caſu principali quã
do aqua non eſt ſufficiens utriq; & quilibꝫ
uult diuerſa parte fluminis ex eo ducere.&
tunc ſubdiſtingue aut ambo inceperunt eo
dem tempore ducere aquam uel occupare
locum aut unus primo incepit alter poſt.
cuꝫ de primo ignoraret aut unus prĩo ince-

pit & alius poſtea cuꝫ ſciret primũ icẽpiſſe
Primo caſu quãdo ãbo iceperũt eodeꝫ tp̄re
uidetur qđ ſit locus gratificationi per.l.fi.
.ff.de religi.uel ꝙ ſorte dirimaꝰ niſi unus
potuiſſet preuidere alter nota ar.l.ſi qs do-
muꝫ.§.i.ff.loca & nõ.glo.in.l.ii.§.i.i ꝟ.ad
obtinẽtiũ ibi uel dic tercio.ff.ne quid i loco
pu.q̄ ponit de duobus plauſtris ſibi obuiã-
tibus ut poit ẽt glo.in.l.per agruꝫ.C.de ſer
ui.Vel dic ſecunduꝫ Bar.in.d.l.quo minus
in.vi.q.ꝙ uſus dicte aque ẽ cõicãdꝰ iter eoſ-
dẽ uł debet diuidi per tempora & per mẽ-
ſuras ut.l.imperatores.ff.de ſerui.ruſti.pre-
di.circa ꝙ uide quod dixi i hac.vii.q.pricipa
li circa principiũ & ꝙ ſtatiꝫ uideꝰ. Secũ
do caſu quãdo unus primo icepit alter poſt
ꝯ ignoraret de primo Bar.i dicta.l.quo mi
nus i vi.q.dicit idẽ quod ꝓximo caſu prece
dẽti quia paria ſunt ꝙ ambo ſimul icipiant
ł quod unus icipiat & alter ignorãs poſtea
icipiat ſicut quãdo duo plauſtra ſe inuicem
obuiauit in uia arta per q̄ unuꝫ tãtum plau
ſtruꝫ tranſire põt ut unũ primo igreſſuꝫ ẽ
uiã & aliud poſtea nõ ꝓuidẽs primũ ut nõ
glo.i dicta.l.ii.§.i.& i.iii.lec.ff.ne qd in loco
pub.in.d.vi.q.i fi.Eſt ergo cautella ut ille q
primo ingrediꝰ uiã cũ plauſtro illis q prio
icepit edificare aut aquã ducere ꝙ ip̄e pro-
teſtans occupat & occupare itẽdit uſuꝫ dic-
te aque ad tale edificiuꝫ.Item bonuꝫ eſſet ſi
qs cũ iudicis auctoritate opus inciperet &
hoc tamẽ nõ ſemper eſt de neceſſitate ut.l.
q̄uis de acquir.poſ.& iſtis caſibuſ ip̄ e proteſ
tans prefereꝰ ut dicã in tertio caſu ſequẽti.
Ego aũtẽ i iſtis duobus caſibꝰ puto aliter di
cenduꝫ.uidelicet aut iſti q eodẽ tẽpore uo-
lunt ducere aq̄ uł occupare uł unus primo
alter poſt faciũt in flumine aut i illo loco ꝓ
ximo fluminis uel ſi faciunt in ripa flumis
& tunc licet ꝓprtetas ripe ſit eorũ qui ꝓpe
ripã predia poſſidẽt .qa tñ uſus ripe flumi
nis ẽ comunis ut.l.riparũ.ff.de reꝝ diui. &
inſti.eo.§.riparũ Dicendũ ẽ ꝙ tantuꝫ iuris
habet unus ſicut alter .& ſic ſunt pares i iur
& propterea concludenduꝫ ẽ ut dicit Bar.
in.d.l.quo minus in.vi.q.uidelicet quod a-
qua qua diuidãtur per menſuras ł tẽpora
ꝙ intellige ſi cõmode diuidi põt ita ꝙ ꝓſit
utriqꝫ alias puto ꝙ ſorte ſit dirimẽdũ p.l.in
tribꝰ.ff.de iudici. & per glo.in.d.l.ii.§.i.ff.
ne quid in loco pub.Si uero faciunt opꝰ nõ
in ripa fluminis ſed in loco ꝓximo ripe &
tunc aut ille locꝰ ẽ publicꝰ aut priuatꝰ Si ẽ
publicus ille ẽ p̄ferendus cui eſt permiſſuꝫ
a principe uel a ſuperiore quia per locũ pu
blicũ nõ licet priuato propria auctoritate a
quã ducere ut.l.ſeruitutes.§.publico.ff.de ſ
uitutibus &.l.ii.in prin.ff.ne quid in lo.pu.
cũ ſy.alias erit locꝰ g̃tificationi principis ł
ſuperioris ut.l.fi.ff.de religi.& ſump. fu. &
per glo.in.d.l.ii.§.i.in.iii.lectura Si locus ẽ
priuatus & tũc dicẽduꝫ ẽ aut ille locus eſſꝫ
edificãtis.Primo aut uicini qui etiam ſimi-
liter edificauit aut alterius tertii ſi eſt uniꝰ
edificãtis ille prefereꝰ qui i ſuo edificauit
qa licite hoc fecit ſiue prio edificauerit ſiũ
ſecundo quia ipſe edificauit licite ut.l.ii.§.
merito.ff.ne quid in loco publico no.Cy.in
.l.manifeſte.C.de ſeruitu.& Bar.in.d.l.quo
minus in.i.q.Si uero locus ẽ alterius tercii
tñ.tũc ille preferꝰ cui primo conceſſit dñs
loci alias erit locꝰ gratificationi quia per fũ
dum alienũ priuatum nõ licet alicui aquã
ducere ſine eius uoluntate ut.l.ii.&.l.aquaꝫ
.C.de ſeruitu.& aqua. Secũdo caſu prici
pali quãdo unus primo icepit occupare uł
edificare aut aquã ducere & alter poſt ſciẽs
primũ icepiſſe & tũc primus preferreꝰ qa
hoc caſu melior ẽ cõditio occupãtis ut.d.l.ii
.§.merito.ff.ne quid in loco publico &.l.ii.
.§.cepiſſe.ff.de pollic.& nõ.Bar. in.d.l.quo
minus in.i.&.v.q.ff.de flu.Quod tñ ego in
telligo ſecũdũ diſtinctionẽ p̄cedẽtem.Qñ
autẽ quis dicaꝰ occupaſſe uel incepiſſe edi
ficare uel aquã ducere uel uti loco publico.
uide plene per Bar.in.d.v.q.& per Bal.i.l.
lapilli in.iiii.q.ff.de reꝝ diui.Et ſi qs icepit
edificare & dimiſit an & qñ perdat ius p̄la
toris.Item Bar.in.d.v.q.& per Bal.in.d.l.la
pilli in.v.q.& ego dicam.j.in.x.q.pricipali.

Et ꝓ declaratione omnium predictorũ
ſcias & tene mẽti ꝙ non ſeqtur quis hẽt po
teſtatẽ uel ius ducẽdi aquam ex flumie pu-
blico uel priuato ergo habet ſeruitu.aq̄ du
cende.Sed in hoc debet ita diſtingui aut đ
betur ex flumine publico aut priuato.Prio
caſu aut predium dominans ad ꝙ ducitur a
qua eſt proximum flumini nullo alio me-
dio & tũc nõ diciꝰ proprie ſeruitus quia ñ
debeꝰ a predio alterius ꝙ reperiꝰ ut.l.i.ff.
cõi.predio.ſed debeꝰ iſtud ius a loco publi
co.& ita tenet Bar.i.d.l.i.Aut p̄dium domi
nans nõ eſt ꝓximũ aut uia publica uel alꝰ
locꝰ ẽ i medio inter flumẽ & locũ dominan
tis & tũc idem eadẽ ratione aut eſt i medio
locus priuatus per quẽ duci dꝫ aqua & tũc

aut flumē eſt penne & erit ſeruitus aq̄duc-
tus ut.l.i.§.aqueductus.ff.de ſerui.ru.& iſti.
eo.§.aqueductꝰ & dixi ſupra ī diffinitione
ī.i.q.pricipali.Aut flumē non eſt pēne qa
aliqñ exareſcit ſicut eſt fons, lacus & ſtagnū
& tūc quia nō hēt cām perpetuā qa ſerui-
tutes reales debent habere cām ꝑpetuā ſeu
cōtinuā reſpectu rei que debꝫ ſeruitutem
ut eſt caſus ī.l.foramē.§.oēs.ff.de ſeruitu.
urba.pred.& ibi hoc tenet glo.fi.ī prin.ī.ꝶ.
debet ī ultima lectura qḋ intelligo ut ſerui
tus īponat̄ directo quia directo īponi pōt
ſed bene dicit̄ ſeruitus utilitatis ut.l.ii.ff.
cōi.predi.que ita debet ītelligi ſecūdū Bar.
ibi.& ī.d.l.foramen & ita etiā tenet Roſ.in
libellis ſuis ſup īterdicto de fonte & ꝝica ī
cipit Si quis habet uſū ducēdi aquā de pu
teo uel de fonte.Iſta tñ ſeruitus utilitatis ñ
poterit dici ſeruitus q̄tum ad hoc ut p̄ſcribi
poſſit ex quo nō habet cām cōtinuā.qa req
ritur tm̄ tempus ut non extet memoria in
cōtrarium & iſte ē caſus ī.d.l.foramen.§.oēs
ſecūdū primā lect.glo.ibi que ī ſe eſt ueriſſi
ma ꝑ nō.ī.l.ſeruitutes la grande.ff.de ſer
uitu.Itē nō poterit dici ſeruitus quo ad hoc
ut quis ꝑpetuo eā habere poſſit ex quo cō
ſtituta ē licet ꝑpetuo nō utat̄ quia in hoc
caſu nō pōt ſic concedi ſeruitus iſta ut ꝑpe
tua ſit.Et iſte ē caſus ī.d.§.omnis ſecundum
ſecūdā lectu.glo.ibi ſed quo ad alios effectꝰ
pōt dici ſeruitus utilitatis quod bene nō.

Secūdo caſu pricipali qñ debet̄ ſeruitꝰ
ex flumine priuato.& tūc aut ē ꝑenne &
ſine dubio dicit̄ ꝓprie ſeruitus directa.ex
quo debet̄ a fūdo priuato alteri fundo pri
uato ſiue alius locꝰ publicꝰ uel priuatus
ſit ī medio ſiue nō.quia uerba & mēs.l.con
currūt ꝑ.l.i.§.aqueductus.ff.de ſerui.ruſt.
predi.cū ſy.aut nō ē perenne & tūc nō ualꝫ
ſeruitutis īpoſitio mero iure ſed de eq̄tate
pretoris tenet & iſte ē caſus in.l.ii.ſecundꝫ
tertiā lecturā ibi & Ang.ibi.ff.cōi.predi.ul'
ſecundū Bar.ñ ualet directe.ſed utiliter ut
dixi ī primo caſu precedēti. Octauo pri
cipal'r quero qūo & qualiter q̄s debeat aut
poſſit uti ſeruitute aq̄ductus & dicas prio
ꝙ debet uti ſecūdū conſuetudinē ut.l.pre-
ſes.C.de ſeruitu.& aqua &.l.ſi manifeſte eo.
ti.Et ꝓpterea dixit Bal.notabil'r in ti.de pa
ce conſtātinopolitana in.vi.col'.per illum
tex.ꝙ in aquis & molēdinis & ī ip̄is aquaꝝ
cōmoditatibus ſtādū ē antiquitati & idem
dixi ſupra ī.iiii.q.principali poſt pricipiū

& per Bar.hoc in.l.qui luminibus ibi & ſta
tim antiquoꝝ edificioꝝ cum glo.ff.de ſerui.
urba.predi.&.l.uenditor.§.ſi cōſtat ibi niſi
talis cōſuetudo.ff.cōi predi.&.l.i.&.l.an in
totuꝫ & ibi nō.C.de edifi.priua.Iteꝫ q̄s dꝫ
uti ſeruitute aq̄ductus ſecundꝫ formā ſta
tutorum ſi que ſunt ar.d.l.qui luminibꝰ ibi
ſecundum formā & ſtatutum cōiuncta gl.
& ar.d.l.i.&.d.l.an in totum facit.l.oēs po-
puli.ff.de iuſti.& iure.Item debet uti ſecun
dū conuentiones & pacta que de ſeruitute
īnita ſunt ut probat̄ in.l.certo generi ibi q̄
lex cōprehenſa eſt.ff.de ſerui.ruſti.predi.
& in.l.is qui duo predia cū.l.ſequen.&.l.cū
eſſent.§.fi.ibi niſi pactis uel ſtipulatio.eo.
ti.&.l.ſi quis duas ī prin.ff.cōi.p̄di.facit.l.i.
.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti.&.l.ſemper in
ſtipulationibus de regu.iur.cum ſy.Et ido
nō pōt quis uti ſeruitute niſi quatenus cō-
ceſſuꝫ ē ut.l.ergo ī fine &.l.ex meo.ff.de ſer
ui.ruſti.predi.&.l.non modus.ff.de ſerui.
et.d.l.is qui duo que uult notabilit̄ ꝙ habēſ
duo predia cōfinia ſuperius pacto appoſi-
to ut aquam ſulco aperto emptori educere
in fundo uicini liceat non poterit emptor
ex alio fundo aquā accipere & ī īferiorē uē
ditoris ducere.Ex hoc ſequit̄ ſecūdū.Ang.
ꝑ illū tex.ibi ꝙ ī uſu ſeruitutis aque forma
data pūctualiter ē obſeruāda.Et ille cui de
bet̄ ſeruitꝰ aqueductus nō pōt cum ea aliā
miſcere.Et ſubdit ꝙ hoc ē optimū argumē
tum ut ille qui habet talem ſeruitutē ducē-
di aquā ad molēdinū non poterit propter
aquarū abūdantiam aliud molēdinū ↄſtru
ere de quo Bar.ī.l.per agrum alias in.l.non
modus.C.de ſerui.dicit eſſe caſuꝫ in.d.l.nō
modus ē & nō pōt eo modo aliā aquā īmi-
ſcere ut molēdinuꝫ celeriꝰ uoluat̄.Item ſi-
eſſet lata ſententia a qua non fuiſſet appel
latum uel aliter ī rem iudicatam trāſiuiſſet
tūc inter partes ei ſtandū eſt & ſecūdū for
mam & tenorem & ſententiam ut ḋ ſerui.
.l.i.& per totū.ff.de re.iu.& per totū ti.C.ḋ
eo & ex eo.& maxime in.c.cū inter uos cū
ſy. Sed dubiū eſt circa p̄dicta Pone īter
duo caſtella erat queſtio de ductu aque pu
blice & fuit int̄ ſe lata ſententia.demū īpa
tor cōceſſit mihi unū de illis caſtellis nūq̄d
teneat̄ ſeruare illā ſententiā & uidet̄ ꝙ ſic
quia caſtellū tranſit cū ſuis uiciis ſuaqꝫ cā
p̄ſerti cū ſit uniuerſitas quedam.ff.de acti.
emp.l.in uenditione.ff.ḋ condi.& demon.
.l.ſi quis legata.§.fi.&.ff.de cōtrahen.emp.

.l.aqueductus.Et quia impator non uidet
uelle preiudicare ſentẽtiis & trãſactionibꝰ
ſed tacite reſeruare.ar.tex.ĩ ti.de pace cõſtã
tie in.℟.ſaluo iure aque lãbrẽſis & ar.l. la-
beo.§.i.cuꝫ glo.ff.fami.herciſ.&.l.in conce-
dendo.ff.de aqua plu.arcen.&.l.fi.C.de. ſi
lentiar.li.xii.Et ideo dicit Bal.in.d.ti.ď pa-
ce cõſtantie.ĩ.xxxiiii.col.ĩ prin.ꝙ cõceſſio
nes de aquis publicis facte ſemper ĩtelligũ
t reſeruatis iuribꝰ & cõmoditatibꝰ cui pri
mo facta ẽ cõceſſio.Facit ꝓ hoc.l.merito.§.i.
&.§.ſi qs a pĩcipe.ff.ne quid ĩ loco pub.&
.l.ĩ puberi.ff.de admi.tu.&.l.nec amnis.C.
de eman.libe.&.c.in his cũ glo.ii.extra de
priuil.cũ ſi. In contrariũ uidet ꝗa ſicut
princeps poſſet nõ ſeruare ſententiã & uti
aqua publica uolũtate ut in.c.i.ĩ ti.ꝗ ſint re
ga.in uſi.feu.ita ꝙ & ego poſſiꝫ qui uice prĩ
cipis fungor.Itẽ facta priuatoꝝ fiſco non ꝑ̃
iudicant nec tenetur fiſcus de factis illis fa-
cere mentionẽ.l.ius publicuꝫ de pactis.&.l.
iuriſgẽtiũ.§.itẽ. ne experiar.eo.ti.dum tñ
boni uiri fungantur officio ſicut ĩpẽ prin-
ceps idulxiſſet ſi certioratus fuiſſet.ff.ď pac.
.l.tale pactũ §.fi.cũ ibi notatis ĩ glo.qď ma
xime uerũ eſt ſi aliũ nõ ledo ut.l.ii.§. item
uarus.ff.de aqua plu.ar.l.i.ff.de ſolut.& ſub
orta ĩ fi.extra de re iudi.Nec ob.tex. in.d.ti.
de pace cõſtantie ibi ſaluo iure aque labrẽ-
ſis.quia ibi ius aque cõpetebat ex cõſuetudi
ne que eſt fortior ꝗ̃ pactũ priuatorũ.& ita
tenet ibi Bal.& facit quod.dixi ſupra ĩ.iiii.
.q.principali poſt principiuꝫ.Iteꝫ ubi non
ẽ conſcetudo ſtatutuꝫ pactũ ł ſentẽtia. dic
primũ locũ eſſe cõſiderãduꝫ. nã publicus
aqueductꝰ debet habere locuꝫ ſiue ſpatium
.v.peduꝫ in quo loco nulle ſint arbores ſed
ſi que naſcerentur debẽt excidi ut.l.i.C. de
aqueductu.li.x.Si uero ducitur ꝑ locũ pub
licũ dꝫ eſſe latitudo.x. peduꝫ.l.oẽs.§. ſuper
his eo.ti.& ita uult Bar.ĩ.d.l.i.& ſi contra fi
at pena imponit ut.l.decernimus eo.titulo
Item debet quis ducere aquã ex flumine ita
ut uicinis nõ noceat ĩ eadẽ ripa uel in alia
ut ẽ tex.in.l.hoc iure.§.ſi aquaꝫ.ff.de aqua
coti.& eſti.& ĩ.l.ii.§.ſi quis ĩ ſuo & in.l.ſi ꝑ
publicũ.ff.ne quid ĩ loco pub.ubi etiã dicit
ꝙ ſi riuus aqueductus priuato nocebit com
petit actio priuato ex.l.xii. tab. ut de noxa
domino caueatur.Item debet duci per locũ
ſolitũ quia aqua nõ debet deduci a ſuo ſolito
curſu & naturali nec debet aliquid fieri in
aqua ut diuertatur a ſuo ſolito curſu

.l.ii.ĩ fi.C.ad acquiliã & ibi per Bal.& doct.
&.l ſi ſeruus ſeruuũ.§.ſi quis aqueductꝰ.ff.
ad.l.acqui.& nõ.in.l.i.C.de ſeruitu.& ideo
dicit Bal.in.c.i.§.ſi quis de menia.ĩ.iiii.col.
ĩ fi.de cõtrouer.inueſti.ꝙ in iſto aquaꝝ du
ctu nõ ſolũ inſpicimꝰ principiũ ſed etiam
loca uñ decurrit & alueos & meatus unde
trãſit & ſi ẽ uetuſtiſſimus aque curſus & ſe
cũdũ eorũ qualitatẽ de uſu aque iudicar̃ de
bemus pro hoc quod dixi in prin.huius.q.
& ideo nõ põt duci aqua alr ꝗ̃ ducta fuerit
eſtate preterita.l.i.§.ꝙ autẽ.ff. de aqua coti.
& eſti.& intelligitur mutari alueus ſolitus
qñ aque curſus mutat ita ut aqua depꝛ̃ſſior
uel altior uel rapidior ſit incõmodo uicioꝝ
.l.i.§.ꝙ autem cũ.§.ſe.ff.ne qd in flu.publi.
Et ĩtellige ut dixi de ſolito curſu eſtate ꝑ̃te
rita niſi uerſet maxima utilitas ducentis &
modicũ incõmodũ alterius ut eſt caſus no-
tabiliſ ĩ.d.l.i.§.ſunt q putãt.ff.ne qd ĩ flu.pu
bli.& no.Bar.in.l.quo minus in.xvi.q.ff.de
flu.& incõmoditas uicini dicit qñ unus ha
beret de aqua & nõ poſſꝫ cõmode uti aqua
iuxta ſolitũ.Secus ſi eſſet incõmoditas ł dã
pnum puta quia pautiores portabũt frumẽ
tum ad molendinum ſuum pp abundãtiaꝫ
alterius quia iſtud dampnum nõ conſidera
t ar.l.quero.ff.de iure patro.&.l.fi.ff.de iur
patro.& ita uult Bar.eleganter in.d.l. quo
minus in.xi.q.in fi.& Bal.in.l.i. in.xi.coll.
in.xiiii.oppoſitione.C.de ſen.que pro eo.
quod no.Item ſi ſeruitus aqueductus debet
ex flumine & flumen mutauit alueũ an du
ret ſeruitus ĩ quo loco uide que pleniſſime
dixi ſupra in.vii.q.principali ℟.Itẽ quid ſi
debetur ſeruitus aqueductus.Item habens
ius aqueducẽde põt aquã ducere per ꝗ̃cun
que partẽ uult ab inicio ut.l.fi.ff.de aqua co
ti.& eſti.& dũ dicit ibi faciat debet ſubau-
diri ab initio anteꝗ̃ riuus ſit cõſtitutus ſed
poſtꝗ̃ locũ elegit nõ põt amplius ut.d.l.fi.
ibi dũ ne aque & iſtud ẽ r̃gulare & ꝓ hoc
.l.ſi cui in fi.cuꝫ ibi no.ff.de ſerui.& dixi.s.
ĩ.xii.q.principali.℟.item quid ſi nõ expri
matur ubi uide & per Bar.in.d.l.quo minꝰ
in.xvi.oppoſitione ꝙ intellige ut ſtatiꝫ di-
xi ĩ.uer.prece.& etiã que plene dixi ſupra
de ſeruitute iti.ĩ.iii.coll.uer.quero nũqd ha-
bens ſeruitutẽ itineris ĩ fũdo alterius ĩ uer.
ſequẽ.& per ea que ibi dicũt declarari põt
iſte articulus. Sed ẽ dubiũ de queſtione
cotidiana quidã habẽt fundũ ĩ quo fõs orit
& ꝑ lõgiſſimum tempus cuiꝰ forte non ex

iſtat memoria ī cōtrariū & aqua exiēs de dicto fundo per ſe cepit diſcurrere per partes iſeriores paciētibꝰ ill' quoꝝ erat fons eo q̄a retinet dictā aquā erat forte ſibi inutile & habentes p̄dia iſeriora ceperūt' dictā aq̄ colligere & ad ſua predia duxerunt ꝓ irrigādis prediis multis annis elapſis poſt ēt per tantū tēpus ꝙ non exiſtat memoria in cōtrariū.uel habentes p̄dia inferiora fecerunt coadunationem dicte aque & ibi factū fuit molēdinū & ibi ſt etit ꝑ lōgiſſima tēpora Nūc uero habēs fūdū ſupiorē ī quo aqua orit' uult diuerter' dictas aquas a loco p̄dicti molēdini & eas ducere ad alia loca inferiora que forte erāt ꝓ irrigādis illis locis uel ibi uult facere unū molēdinū ꝑ ſe.q̄rit' nūq̄d poſſit an uero dn̄i iſeriores ad quoꝝ predia diſcurrere cōſueuerāt poſſint contra dicere & petere quod aqua non diuertatur a ſuo ſolito curſu & primo uidet' ꝙ dn̄s ſuperior poſſit dictā aquam diuertere nec ꝑ inferiores poſſit impediri quia in rē ſua iure id facere uidet' ꝑ tex.in.l.fluminū.§.itē uideamus.ff.de damp. infec. ubi habetur ꝙ ſi in domo mea puteum aperio & uene putei tui preciſe ſunt id iure meo & licite facere uideor & non teneor ex huiꝰ mōi facto etiam ſi tibi ꝓmiſiſſem de dam.infecto q̄a non pōt extimari tale damnum tibi dari ex initio opis mei in re mea in qua meo iure uſus ſū ut.l.ꝓculus i prin.eo .ti.quia licet in ſuo facere ꝙ quis uult.l.altius.C.de ſerui.& aqua &.l.qui luminibus cū ibi .no.ff.de ſeruitu.urb.p̄dio.q̄m in re ſua q̄libet ē moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda.

Secūdo hoc uidet' ꝓbari i.l.proculus.ff.de dam. infec.ubi dicit' ꝙ ſi aqua naſcit' in meo cuniculo q̄ aqua uicino affert utilitatē licitus eſt mihi facere i meo quicq̄d uolo ad utilitatē meā & uicinū dicto lucro priuari dummodo nō faciā animo nocēdi ſibi ut.l.i.§.deniq; el primo.ff.de aqua plu.ar. & ita uult glo.& Bar.i.d.§.itē uideamus. Tercio hoc uidet' ꝓbari i.l.ſi i meo fūdo.ff.de aqua plu.ar.& in.d.§. deniq; ubi dicit' ſi in meo fundo aqua orit' q̄ ex fundo tuo uenas habet pōt eas uenas i tuo excidere ita ut ad fūdum meū aqua non ꝑueniat niſi ſeruitꝰ mihi debita fuerit l' niſi animo nocendi feceris l' ut agrū tuū faceres. Quarto ubicūq; quis recipit aquam in fundo ſuo ſolitam diſcurrere ad partes iſeriores & ad utilitatē inferiorū.Si poſtea emerit fundū uicini inferiorē poteſt ad i p̄m fūdum emptū aquas ducere licet iſeriori lucrū auferat dūmodo ſuperiori nō noceat ut ē caſus notabilis i.l.i.§. illud labeo.ff.de aqua coti.& eſti.Nam ſi aq̄ que alibi orit' poſtq̄ ē ingreſſa fundum meum poſſū diuertere ad utilitatē mei fundi empti non obſtante conditiōe uicini iſerioris ut ibi & ē glo.i.l.ex meo.ff.d' ſerui.ruſti.predio.& i.l.cum eſſent.§.i.eo .ti. multo magis potero diuertere aq̄ que orit' i meo fundo. Quīto pro hoc facit.l. ſicuti.§.ariſto.ff.ſi ſer.uen.ubi dicit' quod i ſuo alii hactenus facere licet quatenus nihil i alienū immittat. Sexto hoc ꝓbatur nā aqua oritur in fūdo meo ſuperiori ibi naſcēdo & dicit' mei dn̄i illius fundi.l.ſolū.§.meū.ff.de rei uen.et.l.de eo.§.ſi quis.ff.ad exib.cū ſi.Et ꝓ hac parte repio ita fuiſſe conſultū per do. Roſ.de lampugnano et.d.Chriſtoforo de caſtellione i cōſilio ꝙ incipit factum ſic ſe hꝫ Quidam notabilis. In contrarium uidet' ꝙ imo dn̄s in cuius fundo ſuperiori orit' aqua non poſſit diuertere ne diſcurat ad fūdum inferiorem prius per tex.in.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua coti.& eſti.ubi uidet' eſſe caſus ad litteram pro iſta parte.nā ibi tex.dicit ꝙ aqueductus cuius origo memoriā exceſſit iure conſtituti loco habet'.

Secundo ad idem.l.i.in fi.ff.de aqua plu.ar.ubi dicit longā cōſuetudinē ueluti iure i poſitā ſeruitutē uideri. Tertio uidet' eſſe tex.in.d.l.hoc iure.§.aqua q̄ dicit aqua q̄ in riuo naſcitur tacite lucri fit ab eo qui ducit.

Quarto hoc probatur quia regulariter aqua non debet diuerti a ſuo curſu.l.ii.in fi.C.ad.l.acquil'.&.l.preſes &.l.ſi manifeſte.C.de ſeruitu.Et nō.Bal.in.d.l.ii. & in.l.lapilli.ff.de rerum diui.Et dixi ſupra in prin.huius.q.principalis. Quinto ꝓbat' ſic tempus cuius non exiſtat memoria habet uim tituli uel priuilegii.d.l.hoc iure.§.ductꝰ aq̄ &.c.ſuper quibuſdam.§.preterea de uerbo.ſigni.& habet ſeruitu.iure conceſſe ut.l.ii.§ idem labeo ait ſi in agro tuo.ff.de aqua plu.ar.ſed ſi fuiſſet conſtituta ſeruitus ꝑ dn̄m fundi ſuperioris uel facta uenditio uel priuilegiū de illo iure aqueducēde non poſſet illū curſum aque diuertere in p̄iudiciū inferioris cui eſſet facta conceſſio.l.in concedēdo.ff.de aqua plu.ar.&.l.lucio.ff.de aqua coti.& eſti.ibi & ſi per alium. Sexto hoc ꝓbat' i.l.i.§.fi.ibi locū uelit ducere impune.ff.de riuis. Vltimo pro hoc uidetur eſſe

tex.ad litterã i.l.ſi qs diuturno.ff.ſi ſer.uen.
Et pro hac pte repio plures cõſuluiſſe.Ego
uero in hac.q.ꝑ ueritate & oĩm cõcordia ita
puto eſſe diſtinguẽduꝫ.Aut dñs qui uult
diuertere aq̃ ne diſcurrat ad loca inferiora
hoc facit animo nocendi dominis ĩferiori-
bꝰ & nullo modo põt ut.l.i.§.deniqꝫ mar-
cellꝰ.ff.de aqua plu.ar.& ibi glo.i.℣.non d̾
bꝫ haberi & nõ.glo.in.l.fluminũ.§.fi.in ℣.
nõ tenere me.ff.de dam.ĩfec.q̃ glo.i.§.fi. ſin
gulariter uult ꝙ in dubio nõ p̃ſumit̃ quis
feciſſe aĩo nocendi.l.merito.ff.ꝓ ſoc. Circa
ꝙ uide q̃ dixi.s̃.in primo libro de ſolo ſiue
area.℣.ſed ẽ dubiũ an p̃ſumatur facere ad
emulationm & in ti.de feneſtra in prima
parte ibi. Secũda fallentia aut non fecit
aĩo nocendi ſed ꝓ ſua utilitate & tũc ſubdi
ſtiguẽdũ Aut i p̃dictis ñ ẽ ſtatutum ſed ge
neralis cõſuetudo in loco circa predicta uel
conuentio aliqua iter partes ſtãduꝫ ẽ illi ꝯ
ſuetudini uel cõuentioni ut dixi.s̃.circa pri
cipiũ huius.q̃.principalis.Et adde ꝙ ille q
permittit ſolã pacientiaꝫ nec per alia uerba
cõſtituit ſeruitu.non uidebit̃ ſeruitu.con-
ſtituere ſed ſe perſonaliter obligare ut.l.ſi
ſub una.§.ſi quis uiã.ff.de uerbo.ob. ſecun-
dum Bal.in.c.i.§.ſi quis de manſo.in.v.col.
in prin.i ti.de cõtrouer. inueſti.Vide ꝙ nõ.
in.d.§.ſi quis uiã & in.l.iii.§.opus.ff.de ali.
iudi.mu.ca.fac.Et ꝙ dixi ſupra in.ii.q.prin-
cipali Aut eſt ſententia lata iter ꝑtes uel
alios & dic ut dixi ſupra i.℣ſi.Sed dubiũ ẽ
circa predicta aut nõ eſt ſtatutũ cõſuetudo
generalis conuencio uł ſẽtẽtia & iterũ ſub
diſtingue aut aqua illa diſcurrit ad fundos
ĩferiores iure ſeruitu.aut iure cuiuſdam fa-
cultatis.Primo caſu quando iure ſeruitu.ſiñ
dubio dñs ſupior in cuius fundo oritur uł
alias non põt aquã diuertere & ſi diuertat
põt inferior agere contra eũ ut eſt caſus i.l.
ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.uen.& intellige
nedũ de ſeruitute acquiſita ſed etiam quan
do qs eſſꝫ i quaſi poſſeſſione ſeruitu.aq̃du-
cẽde & dicitur etiã i quaſi poſſeſſione qñ
eo anno uſus ẽ dicta ſerutute aqueducende
ut.l.i.§.illud tamẽ &.§.quod autẽ.ff.de aqua
coti.& eſti. & ſufficit eo anno uno die uel
nocte duxiſſe ad hoc ut dicatur eſſe i quaſi
poſſeſſione ut.d.§.ꝙ auteꝫ & nõ.Bal.ibi & i
.l.celſus i pe.col.in fi.C.de uſucapi.Nam il-
le qui ſemel poſſidet cum de ſuo commodo
tractatur ſi aſſerit ſe poſſidere preſumitur
poſſidere niſi probetur cõtrariũ.l.ſiue poſ

ſidetis.C.de prob.a.&.l.ſuper longi.C.de p̃.
lon.tẽp.ſecũdũ Bal.in.d.l.celſus in fi.penul.
col.& ſufficit iſta quaſi poſſeſſio ad hº ut ſi
impediat̃ uel turbetur poſſit agere ꝯ eũ &
reſiſtere ẽt de facto ut elegãter d̾clarat bar.
in.l.i.§.hoc interdicto ℣. Secũdo nõ. ꝙ in
iſtis iuribus.ff.de iti.actuqꝫ priuato.Et add̾
ꝙ nõ.per glo.in.c.cum eccleſia ſutrina i ℣.
in trium ep̃oruꝫ & ibi per doc.extra de ca.
poſ.& ꝓprie & per glo.iii.i.c.cum ad ſedẽ
extra de reſti.ſpo. Secũdo caſu quãdo du
cit̃ aqua iure facultatis & nõ ſeruitu.& tũc
eſt licitum ſupiori diuertere nec inferior
põt agere neqꝫ ſibi reſiſtere ut eſt caſus i.l.
proculus.ff.de dam.infec.&.l.inſeq̃n.& in
.l.fluminũ.§.idẽ uideamus eo.ti.& in.l.i.§.
marcellus.ff.de aqua plu.ar.& i.l.ſi in meo
eo.ti.facit.l.uiam publicam cum ibi nõ.ff.d̾
uia publica & ibi ita debẽt adduci oĩa argu-
mẽta ſuper propria parte deducta. Sed
dubitatio remanet circa predicta qñ qs di-
cat̃ duxiſſe aq̃ iure ſeruitu ł iure ſimplicis
facultatis.Et in hoc tota uis materie huiꝰ cõ
ſiſtit circa ꝙ dic aut ſeruitꝰ eſt impoſita ab
homine ex cõuẽctionẽ uel aliquo titulo int̃
uiuos uel per inſtrm̃ aut codicillos uel alia
ultima uoluntate uel per ſñiam uel ẽ impo
ſita ſeruitꝰ a.l.puta a ſtatuto ut iferior poſ-
ſit aquã ducere ad fũdũ ſuũ inferiorem.&
claꝛ ẽ ꝙ tũc iure ſeruitu.dicit̃ aquã duxiſſe
& ſuperior nõ põt aquã diuertere cõtra de
bitã ſeruitutẽ.ff.de aqua plu.ar. & per alia
iura s̃.ad hoc allegata.Aut non ẽ ſeruitus i-
poſita ab homine uel a.l.& tũc aut ẽ preſcri
pta ſeruitꝰ aqueductus Et idem eadẽ rõne
per.l.ſi quis diutur.ff.ſi ſerui.uen.Sed in hº
eſt etiam dubium quando dicat̃ ſeruitꝰ aq̃
ductus preſcripta uidelicet quanto tempoꝛ̃
& que & quot requirantur ad iſtaꝫ preſcri
ptionem inducendam dicas breuiter de tẽ
pore aut loquimur d̾ aqua que ducit̃ ex pu
blico aut ex priuato.Si ex publico req̃ritur
tm̃ tẽpus cuius nõ extet memoria incontra
riũ ut.l.i.in fi.ff.de aqua plu.ar.&.l.hoc iure
.§.ductus aque.ff.de aqua coti. & eſti. Aut
ducitur ex priuato & tũc quia regularit̃ hꝫ
cãm cõtinuã p̃ſcribitur.x.annis iter pñtes
&.xx.iter abñtes.l.ſi qs diuturno p̃allegata
& nõ.in.l.ſeruitutes.ff.de ſeruitu.de qº dic
ut dixi ſupra in.iiii.q.principali & pleniꝰ
in primo li.i.vii.q.principali ubi de hoc oi-
no uide. Quot autẽ & q̃ req̃rãtur ad iſ
tam preſcriptionẽ iducẽdam dic plura.Pri

mũ ē ꝙ ſinē poſſeſſione uel quaſi nõ pſcri bitur.l.ſine poſſeſſione.ff.de uſuca.& c. ſiñ poſſeſſione de regu.iuris in vi. Et nõ. per Bal.& doct.in.l.ii.C. de ſerui & aqua & ſic reqritur ꝙ nõ ſit uſus iure familiaritatis uł ſimplicis facultatis.ut habetur per Bar. & glo.& doct.in.l.i.ff.de iti.actuqꝫ priua.& p Bar.& doc.i.l.q iur familiaritatis.ff.de ſui. & p Flor.i.l.ſeruitutes eo.ti.& p hoc Ang. & doc.i.c.bone extra de poſtu.prela.& i.c.ↄ eccleſia ſutrina.extra de cã poſ.& proprie & ꝙ quis fuerit uſus iure ſeruitutis.compre hendi põt ex actibus quos facit quos quis p ſe ipꝫ nõ põt facere in fundo uicini citra iꝰ & nomen ſeruitutis.ut precidere ſepē mun dare uel mũdari facere foſſaturã in fundo uicini uel ducere aquã p fundum uicini q̃ fieri nõ poſſunt regułr niſi iure ſeruitutis .l.quẽadmo.§.i.in fi.ff.ad.l.acqliaꝫ.ar.l. cum quidam.§. dicitur.ff.de acquir.here.& .d.l. quotiens & nõ.i locis pallegatis & p unicũ actũ ducendi aquã acqritur iſta poſſeſſio ut dixi ſupra in ti.de ſeruitute iti.℣.& ulti mo principaliter q̃ro quid reqratur ad hoc ut qs ſit i quaſi poſſeſſione ſuitutis dic ut ibi dixi. Secũdo reqritur ꝙ ſit uſus illa q̃ſi poſſeſſione bonafide credēs illã ſuitu tē ſibi cõpetere ut.d.l.ii.& ibi nõ.i.l.fi.ff.quē admo.ſerui.amit. Tertiuꝫ requirit .ſ.teꝫ pus.x.añoꝝ iter pñtes & .xx.iter abſentes i ſeruitutibus habētibus cãm cõtinuã ſicut ē ſeruitus aqueductꝰ regułr.In habentibus uero cãm diſcõtinuaꝫ reqritur tm̃ tempus ꝙ nõ extat memoria i contrarium.niſi alle getur titulus quia tũc ſufficit ꝓbatio.x.uel .xx.annoꝝ ut ē glo.notabilis multum in.l. ſeruitutes pdiorũ.& ibi Ang.Flor.& doct. .ff.de ſeruituti.ti.generali & eſt glo. in.l.fi.i ℣.diu.& ibi p Bar.& doct.ff.de aqua plu. ar.& habetur p Cy.Bal.& doct.in.l.i.& .ii. .C.de ſerui.& aq.& per Bar.i.l.i.§.hoc iter dicto.ff.de iti.actuqꝫ priua.Iteꝫ quando du citur aqua ex publico requirit tm̃ tēpus ꝙ nõ extet memoria i cõtrariũ.ut dixi ſupra i ℣.dic breuiter de tēpore neci pſcribẽdo huiuſmodi ſeruitutē reqrit de neceſſitate titulus ut.l.ſi quis diuturno & ibi nõ.ff.ſi ſ. uitu. uen. & nõ.in.d.l.i.&.ii.C. de ſerui.& aq.Et qñ dicatur habere cãꝫ cõtinuã uł diſ cõtinuã uide notata per doct.i.d.l.ſeruituteſ prediorũ & .l.foramē & ibi per glo.& doct. .ff. de ſerui.ur.predi.& per glo. & doct. i .d.l.i.Et pdictis adde oio q̃ dixi plene ſupra

in primo li.in.viii.q.pricipali Si uero non ē ſeruitꝰ pſcripta & tũc dic aut habēs fũdũ inferiorē i quaſi poſſeſſione ſeruitutis aque ducēde ad fundũ ſuũ eſt & habēs fundum ſuperiorē uel alius nõ põt aquaꝫ diuertere a curſu ſuo nec põt inferior ipediri uel tur bari quo minus ducat aquã ad fundũ ſuum ſicut prius duxit etiã pendente iudicio de aqueductu donec declaretur an poſſit aqua diuerti ut nõ.glo.& Bar. in.i.§.hoc interdi. .ff.de iti.actuqꝫ priua.& ꝓbat i.l. penul.ff. de aqua coti.& eſti.& ſi ille qui eſt i quaſi poſſeſſiõe turbatur ab aliquo põt extraiu dicialiter de facto reſiſtere ut ē glo.notabił i.d.§.hoc iterdicto & ibi hoc tenet Bar.Sed ſi habēs fũdũ inferiorē nõ ē in quaſi poſſeſ ſione ſeruitutis neqꝫ eã preſcribit neqꝫ ſer uitus ē ipoſita a lege uel ab homine Et tũc dicendũ eſt habētes fũdũ ſuperioreꝫ poſſe aquã diuertere quia tũc aqua non uidetur decurriſſe iure ſeruitutis ſed potius iure cuiꝰ dam facultatis ut dixi ſupra in ℣.ſecũdo ca ſu qñ ducatur aqᵃ iure facultatis & iſtud ē de mēte glo.i.l.proculus.ff.de dam.infec. & Bar.& Pau.de ca.in.l.fluminũ.§.item uide amus eo.ti.& bar.in.l.i.§.ſicut autē in fi.ff. de aqua plu.ar. Dubiũ i hoc ſoluꝫ rema net qñ dicat aqua diſcurriſſe iure facultatiſ tm̃ & nõ ſeruitutis Et in hoc dic ꝙ aqᵃ dici tur uel alicui ius aque competere iure facul tatis qñ aqua p ſe ipaꝫ fluit ſeu diſcurit nec iteruenit aliquis hois uſus uel factum puta quia p uenas ſubterraneas aqua d̃ fundo ſu periori diſcurrit ad fundũ meũ inferiorem Nam hoc caſu etiã ſi diſcurriſſet p mille an nos nõ diceret mihi ſeu fũdo meo acqſita aliqua ſeruitus.quia aqua per ſe fluens non põt inducere pſcriptionē uel cõſuetudineꝫ cuꝫ i preſcriptione uel cõſuetudine reqrat ꝙ iteruenat aliquis actus hois quo pricipi ato ſufficit aquã fluere.l.qui fundũ.ff.quem admo.ſerui.amit.ut elegãt dicit Bal.in.c.i.§ ſi quis de mãſo.in.vi.coł.in ti. de cõtrouer. iueſti.& hoc cãu qñ aqua per ſe ſemper flu it puta per uenas ſubterraneas ille ad queꝫ aqua fluit dicit lucrũ capere.Et iſte ē caſus i.d.l.proculus i.d.§.item uideamus & in.l.ſi in meo.ff.de aqua plu.ar.que ita debent in telligi & ita cõſului anno pterito i ciuitate briſie. Eſt & alia rõ per quã nõ põt dici ꝙ in caſu dictaꝝ.ll.poſſit iduci pſcriptio ł cõſuetudo per aliquē curſum tēporis.etiam ſi eſſet tantum tēpꝰ cuiꝰ inicii memoria ñ

exiſtat ī cōtrariū. Nam ſi quis habet fontem in fundo ſuo & aqua per uenas ſubterraneas diſcurrit ad fundū meū ī quo hēo puteū quo puteo uſus ſum longiſſimo tēpore ēt per mille annos. tñ non poſſum dicere me pſcripſiſſe uł ex conſuetudine pſcripta acquiſiſſe illā aquā quia ad hoc ꝙ pſcribaṫ huiuſmodi ſeruitus reqriṫ ſciēcia & pacientia aduerſarii ut. l. ii. & ibi nō. C. de ſerui. & aq. Et ē ratio quia ī iſtis īcorporalibus non eſt dare poſſeſſionem ut. l. ſi edes. §. fi. ff. de ſerui. ur. predio. & l. ſeruus. §. incorporalis & ibi glo. ff. de acqui. re. do. Et iſta quaſi poſſeſſio cōſiſtit in ſciēcia & paciēcia aduerſarii ut ē caſus ī. l. quociens la ſecūda. ff. de ſeruitu. & ī. l. i. in. fi. ff. de ſerui. ru. predio. & probatur in. l. ii. & ibi per glo. & doct. C. de ſerui. & aqua. Et notat ēt Pau. de caſtro. in. l. i. §. deniqꝫ. ff. de aqua plu. ar. Et dixi. ſ. i ℞. quot autē & que reqranṫ. & ideo tamē iſte uene ſubterranee coīter ſunt occulte & icognite anteq̄ fodeat uel eas precidat habens fundum ſuperiorem nō poſſuꝫ dicere ipſo ſciente & paciēte me uſum fuiſſe aqua putei mei. & ſic contra ipm pſcripſiſſe & ꝓpterea pōt ī pas ſcidere. Teneas tamen ſi iſta ēt nō ſubeſſet puta quia forte dñs fundi ſuperioris ſciebat per uenas ſubterreneas uł ēt ſuper terrā aquaꝫ ad fundū meū diſcurrere poſſet aquā ducere & uenas ſcidere ex quo ſubeſt alia ratio de qua ſupra uidelicet qa ſine facto hōis labitur aqua ad fundum meum & ſic iure tm̄ facultatis & nō ſuitutis ut dictū ē. Et pdicta intellige uera niſi habēs fundū ſuperiorē haberet a dño fundi īferioris ad quē aqua diſcurrit puta quia dñs utriuſqꝫ fundi conceſſit mihi in feuduꝫ fundū ſuperioreꝫ ī quo aqua oritur que diſcurrit ad fundū īnferiorē concedētis qđ ē īferius quia nō eſt uériſiłe dñm ita conceſſiſſe ut eleganter notat Bal. ī. d. c. i. §. ſi quis de manſo. in. iiii. col. ī. fi. ar. l. qui binas edes. ff. de ſerui. ur predi. Itē predicta itellige uera qñ aqua pcipitur ex loco pub. quia tūc non poſſit aquā diuertere in eius pıudiciuꝫ ſiue dānum ut. l. ii. §. merito & ibi Bar. ff. ne quid ī loco pub. Et idē notat Bar ī. l. proculus in fi. de damp. īfec. & ī. l. i. §. ſi cui autē in. fi. ff. de aqua plu. ar. & pleniꝰ per eundem ī. l. quominus. ff. de flumi. Et habetur p glo. & doc. ī. l. ſi manifeſte. C. de ſeruitu. & ī. l. ſi quis argentariis. §. ſi inicium. ff. de eden. circa qđ uide oīo que plene ſcripſi ſupra ī. vi. q. principali ℞. ultimo circa predicta uſqꝫ ī fineꝫ.

Et ex pdictis ſequiṫ deciſio multaruꝫ q̄ſtionū & prīo queſtionis ſupra formate in ℞. ſed ē dubiū de. q. cotidiana uidelicet ꝙ ſi aqua oriṫ in fundo ſuperiori & poſtea diſcurrit ad fūdos īferiores & dñi inferiores uſi ſunt dicta aqua ꝓ irrigandis fundis ſuis uł fecerunt coadunationem aque in fundo īferiori in quo fecerunt molēdinū ſciēte & patiente dño fūdi ī quo aqua oriṫ an dñs ſuperior poſſit aquam diuertere ut non diſcurrat ad fūdū inferiorē. In qua ita ꝯcludo. Aut habēs fūdum inferiorē aliqd fecit ī fūdo ſuperiori in quo aqua oriṫ puta p foſſatum quā duxit uel ſi mūdaſſet foſſata ī fūdo ſuperiori ſciente & patiente dño & tūc p iſtos actus uel ſimiles uidereṫ duci aqᵃ iuř ſeruitutis potius q̄ iure facultatis cum iſta non poſſint ī fundo alieno fieri citra ius & nomen ſeruitutis ut dixi ſupra ī ℞. & ꝙ qs fuerit uſus iure ſeruitutis cōphēdi poteſt. Et ideo dicēdū ꝙ ſi ē dñs inferior in huiuſmodi quaſi poſſeſſione nō pōt de facto impediri uel aqua diuerti & ſi fuit ī iſta quaſi poſſeſſione p lōgum tēpus etiā de iure nō poſſꝫ diuerti ſi non īuenerunt ea que ad pſcribēdā talē ſeruitutē requirunṫ ſecunduꝫ ea que dicta ſunt ſupra. Aut habens fūduꝫ inferiorē nihil facit ī fūdo ſuperiori uicini puta quia p uenas ſubterraneas aqua labiṫ uel quia uicinus utebaṫ aqua in fundo ſuo & p ipm diſcurrebat & poſtremo aqua exiens per ſe per fūdū ſuperioreꝫ diſcurrebat ad īferiorē. & cū fiat potiꝰ iure facultatis poterit dñs ſuperior ipune aquam diuertere. & idē teneo qñ aqua exiēs de fūdo primo p ſe ſine facto hoīs diſcurrit ad loca priuata ea dē rōe ut ꝓbaṫ in. l. proculus & l. fluminuꝫ. §. fi. ff. de damp. infec. & in. l. fi. in ꝑmeo. ff. de aqua plu. ar. que iura licet loquanṫ de aqua ſubterranea tamen idem eſt de aqua ſupra terraꝫ qñ diſcurrit ſine facto hoīs & nulla ſeruitꝰ debeṫ qa paria ſunt iura. ſ. terraꝫ ut & ſubtꝰ terrā. l. i. C. đ iterdic. & nō. Bal. in. l. lapilli. ff. de re. diui. in ℞. ex his colligiṫ talis diſtinctio. Et ad hoc facit quod notat Pau. de caſtro. de uenis coartatis in. l. diuortio. §. ſunt in fundo. ff. ſo. ma. Sed ſi facto hominis duciṫ aqua priꝰ per uiā uel locū publicum puta quia ducta ē per foſſatuꝫ uel ꝑ fiſtulaſ aut canale uſqꝫ ad fūdū priuatū per longuꝫ tempus uel per tm̄ tempus cuius inicii memoria nō exiſtit an tūc ducēs aquā dicetur

eſſe in quadam poſſeſſione ſeruitutis uel pre ſcripſiſſe ita ut non poſſit impediri aquam ducere. & uidet ꝙ ſic ꝑ ea que dixi ſupra in ·℣·quot autem & que requirantur. Sed tu dicas ꝙ aut q̄ritur reſpectu loci pub. uł cōis aut priuati proximi aut primi dn̄i ſuperi oris i quo aqua orit primo & ſecundo caſu nō eſt dubiū ꝙ iſeriores ſūt i quaſi poſſeſſi one uel preſcri pſerūt ſi iteruenerūt ea que reqrūt in hui⁹ mōi ꝑſcrip. Et aduertas quia eſt differētia quantū ad tempus inter locum publicū & priuatū qa reſpectu loci priuati ſufficit lōgum tempus quo ad ꝑſcri bēdā ſeruitutē cōtra priua. reſpectu loci pri uati. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uen. & ſepe dictū eſt Sed reſpectu loci publici reqrit uſus tāto tempore ꝙ nō extet memoria in contrariū. ut di xi. s. in. ℣. dicas breuiter de tempore & ꝓbat in. l. hoc iure. §. duct⁹ aq̄. ff. d aqua coti. & eſti. & ꝓ hoc eſt glo. i. l. ii. i prin. in. ℣. lege ibi uel preſcripta q̄ ita itelli go. ff. ne qd in loco pub. quia regulariter ꝑ locū publicū non pōt aqua duci niſi ɔcedat a principe uel a municipali ut eſt tex. cum glo. & ibi doc. i. l. impatores. ff. de ſerui. ru. ꝑdio. & ꝓbat in. l. iii. §. plane. ff. ꝙ ui aut clā & no. in. d. l. ii. i prin. uel niſi ſit iducta aqua ꝑ tantū tempus cuius memoria non extet ut nō. Bar. in. l. quo min⁹. in prima opionio ne & in prima. q. ff. de flumi. Et ita itelligo . l. ātepe. q̄ icipit ſuper publicis locis. ff. ne qd i loco pub. iquātū loqtur in priuato du cēte aquā ꝑ locū publicū ſecundū itellectū glo. ibi in ℣. annexa & ꝙ reqrat tantum tempus ꝙ non extat memoria icontrariū. ut priuatus poſſit ꝑſcribere locū publicuꝫ tenet glo. in. d. l. imperatores & Bal. i. d. l. la pilli in. ii. q. de reꝝ diui. ubi dicit ꝙ licet qs non poſſit ꝑſcribere ius habendi molēdinū i flumine publico quia iura publica popu loꝝ nō poſſunt ꝑſcribi. l. fi. ff. de uſuca. tam̄ poſſunt ꝑſcribi ꝑ tātū tempus cuius nō ex tet memoria quia habet uim priuillegii. l. hoc iure. §. duct⁹ aq̄. ff. de aqua coti. & eſti. Et hoc tempore dicit poſſe ꝑſcribi i⁹ habē di molendinū in flumine publico. imo pl⁹ dicit ꝙ. xxx. āni ſufficiāt ſecundū. Io. ut nō. ꝑ glo. inſti. de reꝝ diui. §. flumina. i ℣. om nibus. ſed illa glo. nō probat hoc. quia non loquitur de ꝑſcribēdo iure publico in quo erat licituꝫ unicuiqꝫ ex quo ius piſcādi ē cō mune omnibus ut. d. §. flumina Loquitur ergo illa glo. de preſcribēdo cōtra priuatū

q̄ qui ſimiliter habebat prius ius piſcandi & tūc bene ſufficiūt. xxx. uel. xl. anni & ita in telligo illā glo. Et pro hoc ē tex. cū glo. in. l. fi. ff. de uſu. & in. l. ſi qſq̄. ff. de diuerſ. & tem po. preſcrip. & hoc procedit quando fuit in quaſi poſſeſſione iuris piſcandi alias nō ſuf ficeret ꝙ piſcat⁹ fuiſſet. xxx. ł. xl. ānis ut nō. Ang. in. d. l. fi. Nec obſtat predictis. l. fi. C. d ſa. ſan. ec. cū aūt ibi poſita q̄ incipit quas ac tiones quia loqt qn̄ tractatur de ꝑſcriben do rem priuatam q̄ ſpectabat ad ciuitatem uel locū publicū. Et ex predictis diſtin guendo ita concludas aut queritur de ꝑſcri bendo locum publicum puta deducēdo aq̄ per uiā publicā & reqrit tantum tempus ꝙ nō extet memoria in contrarium ut. d. §. ductus aque aut de preſcribendo ius publi cū cōtra priuatū puta ꝙ quis poſſit ſol⁹ piſ cari i flumine publico & ſufficiunt. xxx. uł xl. āni ſi fuit in quaſi poſſeſſione piſcandi ut. d. l. fi. & ibi Ang. in pri. ff. de uſu. Aut de preſcribenda re priuata cōtra rem publicā & regulariter ſufficiunt. xl. āni. ut. d. auten. quas actiōes Aut tractat de ꝑſcribēdo iure priuato cōtra priuatū puta ſeruitutē & tūc aut habet cauſam cōtinuā ł quaſi & ſufficit longum tēpus. x. uel. xx. ānoꝝ ut. d. l. ſi quis diuturno aut hēt cauſam diſcōtinuā & req ritur tātū tēpus cuius non extet memoria i cōtrariū. ut. l. 1. i fi. ff. de aqua plu. ar. Et nō. glo. i. l. ſeruitutes ꝑdioꝝ. ff. de ſeruitu. titu. generali. Tertio caſu quādo querit de ꝑ ſcribendo reſpectu primi dn̄i ſupioris in cuius fundo aqua orit & teneo ꝙ nullum ius ſit queſitū contra ipm per dn̄s iferiorē quia q̄tū ad dn̄m ſuperiorē fundi i q⁹ aqua orirur nō pōt dici ꝙ fuerit aut ſit quaſi poſ ſeſſio ſeruitutis ſi i fundo ſuo ſuperiori ni hil actū ē ſed ipe dn̄s ſuperior utebat aqua per fundū ſuū ſine facto dn̄i iferioris ut pꝫ ex his que dicta ſunt. Secunda q̄ſtio ex predictis deciditur qdam duxit aquaꝫ per fiſtulas uel canalia lignea ł habebat ius clau dendi clauicam certis horis ne aqua labere tur ad fūdum uicini ſed ut duceret ad fū dum ſuū Et ex iſtis fiſtulis ſeu canalib⁹ uel clauica clauſa fluere cōſueuit certa pars aq̄ per foramina uel quia clauica claudebatur cū ſtramine uel ſterq̄linio aut terra ex qua aliq̄tulum ſtillare conſueuit q̄ aqua diſcur rit per loca inferiora & collecta fuit per do minos iferiores lōgiſſimo tēpore pro irrigā dis prediis ſuis uel pro hauſtu aque uł alio

uſu dñs ſuperior qui habet ius aq̄ducende
uult ita claudere aquã ut nihil penitꝰ diſcu
rat ad loca inferiora Dñi inferiores uolunt
ut diſcurrat illa modica aqua ſicut diſcurrẽ
re cõſueuit & uidet̃ ꝙ claudere non poſſit
quia aqua non põt diuerti a ſuo ſolito curſu
.l.ii.C.ad.l.acquil.&.l.preſes &.l.ſi manife
ſte cuȝ ibi nõ.C.de ſeruitu.& de hoc uidet̃
eſſe caſus in terminis in.l.i.§.fi.ff. de riuis
In contrariũ uidet̃ quia dicta aqua ñ diſcur
rit ad fundũ inferiorem iure ſeruitutis ſed
iure facultatis exquo dñs inferior nihil fe-
cit in fũdo ſupiori ſed ipſa aqua qa cõmode
retineri nõ potuit diſcurrit de ſe ad loca in
feriora & ꝙ poſſit eã ſuperior totã cõtinere
& ſibi conſeruare Videtur eſſe tex.ad litte
rã in.l.iii.i prin.&.§.i.ff.de riuis.ubi in pri.
hec uerba ſcribũtur Nã ſi opis aliqd faciat
quis ut magis aquã cõſeruet l'contineat nõ
impune poteſt prohiberi.Ego puto deinde
in.§.i.dicitur ſeruius & labeo ſcribũt ſi riuꝰ
qui ab inicio terrenus fuit qui aquã nõ con
tineat cemẽtariũ uelit facere audiẽdũ eſſe
Sed & ſi eũ riuũ q ſtructilis fuit terrenum
poſtea qs faciat aut partẽ riui eque nõ eſſe
prohibendũ & iſtud eſt uerius.ꝙ tamẽ in
tellige quando hoc facit dñs ſupior ex ur
gẽti neceſſitate uel ex magna utilitate. Et
ita loquit̃ dicta.l.iii.in prin.&.§.i.Sed ubi
non eſt neceſſitas urgẽs uel magna utilitas
tunc nõ põt & ita loqtur lex.i.§.ſi quis ter
renũ.ff.de riuis ſecũdũ Bar.ibi qui ita con
cordat dicta iura Vel ſecũdo põt dici & ali
ter cõcordari Aut dñs ſupior uult facere
murũ ad latus ut aqua nõ uaget̃ & poteſt
ut dicta.l.i.in prin.&.§.i.Aut uult fundum
riui de terreno lapideũ facere & non põt
ut.d.§.ſi quis ſecũdũ glo.ibi.Vel tercio põt
concordari aut uult cementitium facere &
põt Aut uult de lapidibꝰ ordinatis & com
poſitis & nõ põt ut uult glo.in.d.§.ſi quis
terrenũ ſecundum alium intellectũ.Iteȝ ꝙ
dixi aquã cõtineri poſſe Intellige quãdo.d.
aqua ducebat̃ p dñm ſupiorem abſqȝ alia
obligatione Secꝰ ſi tenebat̃ primo l' pacto
uel alia obligatione ducere p canalia lignea
uel clauice foramen claudere terra uel ſtra
mine uel ſterquilinio & uellet mutare for-
mam puta de ligneis facere lapideuȝ l' clau
dere foramen cũ lapidibꝰ uel ligno quia ñ
poſſet in p̃iudiciũ inferiorꝝ ar.d.l.preſes.C.
de ſerui.&.l.ii.C.ad.l.acquil.cum ſi.Et intel
lige quando nulla ſeruitꝰ fuiſſet impoſita

quia ſi eſſet impoſita nõ poſſet mutare for-
mam ut eſt caſus in.l.ii.ff.de riuis. Sȝ cir
ca predicta põt dubitari quid ſi habeo iꝰ du
cẽdi aquã per fũdum tuum iure ſeruitu.du
xi p riuũ aptũ & tũc uolo riuũ ſubterrane
um facere & uidet̃ ꝙ nõ poſſim qa ex hoc
aufero dño ſolũ cõmodũ appellẽdi pecꝰ ad
dictũ riuum uel auriendi aquã ex eo & ita
Labeo uidet̃ dixiſſe in.l.ii.in prin.q̃ icipit
labeo.ff.de riuis.Incõtrarium uidet̃ ꝙ imo
poſſũ claudere qa ꝙ dñs ſolus p quem du-
citur riuus priuetur cõmodo hauriendi aq̄
ex riuo uel appellendi pecus ad eũ ꝓcedit
magis ex occaſione q̃ ex iure.Et iſta uidet̃
fuiſſe ſententia Pomponii cõtra labeoneȝ
ut dicit Paulus i.d.l.ii.Tu uero per concor-
diam ita cõcludas aut ẽ impoſita ſeruitꝰ fũ
do uicini ut poſſim ducere riuũ apertũ per
fũduȝ & tunc nõ poſſum claudere.Et idẽ ſi
dictũ ẽ de riuo clauſo qa nõ põt apriri qa
aut ẽ dictũ de riuo aperto uel clauſo & tũc
diſtigue aut claudẽdo uel aperiendo riuuȝ
ñ fit deterior cõditio dñi fũdi ſeruiẽtis per
quẽ duco riuum &.teneas ꝙ poſſim claude
re uel apperire.& ita itelligatur opy.Põpo
nii per.l.i.i fi.ff.de riuis aut fit deterior con
ditio dñi fũdi ſeruiẽtis & tũc aut eſt maior
utilitas eius cui debetur ſeruitus quam dñi
fũdi ſeruiẽtis damnũ.& tũc aut põt claude
re uel aprire per.d.l.i.i fi.& ſic ẽt procedat
opinio Põponii aut eſt magis damnuȝ dñi
fũdi ſeruiẽtis q̃ utilitas dñi fundi dominan
tis q ducit aq̄ per riuum.& tũc nõ põt muta
re claudendo uel aperiendo.& ita itelligat̃
opy.labeonis.Et nõ. glo.magna in.d.l.ii.ff.
de riuis q̃ ſequitur ibi Bar.& ita etiam uult
glo.in.l.iii.in prin.in ℣.aduerſarii .eo.ti.q̃
glo.ſingulariter uult quod quando opus fit
cauſa ſeruandi aquam uel retinẽndi neceſſa
rio nõ habet locũ predicta diſtinctio de qº
uide ꝙ dixi i precedẽti.q.i ℣.& hoc itellige
eſſe uerum. Itẽ iuxta p̃dicta dubitari po
teſt quid ſi quis habet ius ducendi aquaȝ p
fundum uicini & duxit per riuũ.nũc uult
nouum canalẽ uel fiſtulas in riuo collocare
cũ nunq̃ habuerit an poſſit dic ꝙ ſic & ſi i-
pediat̃ competit ei iterdictũ utile de riuis ſi
propter ipſius utilitatem hoc facit ſine in
cõmoditate eius cuius ager eſt ut eſt caſus
in.l.ſeruus.§.ſi qs nouuȝ .ff.de riuis & ideo
dat̃ utile iterdictũ non directe quia directe
dat̃ qñ iã habuit ut dicit ibi glo.i uerbo uti
le.Sed quid ecõtra ſi primo duxi aquã per

ſiſtulas uel canales per fundū uicini. nūc uo lo ducere per riuū. dic ꝙ nō poſſum quia hoc fieret cū icōmoditate uicini fodiendo i eius fundo ar. d. §. ſi qs nouū. ff. de riuis ubi etiā dicitur ꝙ non poſſum dillatare uel attollere uel extēdere riuū uel per aliū locū ducere & hoc probatur ēt in. l. ii. §. ꝙ autē ait. ff. ne quid in flumi. pub. & in. l. i. §. reſti tuas. ff. ne quid in loco pub. Et adde q̄ dixi ſupra in. ii. col. huius. viii. q. principalis in ℞. itē hñs ius aq̄ ducende. Tertia qſtio pricipalis ex pdictis decidi pōt ſi aqua oritur i fundo ticii & diſcurrit ad fundū ſempronii & ex fundo ſempronii ad fundū gaii nūqd ſempronius poſſit aquā poſtq̄ ē ingreſſa fundū ſuū ipſaꝫ cōtinere ꝉ diuerterē ad aliū fūdū ſuū īferiorē ita ut ad fundū gaii nō perueniat ad quē ē ſolita peruenire. Et uidetᷣ ꝙ poſſit eaꝫ cōtinere uel ad alias ptes ſuas uꝉ alienas ducere ut. l. i. §. illud labeo. ff. de aqua coti. & eſti. & ē glo. in. l. ex meo & i. l. cū eſſent. §. i. ff. de ſerui. predio. & ſepius hoc dictū eſt. Contrariū uidetur tenerē Bal. in. l. lapilli i. ii. col. circa finē. ℞. tu diſtigue qui dicit aut aqua naſcitur i pdio & potes eam mihi impedire quia beneficio tuo ex predio tuo habeo aut in agrū meū aliunde uenit. tunc cū habeā ego iferior beneficiū a te non potes mihi auferre cū tibi non pſit & mihi noceat. & ſic Bal. uidetur ſemp niū qui in medio non poſſe aquā diuertere qn̄ mihi nocet & ſibi nō pdeſt & ſic a contrario uidetur ſentire ꝙ ſi ſibi pdeſſet poſſet diuertere. Ego uero puto aꝉr diſtiguēdum aut queritur de impedimento dñi ſuperioris fundi i quo aqua oritur aut de ipedimēto gaii dñi iferioris. Primo caſu cōcludeaut ē ipoſita ſeruit⁹ fundo iferiori certo mō & ſecūduꝫ illū modū aqua dꝫ duci & ñ aꝉr ar. l. ii. in fi. de riuis. & l. ſi in meo in fi. ff. de aqua plu. ar. & ar. eoꝝ que dixi in pri. hui⁹. viii. q. principalis. Aut ē impoſita ſuitus ſed non limitata & tunc idē qn̄ uellet diuertere ſupra cōtra debitam ſeruitutē aut non uult facere dñs inferior cōtra debitam ſuitutem quia fundo ſuperiori nulla debetur ſuit⁹ & tunc dicas ꝙ dñs ſuperior reguꝉr nō pōt ipedire poſtq̄ aqua ē igreſſa fundū ſempronii niſi illa aqua ſeu ei⁹ diuerſio ſit nocitura fundo ex quo aqua oritur ut. d. l. i. §. illud labeo dicit. ff. de aqua coti. & eſti. ut notat glo i. d. l. ex meo. Secundo caſu principali dicas aut Caius dñs inferior hēt ſeruitutē aliquā in fundo ſempronii ſupioris uel i quaſi poſſeſſione ſeruitutis dicti fūdi Sēpronii nō poterit Sēpronius diuerterē aquā ɔ debitā ſeruitutē ut. l. pſes & l. ſi manifeſte. C. de ſeruitu. & l. ii. C. ad. l. acquil. cū ſimilibus. Aut nō hēt Caius aliquā ſeruitutē nec ē i quaſi poſſeſſione ſeruitutis fundi Sēpronii ſuperioris puta qa aqua ex fundo ſuperiori oſtēdit ſe ad fūdum Caii per mōꝫ facultatis puta quia Caius nihil fecit i fūdo Sēpronii & tunc aut Sēpronius uult diuertere aio nocēdi Caio & nō pōt ut. l. i. §. deniqꝫ. ff. de aqᵃ plu. ar. & notat glo. i. l. flu. §. fi. ff. de dam. infec. quod in dubio nō preſumitᷣ ut notat glo. notabiꝉ & doct. i. d. §. fi. & Bal. i. l. lapilli in. ii. coꝉ. ad finē. ff. de re. diui. & ſ. in. d. ℞. ego uero in hac queſtione p ueritate & cōcordia ſic diſtinguerē aut uult diuertere plus aque q̄ ſit ei utile & non pōt quia propter exceſſuꝫ odii preſumentur feciſſe animo iniuriandi ſeu nocēdi ut elegāter dicit Bal. in. d. l. lapilli Aut non uult diuertere animo nocendi & tūc aut Sempronius habet aquam iure ſeruitutis ſibi debite ex fundo ticii in quo aqua oritur. Et tunc aut illa ſeruitus eſt limitata puta ut Sēpronius poſſit aquaꝫ ducere ex fūdo ticii ad fūdum ſuū cauſa irrigandi ipſum certis horis & tunc uidetur ꝙ ad illum uſum tm̄ poſſit uti & nō ultra ar. l. certo generi. ff. de ſuitu. ru. predi. que limitata diſpoſitio limitatiōis producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & ſic ꝙ ultra illum uſum non poſſit aq̄ diuertere in damnū Caii iſerioris. Ego tñ i hoc credo contrarium eſſe uerius dꝫ iure qa cum aqua ex fundo. Sempronii diſcurrat ad fundum Caii non iure alicuius ſeruitutis ſꝫ facultatis tantum eſt in poteſtate Sēpronii aq̄ retinere uel eaꝫ diuertere ad alia loca qa ſua eſt poſtq̄ eſt ingreſſa fundum ſuū per ea que dicta ſunt. Nec obſtat dum dixi ꝙ limitata diſpō limitatū producit effectū qa illa regula pcedit quo ad perſonaꝫ Ticii ſuperioris p qua limitata ē nō quo ad perſonā Caii iferioris cum qua nihil cōuentus ē. Vnde poterit dicere Semproni⁹ Caio quātum ad te pertinet liberas edes habeo. l. loci corpus. §. cōpetit. Et ibi Flo. ff. ſi ſerui. uen. Facit. l. ſi prior. §. ſi ſimpꝉr. ff. qui potio. in pigno. habe. & l. fi. C. de rei. uendi. Et quia reguꝉr poſſum opponere de iure tercii qñ ē excluſiuū iuris agētis ut notatᷣ i. d. §. competit. & per Cy. & doc. i. l. cū ſeruū quiſpiaꝫ

.C.de ſeruis.fu.& per Bar.plene i.l.ii.ff. de
re iudica.& per Bar.& Bal.i aut.qui rem.C.
de ſacro ſan.ec.& per Flor.i.l.is cōſequēter
.§.i.ff.famil'.hercíſ.& per notata ꝑ Bar.Bal.
& doct.i.l.ſi alienā.ff.ſo.ma.Aut ē ſeruitus
ípoſita fundo Sempronii ꝑ Ticiū dn̄s ſupe
riorē non limitata ſed ſimpl'r uidelicet ut
poſſit ducere aquā ad fundū ſuuз.Et idē ml'
to magis dicēdū ē ut proxime dixi Aut Sē
pronius recipit aquā in fundo ſuo ex fundo
Ticii ſuperioris nō iure ſuitutis ſed iure fa
cultatis Et tūc Aut Sempronius diuertēdo
aquā a fundo Caii nihil ſibi ꝓdeſt & Caio
nocet & non poteſt diuertere quia Caius n̄
recipit aquā ex beneficio Sempronii & ita
intelligatur Bal.in.d.l.lapilli.ff.de reꝝ diui.
Pro quo facit.l.i.§.idē ait aq̄.ff.de aqua plu.
ar.Aut diuertendo Sempronius aquam ex
fundo Caii & Caio non nocet quia quod ti-
bi nō nocet & mihi prodeſt facil'r ꝯcedēdū
eſt ut.l.ii.§.nec igit' & ibi nō.ff.ſolu.ma.&
ar.l.flu.§.fi.&.l.proculus.ff.de dāp.infec.
Aut diuertēdo ꝓdeſt ipi Sēpronio & no
cet Caio & i hoc ē maior dubitatio & Bal.
uidet' ſentire i.d.l.lapilli ꝙ nō poſſit.Ego
teneo cōtrariū.ex quo ſemꝑ facit in ſuo &
aufert lucrū Caio cui nulla ſeruit⁹ debetur
ut.d.l.fluminū i.fi.&.l.proculus & ꝑ ea que
dicta ſunt ſupra.& i q̄tū dixi in tota iſta.q.
ꝙ Semproni⁹ pōt aquā diuerter' i dānum
Caii iſerioris uel cōtra uolūtatē Ticii ſupe
rioris.Intellige niſi iſti tres fundi fuiſſent
pri⁹ unius tm̄ uel niſi fuiſſet unus tm̄ fun
dus & poſtea fuerint diuiſi uel diuiſ⁹ iter
eos uel eoꝝ auctores.puta coheredes uel
legatarios.uel quia ſimul emiſſent dictum
fundū & poſtea inter ipos diuiſiſſent quia
tunc quilibet deberet uti aqua ſicut erat &
diſcurrebat tēpore diuiſionis dicti fūdi.qa
ſic tacite uidetur actū inter eos.ex quo ita
diſcurrebat tēpore diuiſionis ar.l.qui binas
edes cū.l.ſequen.ff.de ſerui.urba.predi.&.l.
ꝙ cōclaue cū ibi notatis.ff.de dāp iſec.& ar.
eorū que dicit Bal.i.c.i.§.ſi quis de manſo i
.iiii.col'.i fi.i ti.de controuer.iueſti & per ea
que dixi i ℟.Item predicta itellige uera an
te uerſiculum.Ex predictis ſequitur deciſio
multaꝝ queſtionū.Facit.l.alienatio &.l.ſi
aq̄ductus.ff.de cōtraben.emp.&.l.in his.§.
n̄ debeo.ff.de regu.iur.Et ꝓ hoc facit.l.edi-
les a iure in prin.ff.de edi.edic.ubi dicitur ſi
ūeditur equ⁹ qui hēt ſellā ul' ornamēta tē
pore quo ūeditur uidetur eſſe ūedita ſella
& ornamenta ut ibi dixi & nō.per Bar.i.l.
eum qui.§.nō ſolū.ff.de furtis.& per Guil.
Bar.& docto.in.l.ſi ut certo.§.uſq; adeo.ff.
cōmoda.Et habet' ꝑ Ang.de aretio inſti.de
actio.§.i duplum q dicit plus ꝙ non ſolum
ueniūt ornamēta q̄ habebat tēpore ūeditio
nis ſed etiā ante ꝑ duos dies ut ē caſus mira
bilis i.d.l.ediles aiūt.§.uendidi & ibi etiam
d hoc dixi & i.l.uia cōſtitui.§.fi.& quod ibi
notat Bar.ff.de ſerui.ru.predi.&.l.ſi i uēdē-
do in pri.ff.de cōtraben.emp.cū ſimilibus
In quib⁹ habetur ꝙ in dubio res uidet' eſſe
uendita uel diuiſa libere & nō cū aliqua ſer
uitute.quia illa iura itelligo de ſeruitutibus
q̄ habēt cām momentaneā puta itineris.Se
cus ſi ſucceſſiuā ſicut eſt ſeruitus aq̄ductus
ut.l.foramen i pri.§.i.ff.de ſerui.urba.ꝑdio.
ut plene dixi ſupra in primo li.i ti.de ſerui
tu.itineris ſeu aditus ubi oīo uide pro decla
ratione huius.q.Nec obſtat ēt.l.ſi quis edes
i:pri.ff.de ſerui.ur.pred.ubi dicitur ꝙ ſi plu
res fundi qui debent ſerui.efficiantur uni⁹
tātum ſeruitus tollitur quia res ſua nemini
ſeruit.l.in re cōi eo.ti.Et ſi poſtea unus de
illis uenditur uel diuiditur.uidetur uendi
uel diuidi libere.Pro hoc.d.l.ſi uendendo i
prin.quia illa iura itelligo niſi tēpore ūedi
tionis uel diuiſionis aqua diſcurreret ꝑ fū-
dos predictos quia uidetur uenditio & diui
ſio facta ut fūdi remaneāt ſicut tūc reperie-
bantur.Sed ſi aqua tempore diuiſionis nō
diſcurrebat per ꝑdictos fūdos uel erat pri⁹
ſeruitus habēs cām momētaneaз tunc eſſet
al'r dicēdū niſi i diuiſiōe diceretur cū acceſ-
ſibus & egreſſib⁹ uſq; ad uias publicas & ꝯ
aquis aquaꝝ quia de curſibus &c̄.ut plene
dixi in.d.ti.de ſerui.iti.ſeu adit⁹.q̄ oīa ꝑpe-
tuo tene mēti qa ſunt cotidiana. Quar-
ta q̄ſtio pricipalis pōt ex predictis decidi i
caſu ecōuerſo.Nam ſupra dictū eſt qñ dn̄s
ſuperior uult precidere uenas in fundo ſuo
ortas & ipedire ne aqua diſcurrat ad fūdus
iſeriorē.Quid ecōtra quidā hēt fūdū ſupe-
riorē in quo aqua naſcit' puta profūde per
xv.pedes que diſcurrit ſolū ad fūdus uicini
inferiorem ꝑ ſubterraneos meatus & quia
nō trāſeūt meatus illi fūdū uicini aqua aſcē
dit i fundo ſuperiori per illos.xv.paſſus &
ducit' a dn̄o ſuperiori ꝑ fundū ſuū dn̄s iſe
rior fodit i fundo ſuo & ex eo aqua exit ita
ut nō poſſit amplius aſcēdere ad ſuperficiē
ſuperioris.querit' nunquid poſſit & uidet'
ꝙ ſic per.l.flumina.§.item uideamus cuз.l.

ꝓculus.ff.de damp.īfec.cum aliis ſimilibus
ſupra ad hoc allegatis.Ego teneo contrariū
per tex.ī.dicta.l.fluminū.§.fi.in fi.ubi dici
tur ꝙ ſi tam alte fodiā in meo ut paries tuꝰ
ſtare non poſſit tibi nō teneor.& ſic ibi ꝓ
batur ſi aufero tibi id ꝙ a me nō habes nec
a meo peruenit ſed a tuo.Et ſic īfero tibi dā
nuꝫ hoc de iure facere non poſſuꝫ.quia ibi
late fodiens qui promiſerit de damno īfec.
auferebat lucrū ꝙ non preueniebat a re ꝓ
miſſionis Nā firmitaſ pietis uicini cui erat
facta promiſſio de dam.infecto pueniebat
a re promiſſionis Nam firmitas parietis &
illud fundamētuꝫ eſt ipius uicini.non autē
perueniebat a domo ipſius fodientis ideo
hoc facere non pōt ſecūdū Paulū de caſtro
ibi qui dicit iſtū eſſe uerū itellectū illius
tex.quē glo.& doc.nō uiderūt ſed ita eſt in
caſu propoſito dn̄s fundi īferioris fodiēdo ī
ſuo fundo & aquam educendo auffert dn̄o
fundi ſuperioris aquā q̄ puenit a fundo ſu
periori ad īferiorē & non ecōtra.ergo de iu
re nō pōt.preterea hoc eſſe probari pōt.qa
ſicuti edificādo in meo nō poſſuꝫ mittere ī
alienuꝫ.l.quēad.§.ſi protec.in fi.ff.ad.l.ac
qͥl.&.l.ſi uicem.§.ſi ad ianuā.ff.ꝙ ui.aut clā
ita uidetur & multo magis ꝙ etiaꝫ edificā
do ī meo non poſſuꝫ auferre illud ꝙ ē alie
nū nec a me habet originē.quia plus uidetˀ
eſſe auferre alienū quā ſimpliciter ī alieno
īmittere iuxta.l.id ꝙ noſtruꝫ.ff.de reg.iur.
ex quo magis dānuꝫ cōtingit in auferendo
rem alienā.argumēto autē.multo magis.C.
de ſacroſan.eccleſi.&.l.quanto magis.ff.de
iure iurā.Quod ſingulariter nō.quia pōt
trahi ad deciſionem multaruꝫ queſtionum
ſimilium.puto tn̄ ſi uellet dn̄s inferior in
ſuo fundo fodere nō cauſa p̄dictā aquā habē
di ſimiliter forte ut penū faceret ꝉ cloacam
non impediretur ſi ita claudret meatꝰ aque
ſubterranee ꝙ non impediretur aſcēſꝰ eius
ad funduꝫ ſuperiorē ar.d.l.fluminū.§.fi.ibi
ut paries ſtare non poſſit a contrario ſenſu
& ar.d.§.fi.ꝟ.ait trebacius.ibi neqꝫ enim
operis mei iniciū dāmnū tibi dari in ea re ī
qua iure meo uſus ſum.ff.de damp.infecto

Quinta queſtio ſimiliter decidi poteſt
ſi aqua diſcurrat a fundo Ticii ſuperiori &
ī fundo ſempronii īferiori per uenas ſub tē
raneas & quia Sempronius nō fodit ī fūdū
ſuū tota a qua fluere conſueuit ex ſupiori
fundo Ticii.nūc Sempronīꝰ fodit ī fundo
ſuo & uenas ſuas aperuit ita ut tota aqua tā
illa q̄ in uenis ſuis naſcitˀ q̄ illa q̄ ex uenis
Ticii fūdi ſuperioris diſcurrat ad fūdū ipſi
us ſempronii & deſinat aſcēdere ad ſuperfi
ciem fūdi Ticii nūquid ita poſſit fodere Sē
pronius. Et ex predictis concludendū ē
aut queritˀ nūquid potuerit fodere & aquā
ducere ex uenis q̄ ex fūdi ſui uenis ꝓcedit
& ſine dubio pōt qa q fodit ī ſuo nihil mit
tit in alienū.nec de alieno aliqd aufert aut
queritur de diuiſiōe aque que oritur ex ue
nis ſubterraneis fūdi Ticii ſuperioris & di
cēdū ꝙ nō pōt per dicta.l.fluminū.§.fi.ī fi.
& per ea q̄ dixi in.q.precedēti.Sꝫ ē ultima
predicta queſtio ſi ille qui habet ius aque
ducēde admiſcuit aliā aquam illi quam mō
ducere ſolebat nūquid poſſit prohiberi dic
ꝙ ſic ſolū pro addita aqua ſed etiā pro tota
ſimul mixta poterit prohiberi ut ē tex.ī.l.i.
.§.item queritur.ff.de aqua coti.& eſti.Et ē
rō quia illa aqua mixta eſt diuiſibiꝉ.& pro
pterea utile per inutile uiciatur & ita uult
glo.in.d.§.ſequēti.& pro hoc facit ratio qa
ī diuiſibilibꝰ utile uiciatur per iutile ut.l.ſi
ſponſus.§.generaliter.ff.de uia itermi.in.l.
pediꝰ ī prin.& ibi nō.ff.de arbi.& per bar.
& docto.in.l.i.§.penultimo.ff.de uerbo.ob
ligationibus.Quod intellige uerū qn̄ aqͣ
creſcit nō facto hominis ſed naturaliter qa
tūc nō pōt prohiberi ducere totā aquā ut ē
tex.notabilis ī.l.hoc iure.§.aquā que ī riuo
.ff.de aqua coti.ſecundū Oldra.& Alber.de
roſa.in.l.rutilia polla.ff.đ contrahen.emp.

Vlterius quero ſtatutū eſt in ciuitate ut
quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuo ſu
periori per fundum uicini mediū ad aliquē
fūdū ſuū inferiorem ſoluendo damnum ui
cino ꝙ cauatio fiat in fūdo ſuo quod ſtatu
tum ualet propter publicā utilitatē ut dixi
ſupra in.v.q.principali per nota.in.l.fi.C.ſi
contra ius uel utilita.publi.modo quis uult
ducere aquā per fundū uicini ad ſuū in qͦ
fundo uicini ē fons uel ſunt uene aquarum
& ſi poteriti eo fodere uel per ipſum aquā
ducere miſcetur aqͣ ſua cum aqua uicini &
utraqꝫ tranſibit ad fundum inferiorem nū
quid poſſit & uidetˀ ꝙ ſic quia ſtatutū loq
tur ſimpliciter ꝙ per fūdum uicini poſſit
aqua duci ſatiſfaciēdo tibi damnū gͦ ſimpꝉr
& idiſtincte debet ītelligi.xix.diſtinc.ſi ro
manoꝝ Nec diſtinguit an ſit damnū reſpe
ctu terre fūdi uel reſpectu aque ipſiꝰ ergo
nec nos diſtinguere debemus.l.de precio
.ff.de publi.pretea huiuſmodi ſtatutum

eſt fauorabile & factū propter publicā uti
litatē.ergo uidet̃ eſſe in dubio itelligēdum
late & ampliādū.ubi ſubeſſet eadem ratio
iuxta notata per Bar.in.l.ſi cōſtan.in prin.
in.viiii.q.prime partis principalis ſolu.ma.
& per Cy.& docto.i.l.i.C.de adulte.& per
Bal.in.l.maximū uiciū.C.de lib.prete.& p
modernos i.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolu.matri
monio.Sed contrariū dico uerius eſſe dē
iure Nam illud ſtatutū debet itelligi dūmō
nō fiat damnū uicino iri ſuo aqueductu ut
probatur in .l.hoc iure.§. is qui ius aquē
ibi aquaꝝ riualibus.ff.de aqua coti.& eſti.
&.l.imperatores.ff.de ſerui.ruſti.predio.&
.l.i.§.ſunt qui putant.ff.ne quid in flumine
publico.Et facit ꝙ dixi ſupra i.tercia.q.prin
cipali circa finem. Item de hoc uidet̃ ēē
tex.in.l.preſes.C.de ſeruitu.& aqua cuꝫ ibi
nō.per glo.& doct.Item hoc probat̃ ratiōe
quando priuilegiatus & cauſe priuilegii ſūt
paris potentie potior condicio ē poſſidentiſ
ut in.c.impari de reg.iuris in ſexto.&.l.ſi ꝑ
uum.§.de illo.ff.de uerbo.obligationibus.
& nō.Bar.& doc.in autē.quas actiones.C.
de ſacroſanc.eccleſiis.Et facit ad hoc.l.ueruꝫ
.§.penultimo .ff.de mino.in.c.finali.extra
de ordi.cogni. Sed ille per cuiꝰ fūdū uicinꝰ
uult ducere aquā habet etiā aquam q̄ eſt ſi
militer priuilegiata uel quia eam ducit aut
ducere pōtad irrigādos agros ergo ñ debet
ſibi auferre ius aque ſue ut alteri cōcedatur
iuxta notata per glo.& doctores in dicta.l.
preſes.Item pro hac opinione facit.l.ſi.§.ſi
ne excep.ibi ne quid poſteriori datū ē &c.
.C.qui potio.in pigno.habe.ubi probat̃ ꝙ
qñ ſunt due dotes nō debemus magis fauer̄
uni quā alteri.& ſic nō debemus coperire
unum altare & aliud diſcoperire.ut ibi nō.
Bar.& doc.& glo.in autē.quomodo oportet
epiſ.§.ſed neq; effuſas in ꝟ.quia per illum
tex.colſ.i.Et pro hoc facit etiaꝫ autē.niſi ro
gati cū ibi nō.C.ad trebel.facit etiā ad hoc
quod dixi in.q.precedenti.Nec obſtat ꝙ ſta
tutū loquat̃ ſimpliciter ut poſſit aqua duci
per fundum uicini ſatiſfaciendo ſibi dānuꝫ
ut debet intelligi de damno alterius aque q̄
gaudeat eodē priuilegio per predicta.Nec
obſtat ꝙ ſtatutum ſit fauorabile & in fauo
rem ductus & propter publicam utilitateꝫ
quia idem fauor eſt in utroq; caſu.& ideo
melior ē cōditio poſſidētis ut dixi. Quo
nūc de alia.q.cotidiana.aqua ex fundo meo
ſuperiori deſcendit ad tuū inferiorem &
īundat totū fundū tuuꝫ ex magna habūdā
tia aquarū.Querit̃ de duobus.Prio nūqd
ego q ſum dñs fundi ſuperioris cogar reti
nere aquā in fundo meo puta faciēdo foſſā
& ageres & in eo aquam recoligendo ne di
ſcurrat ad fundum tuum Secundo poſito ꝙ
nō cogar retinere an poſſim te inferiorem
cogere ut eam i fundo recipias & foſſam fa
cias uel alueū & ageres uel patiaris quod a
qua deſcendat ex meo ad tuū & ſic ex tuo
ad aliam inferiorem. Circa que dicas in
primis tria eſſe conſiderāda.Primū ē legis
cōuentio ut ſi aliqua iteruenit illa ſit ſeruan
da.l.i.§.deniq; ait &.l.in ſumma.§.i.ff.de a
qua plu.ar.&.l.i.§.ſi cōuenerit.ff.de depoſi
ti cū aliis ſimilibus allegatis i glo.ſ.i princi
pio huius.viii.queſtionis principalis. Se
cundū ē loci natura q̄ dꝫ iſpici que eſt ut
realiter fundꝰ iferior ſupperiori ſeruiat ut
patiat̃ hanc ſeruitutem teneat̃ ſuſcipere a
quā fundi ſuperioris niſi aliter cōuentū ſit
ut dicta.l.i ſūma in prin.Agri enim naturā
ſeruādā eſſe dicit dicta lex.i.§.nō ſit ducta
& ſemper inferioreꝫ ſuperiori ſeruire atq;
hoc incōmodū naturaliter pati inferiorem
agrū a ſuperiore cōpēſareq; debere cū alio
cōmodo ſicut enim omnis pinguedo terre
ad eū decurrit.ita etiā aque icōmodū.ad eū
defluat ut elegāter dicit tex.i.d.l.i.§.deniq;
.ff.de aqua plu.ar.&.d.l.in ſumma in prin.
eo.ti. Tertium eſt ꝙ debet cōſiderari qñ
nō eſſet dicta aliqua lex inferiori uel ſupe
riori natura enim loci hoc declarat qa pla
na ſūt loca ita ut nullus ager poſſit dici ife
rior uel ſupior tūc loci uetuſtas q̄ uicē legis
obtinet & ꝓ lege ſemp habet̃ dirimēdarū
litiū cauſa utiq; ſeruanda eſt ut dicit tex.i
dicto.§.deniq; ait ꝟ.ſi tantū lex & ibi gl.
& in dicta.l.i ſūma in pri. Quartū etiā
poſſet cōſiderari qñ aliqua cōuetio nō eſſꝫ
uel natura loci aliquid nō declarat neq; ſbē
quid ſit ſeruādū. Circa primū qñ inter
uenit cōuētio de retinēda aqua i fūdo ſupe
riori ne ad inferioriores uel de mittēda i fū
dum inferiorem dicas illā ɔuētionem eſſe
ſeruādā & per eam ſeruitutem imponi.ut
dicta.l.i.§.deniq; ait &.l.in ſumma i pri.ff.
de aqua plu.ar.cōiuncta.l.ſemp i ſtipulatio
nibus.ff.de reg.iuris. Sed dubitari pōt ſi
ſimpliciter ē iposita uel per ɔuētionē fui
tu.ut ſuperior uicinus teneatur aq̄ retinere
i fūdo ſuo uel ꝙ iferior teneatur eā reciper̄
nūquid ſuperior uel iferior teneat̃ foſſam

purgarẽ uel aggeres facere aut munire. & uidetur ꝙ ſic.quia qui tenetur ad unũ tene‑ť ad oĩa ꝑ que ꝑuenitur ad illud ut.l.ii.cum ibi notatis.ff.de iuriſdictio.om.iudi.Et qui ꝓmittit ſequẽtia uidetur ꝓmittere ãtecedẽ‑tia quibus mediantibꝰ ad ſequẽtia ꝑueniť ut ꝓbatur in.l.iii.§.i.ff.de ſerui.ruſt.predio &.l. refectionis.§.i.ff.coĩa predi.&.l. uete‑res.ff.de iti.actuqꝫ priua.Et facit ad hoc qđ notat Bar. ĩ.l.i. in prin.ĩ.ii.col.ĩ fi.ff.de no.op.nun.Item qui ꝓmittit conſequẽs uideť ꝓmittere neceſſario antecedens.l.illud &.l. pro herede .§.pap.ff.de acqr.hered.& tex.cuꝫ glo.notabili.& ibi Bal.C.de dot.ꝓmiſ.ĩ.l.ii.& pro hoc.l.ad rem mobilẽ.&.l.ad le‑gatũ.ff.de ꝓcura.Sed uideas ꝙ ĩmo ille cuiꝰ fundus debet ſeruitutem non tenetur pur gare uel aggeres facere uel munire ſed ſolũ teneť pati ut dñs fundi cui ſeruitus debeť ꝑdicta uel ſolida facere poſſit ut ꝓbatur ĩ.l.i.§.deniqꝫ ait in prĩcipio.&.§.fi.ff.de aqua plu.ar.ubi ita dicit non ergo cogemus uici‑nũ aggeres muĩre ſꝫ nos ĩ eius agro muniẽ mus qui tex.ĩtelligiť qñ pacto uł uetuſtate erat ĩducta ſeruitꝰ retinendi aquã ĩ fundo recipiendi aquã ex fundo ſuperioris ut di‑cit glo.ĩ.d.§.fi.ĩ ℣.munire.Et ita ĩtelligo q̃ dixi ſupra in quarta.q.prĩcipali in fi.℣.ſed pone queſtionẽ quã babui de facto Et ẽ rõ quia regułr ille qui debet ſeruituteꝫ nõ co‑gitur facere ſꝫ pati ut.l.quotiẽs.§.ſeruitu.ff.de ſeruitu.li.generali.&.l.& ſi forte.§.etiaꝫ ℣.nã in omnibus ſeruitutibꝰ.ff.ſi ſerui.uẽ.excepta ſeruitute one.feren.quia in illa de‑bens ſeruitu.põt cogi facere ut.l.euꝫ deberẽ columnã.ff.de ſerui.ur.ꝑdi.& ita tenet glo.in.d.l.i.§.fi.in ℣.cogemus.ff.de aqua plu.ar.& glo.in.l.ĩ ſumma.§.i.in ℣.uel re q̃ inci pit tu es eo.ti.Et intelligo tex.illius.§.fi.nõ ſoluꝫ qñ ſuperior uicinus tenebať aquã re‑tinere ĩ fundo ſuo quia tunc ſi opus ꝑ qđ ̃r tinetur ĩdiget refectionẽ ñ teneť ſupior re ficerẽ ſꝫ pati ꝙ ĩferior reficiat.Et ita ĩtelligit Pau.de caſtro ibi ſummarie.§.deniqꝫ ait & ꝓbať ĩ.l.ĩ ſumma.§.itẽ uarus ad finẽ ibi Si uelíꝫ aggerẽ reſtituere ĩ agrũ eo.ti.Sed etiã intelligo tex.in.d.§.fi.qñ inferior uicinꝰ te nebatur ĩ fundo ſuo recipere aquã ꝓueniẽ tem ex fundo ſuperiori quia tũc inferior nõ tenetur mũdare ſeu purgare locuꝫ aut agge re munire ne aqua diſcurrat ad fundũ ſuuꝫ ſed tenetur ſoluꝫ pati ut ſuperior hoc facerẽ poſſit cũ ſit eadẽ ratio.l.illud.ff.ad.l.acqliaꝫ

& hoc etiã Pau.de caſtro in.d.l.in ſumma.§ apud labeonem.Ibi dũ tex.dicit hãc ĩferior uicinꝰ ñ purgabit ſupplet ideꝫ in ſupiore cum ſit eadẽ ratio.Et ideo duꝫ tex dicit ĩ.d.l.i.§.fi.non ergo cogemus uicinum aggeres munire Intellige uicinũ cuius fundus ſerui tutẽ debet ſiue ſit fundus ſuperior ſiue ĩfe‑rior Et dũ poſtea ſubdit ꝙ nos ĩ eius agro muniemus.expone ĩ agro ſuperiore uel in feriore ſeruitutẽ debẽte.Et dũ dixi ꝙ dñs predii dominãtis põt agere cõtra dñm pre dii ſeruiẽtis ut patiať ĩ fundo ſuo purgari foueas uel aggeres muniri Intelligi debet qñ dñs fũdi ſeruiẽtis nullaꝫ poterat utilita tem conſequi.puta ex munitiõe aggeꝝ qm̃ ex illa nõ poſſet cõſequi niſi laborẽ & ĩpẽ‑ſam quo caſu põt agi per dominuꝫ ꝑdii do minãtis ſimpłr ut dominus ꝑdii ſeruientis patiať aggeres muniri.Sꝫ ſi poſſet aliq̃ uti litatem cõſequi puta ex purgatione fouẽe ſeu aluei ex pinguedine terre que extrahe tur de fũdo ſuo quia tũc ſi ipſe dñs predii ſ uiẽtis uellet purgare ꝑferẽdus eſſet domĩo ꝑdii dominãtis nõ ſimpłr ut dominus ꝑdii ſeruientis patereť ſed alternatiue ut ł pur‑get aut purgari permittat ut.l.in ſumma.§.apud labeonẽ qui ita debet ĩtelligi ſecũdũ Bar.Pau.de caſtro.Imoł.& docto.ibi.ff.de aqua plu.ar.& idem tenet Pau.ĩ.d.l.in ſum ma.§.itẽ uarus ĩ fi.

Et ex predictis ſeqtur ꝙ qñ ſuperior uicinus tenetur retinere aq̃ ĩ fũdo ſuperiori ne diſcurrat ad ĩferioreꝫ & opus ꝙ retinebat aq̃ ne ĩferiori noceret ſit deſtructũ naturałr.puta ex ſuperabũdãtia aquaꝝ uel etiã ałr ſiue illud opus ſit ſuper naturale qa nõ manu factũ ſiue quaſi natu rale qa manu factũ ſed nõ extat eiꝰ memo ria ſꝫ iure ſeruitutis retinebatur põt uicinꝰ cuius fundus dꝫ ſeruitutem cogi ut patiať opus refici uel ĩ priſtinũ ſtatũ reponi ut ẽ caſus in.d.l.in ſumma.§.item uarus.Et ideo hoc tenet ibi Pau.de caſtro.

Item ex hoc etiã ſequiť ꝙ ſi ille qui habet ſeruitutem de ſtruit opus ꝓpter quod aqua retineť ĩ fun‑do ſeruiẽtis & nocet fũdo dominãti põt co gi ad ponẽdũ ſeu reſtituẽdũ dictuꝫ opus in priſtinũ ſtatũ ut.d.l.in ſumma.§.itẽ labeo Et hoc tenet Paulus ĩ.l.i.§.& ſi uicinus eo dẽ ti.Et ĩtelligiť nocere nõ ſolũ qñ aqua ñ debet aliquo mõ deſcẽdere ad fũdũ inferio rem & nimis deſcẽdit ꝓpter deſtructioneꝫ uel repletionẽ fouee que aquã ĩ fũdo ſupe riori cõtinebat ſed etiam ĩ agro ſuperiori

ērat foſſa que debebat aquam continēre ut paulatim & moderatiꝫ diſcurreret ad fūdū inferiorē puta ad ipſum irrigādū.& ſic foſſa erat i fundo ſuperiori ꝑpter utilitatem agri inferioris irrigandi & ſic poſtea repleta ē fouea ut aqua uehemētior deſcenderet ad fūdū iferiorē & ſic noceret.ut ꝓbaꝰ i.d.l in ſumma.§.apud alphenū ſecundū laco.dꝰ are.& Imo.ibi qui exponit illuꝫ tex.ibi duꝫ dicit aqua deſcendit.ſ.paulatiꝫ & moderate quod nota. Item intelligitur nocere qn̄ nocet contra factū ſeu ſeruituteꝫ īpoſitam ſiue contra loci naturā aut uetuſtatē. Secus ſi natura loci aut facto dānū cōtingat. quia tūc agi nō poſſet ut.l.i.§.itē &.l.i ſūma.i.rn̄ſo.ff.de aqua plu.ar.& ita tenet Azo i ſumma eo.ti.Qui ēt ſubdit ꝙ nocere diciꝰ ut detur actio directa aque plu.ar.qn̄ uicino dānū datur.ſed qn̄ qd fit quo minꝰ aqua ꝓfit uicino ceſſat hec actio directa & daꝰ utilis ut.d.l.i.§.ſicut autē.l.ii.§.itē uarus. Sicut etiam datur utilis ubi nemo facit opus ut dicta.l.ii.§.aput.Et predicta procedūt qn̄ ille qui dꝫ ſeruitutē fecit opus i fundo ſuo ulꝰ remouit proter quod dānū dat fūdo dominanti Sed quid ſi alius fecerit.dic ut.l.quaꝫ q̄ iulianus &.§.item ſi uero ego &.l.ſi colonus.&.l.ſi tercius.§.celſus uſq; in finem.l.&.l.emptor i fi.&.l.uenditor.ff.d aqua plu.ar.& uide Pau.de caſtro in.l.in ſumma.§.idem uarus in prima opposi.eodem titulo.

Secundo dubitari pōt an nō ſolū dn̄s ꝑdii dominātis poſſit cogere dominū predii ſeruientis ut patiatur fundūꝫ ſuū purgare ulꝰ opus refici ut dixi ſed etiā dn̄s fundi ſuperioris ſeruiētis q iure ſeruitutis tenetur hēre foſſaꝫ in fundo ſuo ſupiori ne aqua noceat uicino inferiori ſi illa foſſa idiget refectione poſſit agere contra dn̄m predii dn̄antis ut eā reficiat taliter ꝙ non noceat fundo ſuperiori ſuiētis Et dic ꝙ ſic ut ē caſus ualde notabilis i.l.i ſumma.§.apud alphenū.ff.de aqua plu.ar.ſecūdū itellectū Pau.de ca.& ibi glo.itelligit illū tex.alr in caſu econuerſo q itellectꝰ ēt pōt eſſe bonꝰ.& adde ſecūdū eūdem ibi ꝙ qn̄ fundus ſupior debet ſeruitutē fundo iſeriori ut aquam retineat ſi habet foſſam in fundo ſuo ſeruiētē teneꝰ pati ut fiat opus iure ſeruitutis quatenus ē neceſſariū ad eius uſum licet ex hoc reſultet damnū.ſed ſi illud indiget refectione non tenetur pati niſi ut reficiatur ut.d.§. apud alphenū cum ibi notatis ibi an ille q opere manu facto. Tertio pōt dubitari an ille q excludit aquā q̄ naturaliter & iure ſeruitutis recipere i fundū ſuū tenebaꝰ ne in ſuuꝫ ueniat ſed i alienū deriueꝰ teneatur aqua plu.ar.& dicēdū ꝙ ſic ut.l.i.§.neracius cum glo.ff.de aqua plu.ar.& ideo ſi aqua de directo pluit i fūdū tuū & tu opere māu facto deriuas aq̄ i meū aliꝰ q̄ per ſe ipſā naturaliter ꝑ ſe flueret forte uel flueret ſi opus factū nō eſſet uel ſi flueret nō ita rapide tēneris mihi aqua plu.ar.Et ita qn̄ aqua nō fluebat nec cadebat de directo i tuū & tu ne in tuum deſcēderet opus feciſti ꝑ ꝙ ipſam deriuas i meū.& tūc ſi erat impoſita ſeruitus ut eā tenearis recipere uel ſi cōſueuiſti longiſſimo tēpore ipſam recipere adeo ꝙ non extet memoria i cōtrariū nō potes illā aquā a te excludere & i meū deriuare ut ꝓbatur in.d.§.neracius & ibi hoc uult glo.in.ꝟ.ſolet q̄ ſequiꝰ Pau.& idē nō.i.l.in ſumma.§.illud ēt in fi.ff.de aqua plu.ar.ſed ubi nulla ſ̄uitus debeꝰ nec per dictū tempus aqua fluxiſſet ſed ſolū naturaliꝰ diſcurrat dic ut dicam.j.i ꝟ.circa ſecundū quādo natura loci.

Quarto dubitari etiam pōt ſi cōceſſiſti mihi ſeruitutē ut poſſiꝫ opere manu facto aquā fluētem in meo deriuare ex tuo etiam ſi tibi nocet an itelligatur ēt ſi ultra modū noceat & dic ꝙ nō ut eſt tex.multū nōbilis i.d.l.in ſumma.§.illud etiā facit ad hoc.l.unius.ff.de ſerui.urba.predi.& hoc etiam tenꝫ Pau.de caſt.in.d.§.illud qui hoc inducit ꝑ q̄ſtionē illam ſi fiat compromiſſuꝫ i arbitros uel arbitratores cuꝫ poteſtate ut poſſint de iure unius dare alteri in parua ſeu magna quātitate debet itelligi niſi ſit nimis magna & itollerabilis leſio de quo per Bar in.l.ſi ſocietateꝫ.§.arbitrorum.ff.pro ſocio & Bal.& docto.in.l.cum antea de arbi.& canoniſtas in.c.quintaualꝰ.de iure iuran.Et pro p̄dictis facit quia in dubio licet cōceſſio facta per principē intelligatur cū aliquo damno modico tamen nō intelligitur de maxio.ut.l.qui uniuerſa.C.de preci.impera.of.& nō.glo.in.l.ſeruitutes predio.§.publico ſuper uerbo modice.ff.de ſerui.& ē tex.cū glo.in.l.ii.§.ſi quis a principe.ff.ne quid i loco publico & notat glo.fi.in.l.ſed cū herede.ff.ad trebelꝰ.& gloſa.xxv.queſti.ii.§.reſcripta & cardinalis ꝫabarellus in.c.manda.in.vii.notabili extra de reſcrip.& pro hoc facit optie.l.ſi quis ſepulcrum in prin.ff.de religioſis & ſump.fune.& quod notat Bar.in.l.quo

minus in.xi.q.ff.de flumi.Et adde quod nõ. Pau.de caſtro in.l.ſi ticius in prin.circa finẽ prime col.ff.de libe.& poſtu.ubi dicit quod ſi princeps concedit ut in publico poſſi edificare & cum preiudicio tercie perſone qđ ſufficit etiam ſi non exprimatur perſona cui fit preiudiciuꝫ ar.d.l.ſi ticius. Sed circa predicta ego ſic dicerẽ aut ẽ facta cõceſſio ſimpliciter & itelligit̃ ſine preiudicio magno ꝑ dicta iura aut ẽ facta ut poſſiꝫ aq̃ in tuũ fundũ imittere etiaꝫ ſi tibi noceat & tũc intelligit̃ ẽt ſi fiat magnũ preiudicium ad hoc ut uerba aliquid operentur ar.l.ſi qñ.ff.de le.i.cuꝫ ſimilibus.nõ tñ intellige de maximo aut intollerabili preiudicio ar.l.in ſũma.§.fi.ff.de aqua plu.ar.Et pro hoc facit ꝙ nõ.lo.de ymol.in.c.quintauallis.extra de iureiurã.qui dicit ſi cõpromiſſuꝫ ẽ factum ſimpliciter poterit arbitrator modice ledere iuxta.l.unde ſi nerue.ff.pro ſocio Sed ſi eſt dictũ quod poſſit ledere partes Intellige de magna & non de maxia leſione qa đ illa nõ uidet̃ actũ & ſimiliter ſi minor iurauerit nõ cõtrauenire itelligit̃ ſi ẽ modice leſus ſecus ſi dicatur ratione leſionis qa tũc intelligitur de magna ut'i ꝑe nõ.i dicto.c.ↄ contingat.xxiiii.col'.Et adđ predictis q̃ dicta ſũt i primo libro i ti.de ponticello.℣.ſed circa predicta. Dubitari põt circa ſecũdũ qñ natura loci ſubeſt nec aliqua pactio iteruenit.dic ꝙ regulariter fũdus inferior tenetur recipere aquam ꝓuenĩetem ex fũdo ſuperiori.Et iſta ẽ quedã ſeruitus naturalis & lex nature ut.l.i.§.ſꝫ ſi uiciũs.§.denique ait &.l.in ſũma in prin.ff.de aqua plu.ar.ẽt ſi aqua fundo inferiori noceat.ut.d.l.i.§.tociens.℣.ꝙ ſi natura Et pone exemplũ ſi aq̃ fluens ex monte uel loco meo ſuperiori deſcendit in tuũ eam teneris recipere nec potes me cõpellere ut faciam foſam ul' aggeres in fũdo meo ꝑ quos aqua retineatur quia fundus tuus iferior in hoc naturaliter ſeruit fundo meo ſuperiori qñ aqua naturali t̃ deſcẽdit ut dictis iurib⁹. Sed iſta regula fallit Primo qñ opere manu facto ꝑ ſuperiorẽ aqua deriuaret̃ i fundũ inferiorem que non flueret & ſi op⁹ factũ nõ eſſꝫ.Secundo fallit qñ aqua q̃ ſollebat fluere i fundũ iferiorẽ nõ rapide propter op⁹ factũ rapide flueret.ut.l.i.§.neraci⁹.Et ibi hoc nõ.Pau.de caſtro.de aqua plu.ar.uel ſi ꝓpter opus fieret quo minus aqua flueret q̃ natura ſolet ſi forte minuendo eam aut maiorem fecerit aut uelociorem aut in comprimendo redũdare fecit ut dicta.l.i.in pri.&.§.tociẽs niſi impoſita ſit ſeruitus ad hoc ut dicta.l.i.§.fũdi.Et ibi hoc notat Pau.de caſtro qui dicit illũ tex.limitare omnia iura q̃ dicãt actiõe pluuie arcẽde dare cõtra illũ qui opere manu facto aquã fluẽtẽ i ſuo deriuat i fundum uicini ut aliter diſcurrat q̃ per ſe naturalit̃ diſcurreret ut.d.l.i.§.i.quia illa procedũt niſi impoſita ſit ſeruitus illi fundo i quẽ deriuat per dictum.§.fi. Tertio fallit quãdo aqua nõ fluebat nec cadebat de directo i tuum ſed alibi & poſtq̃ ceciderat deſcẽdebat i tuum & tu ne in tuũ deſcẽderet op⁹ feciſti ꝓpter ꝙ aquã deriuat in meũ & tu non cõſueuiſti eã recipere ſed demum icipit i tuũ deriuare.Nam tũc potes eã excludere ope facto & nõ teneris licet in meũ deriuat̃ qñ quis põt aquã auertere & curare ne i ſuuꝫ fũdũ influat ſi modo nõ aĩo nocendi id fiat ſed ne ſibi noceat ut ẽ caſus in.l. in.ſumma.§.penultimo.ff.de aqua plu.ar.Et ideo ſi tu dominus fundi inferioris in igreſſu tui fũdi uis facere aggeres uel quid propt̃ ꝙ aqᵃ impediat̃ ne in tuũ fundum igrediat̃ & igrediatur fundus cuiuſdã tercii ꝙ nõ fieret ſi igrederet̃ fũdũ tuũ põt hoc facere qa ille tertius nõ põt agere cõtra te ut tenearis aq̃ recipere & eam a te nõ excludere qa q̃tum ad illum tercium tuus fũdus non ſeruit naturaliter ſicut ſeruit fũdo ſuperiori ex quo aqua deſcendit ut ẽ caſus notabilis i dicta.l. in ſũma.§.ideꝫ labeo el ſecũdo.& ibi hoc tꝫ Paulus de caſtro.Et iſtud ꝓcedit qñ tu dominus fundi inferioris non conſueuiſti aq̃ in tuo recipere per tm̃ tempus cuius nõ extat memoria in contrarium ul' quia ſeruit⁹ de hoc nõ fuiſſet impoſita alias ſi dicto tꝑe cõſueuiſſet fluere uel ſeruitus fuiſſet impoſita non poſſes eam diuertere.Et iſte eſt caſus i.dicta.l.i.in.§.neracius cũ glo.in ℣.cogetur colligere de aqua plu.arcẽ.Et dixi.ſ.i ſecũda fallentia in fine ꝙ ẽ bene notãdum quia declarat totũ illũ titulũ.ff.đ aqua plu.arcẽ. Quarto fallit qñ ſuperior habebat foſſã in fũdo ſuo naturalem nõ oꝑe manu factam uel quaſi naturalem.quia memoria nõ extabat de dicta foſſa licet opere manu facta fuerit uel qñ non erat naturalis foſſa ſed manu facta et extabat de ipſa memoria ſed iure ſeruitutis facta erat Nam omnib⁹ iſtis caſibus inferior dñs nõ cogit̃ dictã aq̃ recipere i fũdum ſuũ et ſi fouea eſſet rupta

ul' aggeres deſtructi poſſet ſupior cogi ut
pateretur refici ut ſupra dictũ ẽ & ꝓbatur
in.l.i.§.apud labeonem.ff.de aqua plu.arcẽ.
& ibi hoc tenet Paulus de caſtro. Secus ſi nõ
habebatur dicta foſſa iure ſeruitrtis & exta
bat eius memoria & erat manifeſta qa tũc
inferior regulariter ipãm aquaꝫ cogit' i ſuũ
fundũ reciper̃ ꝑ predicta imo plus etiam ſi
fouea eſſet deſtructa puta quia in fundo ſu
perior̃ aquaꝝ concurſus excauauit locũ ꝑp
ter quem aqua retinebatur ne deſcenderet
in fundũ inferiorem poſtea illa excauatio ẽ
deſtructa uel repleta uel quia aggeres fece-
rat dominus ſupior in fundo ſuo poſtea ex
impetu aquaꝝ deſtructi ſunt Vel etiã ip̃e
dominus ſuperior uel alius auctoritate pro
pria deſtruxit. nũc dominus inferior uult
agere ut ſuperior patiat' foueã purgare uel
eam. aut aggeres reficere. & certe nõ poteſt
quia illa fouea nõ erat naturalis quia de no
uo facta nec quaſi naturalis qa extabat me-
moria nec erat ibi iure ſeruitutis ſed caſu
aliter poſita uel facta. Et ſimiliter dicendũ ẽ
de aggeribus Vnde ſicut ſi ip̃os feciſſes ſpõ
te poſſes remouere ita & ſi caſualiter facti
ſunt ſecus ſi eſſent ibi iure ſeruitutis uel nõ
extaret memoria ut probatur in dicta.l. in
ſumma.§.apud manuſã.& ibi hoc nõ. Paul⁹
de caſtro coniuncto.§.idem ait ſi in agro &
in dicto.§.item apud labeonem. Et ibi hoc
nõ. Iacobus de are. quem ſequitur ibi Pau-
lus & in.§.idem uarus.e.l. Et ex hoc nõ.
ꝙ ſi propter inundationem aquarum pro-
pria auctoritate in riuo ſiue fouea uel i ag-
gerib⁹ feciſti coronellas ne aqua ſub habũ
dans flueret in fundum tuum põt impune
eas ſimiliter remouere quia ſicuti uolũtarie
eas feciſti ita uoluntarie potes eas deſtruer̃
nec teneris pati ut reficiãtur niſi fuit⁹ eſ-
ſet impoſita ut dicto.§.idem labeo ait ſi in
agro & i dicto.§.apud manuſam cũ ibi nõ.
ꝙ ꝑpetuo tenemẽti. Circa terciũ qñ nul
la ẽ cõuẽtio nec loci naturã ſeruitutẽ iponit
qa loca ſunt plana & loci uetuſtas ſubẽ tũc
illa eſt ſeruãda tanquã lex in.l.i.§.deniqꝫ ait
.ff.de aqua Plu.ar.&.l.i ſumma i prin.eo.ti.
Sed talis uetuſtas habet uim quaſi ſeruitu-
impoſite ut.l.i.§.fi. Et nota ꝙ hec ſerui-
tus acquiſita per uetuſtatem ſeu preſcripti
onẽ tãtuꝫ operat' regulariter q̃tũ ſeruitus
acquiſita per cõuẽtion ẽ qa ſicuti p̃ſcriptio-
ne q̃rit' utile dominiũ ut nõ. per glo.& doc.
in autentica niſi tricenale.C.de bonis reoꝝ

Ita utilis ſeruitus nõ directa q̃rit' per p̃ſcri-
ptionem ut dicto.§.fi.ſecundũ glo.ibi in ꝟ.
quaſi ſeruitute. In hoc tñ differũt qa ſeruit⁹
q̃ſita per cõuentionẽ ẽ directa actio cõfeſſo
ria ut.l.i.§.i.& ibi plene per Flo.ff.ſi ſerui.
uen.& per Bar.in.l.ſi prius.ff.de aqua plu.
arcen. Sed ſeruitus q̃ſita per p̃ſcriptionem
dicit' utilis qua competit' actio uti.is ut.d.l.
.i.§.fi.in fine. Et nõ. Bar.& doc.in dicta.l.ſi
quis ui.§.differẽtia.ff.de acquir.poſ. Sed
circa iſtã uetuſtatẽ ſeu p̃ſcriptionẽ q̃rit' q̃tũ
tempus requirat' dic autẽ talis ſeruitus aq̃-
ductus que hẽt cãm continuam uel quaſi ꝯ
tinuã tunc regularit' ſufficiunt decem anni
inter p̃ſentes &.xx.inter abſentes.l.ſi quis
diuturno & ibi glo.& doc.ff.ſi ſerui.uen.&
.l.ii.& ibi nõ.C.d' ſerui.& aqua & notat gl.
magna in.l.ſeruitutes p̃dioꝝ & ibi per doc.
.ff.de ſeruitu. Aut habet cãm diſcontinuaꝫ
& tunc requirit' tñ tempus cuius inicii me
moria i cõtrarium nõ exiſtat ut.l.hoc iure.§
ductus aque.ff.de aqua coti.& eſti.& nõ.in
iuribus preallegatis ut dictũ eſt.s.in.iiii.q.
principali. Quando autem dicat' habere ſ
uit⁹ cauſaꝫ cõtinuã ul' quaſi diſcõtinuã uide
i.l.foramen.ff.de ſeruitu.urba.predi. Et qñ
dicat' tñ tempus ꝙ non extat memoria in
contrarium. an & qñ allegando titulũ ſuffi
ciat tempus.x.uel.xx.annorum uide q̃ ple-
niſſime ſcripſi.s.in primo libro i.viii.q.pri
cipali &.s.eodem in ꝟ. Sed dubium eſt de
queſtione cottidiana de qua plene per Bar.
Imol.& Ludo.de ro.in.l.i.§.deniqꝫ.ff.d' aq
plu.ar.& communis opio ẽ quod ſufficiat
.x.uel.xx.annoꝝ cum allegatione ut hic &
ubi etiam requirit' tñ tempus cuius inicii
memoria non exiſtat incontrarium ut dic
Inno.i.d.§.deniqꝫ quicquid dixit ibi Ludo.
de ro. qui conat' i hac materia concordare o
piniones. Sed dubitari põt ſi aqua ſolita
ẽ diſcurrere ad fundum uicini per plures
riuos poſſit nũc tranſmitti in unũ riuum
tãtũ et dicas ꝙ ſic ut ẽ caſus in.l.apud treba
tiũ i prin.ff.de aqua plu.arcẽda ſecũdũ unã
lectu.glo.quam ſequit' ibi Imol.& illã glo.
omnino uid' i iſta matia. Itẽ qd ſi aliqs
ſolebat ortũ ſuum certo tempore irrigare
et de orto fecit pratũ et uult pratũ irrigare
et aſſidua irrigatione uicino nocet. an tene
atur damni iſecti uel aqua plu.ar.et dic ꝙ
nõ. ut ẽ tex. notabilis i.d.l.apud trebatiũ.§.
ſi uicin⁹ Et ex hoc nõ. ſecũdum Imol. ibi ꝙ
ubi ſeruitus aque ſimpliciter orto debetur

trahitur etiam ad pratū qui ſit in eodē loco
ł territorio ar.l.ſi ſeruitutes.ff.ſi ſerui.ur.p̄-
dio.niſi locuꝫ ortus complanauerit eoq; fac
to aqua citior ad uicinum uenire ceperit ut
.d.§.ſi uicinus quod intellige ſecūdūꝫ Pau.
ibi qñ ſine hoc poterat fundū colere. ſecus
ſi non poſſet aliter ꝙ explanando.quia tūc
teneretur ex quo illud fit gratia culture ut
.l.i.§.de eo.oper.ff.de aqua plu.ar.& ar.d.l.
apud trebatiū in prin. Circa quartuꝫ &
ultimū qñ non eſt aliqua cōuentio nec na-
tura loci aliquid declarat nec ſubeſt loci ue
tuſtas quid tunc de aquis ſeruandū ē.dic re
gulr̄ neminē poſſe aquā que in fundo ſuo ē
in aliū fundū ducere iuito ł ignorate dño
.l.queadmodū.§.ſi protectū.ff.ad.l.acquil.
fac.l.per agrū.C.de ſeruitu.&.l.diuus cū ibi
notatis imo ſi ducat̄ pōt uicin⁹ propria au
ctoritate deſtruer̄ ut.d.§.ſi ꝓtectū.&.l.ſi ui
ces.ſi ad ianuā.ff.ꝙ ui aut clam & plene di-
xi ſupra in.vii.q.principali. Item nō pōt
aliquis aquā ex fundo te iuito ad tuū fundū
ducere.l.aquā.&.l.preſes & ibi nō.C.de ſer
ui.& aqua Nec etiam pōt aqua quis uti in
ſuo lauando ſtercora ita ut fetor ſeu malus
odor ificiat uicinū ar.l.ii.§.idem ait ſi odor̄
cū glo.ff.ne quid in loco pub.Nec etiā pōt
quis aquā perturbare que decurrit de uno
loco ad aliuꝫ ut.d.l.apud trebatiuꝫ in prin.
.ff.de aqua plu.ar.niſi ad illum uſuꝫ eſſet de
putata ſecūdūꝫ Ang.de Imo.& Ludo.ibi &
etiam Pau.qui dicit ꝙ ſi dñs fecit foſſas uel
riuos in quibus cōgregatur aqua ad lauan-
dum pannos licꝫ poſtea per riuos deriuet
in fundū uicini dicitur moderate uti & nō
tenetur ſecus ſi lauaret uentres & ſic facer̄t
ſpurcā aquā ut putredines deriuētur i fun-
duꝫ uicini per illuꝫ tex.& de hoc uide tex.
meliorē de iure in.l.cū ſupra.C.de re mili.
libro.xii.& ibi Bar.notat illū cōtra lauātes
pānos i ſūmitate fluminis alicui⁹ quia poſ
ſent prohiberi quia per tale lauacrū cōes a
que deturpāt̄ Sed lauando in inferiori pte
flumis nō pōt corrūpi pars ſuperior & iō
lauans prohiberi nō pōt ꝑ illū tex. & nō.
bñ.d.l.cū ſupra quia uult ꝙ cuꝫ milites cōſi
ſtunt ſupra ripas fluminis nullus eoruꝫ de
bet aq̄ ſordidā reddere ſeu mulos ł equos
ſudantes iponere ſed procul i inferiori ꝑ
te fluminis quod nō.contra ſcutiferos lauā-
tes equos ſudantes i flumine uel alueo pu.
ad quē habet̄ curſus ex neceſſitate uel de-
delectatione.Et ſilr̄ uō.contra pediſequas ł

mulierculas lauātes pānos uel res imūdas
per ciuitatē aut uillā quod itellige niſi eſſꝫ
aqua deputata ad illū uſum uel ſolitū ita la-
uari ut.ſ.dictū eſt.Itē nō pōt quis aquaꝫ ca
lidā puta faciendo balneū imittere funduꝫ
alienuꝫ.d.l.apud trebatium.ff.de aqua plu.
ar.quia aqua calida noceret fundo uicino i
moderate ut ibi aliqñ tñ aque calide ſūt uti
les & neceſſarie ꝓ irrigādis aquis ut gera-
poli conſtat apud gerapolitanos in aſia ca-
lida aqua āgrū irrigant & đ iſtis etiā aquis
cōpetunt iterdicta ſicut ꝓ aquis frigidis ut ē
tex.notabilis in.l.i.§.idem labeo ſcribit.ff.đ
aqua coti.& eſti.Sed uidet̄ ꝙ nullo modo
poſſit quis aquā ex fūdo ſuo i alienū imitte
re etiā nō ſpurcam nec calidā quia licꝫ i ſuo
qs poſſit uti aqua & qualibꝫ re ſua.l.i re mā
data.C.man.tamen non poteſt in alienum
imittere.l.ſicuti.§.ariſto.ff.ſi ſerui.uē.&.l.i.
.§.idem ait aquam.ff.de aqᵃ plu.ar.&.l.quē
ad.§.ſi protectum.ff.ad.l.acquil.ut.ſ.dixi.
Sed pro ſolutione diſtingue aut aqᵃ pri
mo de fundo uicini i tuum fūdū deriuat̄ &
tunc licitū ē tibi ad eundē fūdū remittere
ita loqtur.d.l.apud trebatiū ut dicit ibi gl.
magna ſecūdū unū intellectū aut aqua nō
peruenit ex fūdo uicini ſed ex tuo & tunc
aut ego uolo facere i meo & imittere i tuuꝫ
fūdum tale quid quod per ſe ipſum nō flue
ret in tuū & nō poſſuꝫ & ita loquūtur ɔ̄ria
& i hoc uide que dixi ſupra in.i.l.i.in ti.đ ſe
clario & i ti.de aquarolo & i ti.de aqua.piec
tu & aliaꝝ reꝝ aut uolo imittere in tuuꝫ id
quod per ſe fluit ut puta faciendo ibi riuos
& dimittēdo ibi aq̄ ꝙ per ſe diſcurrit & tūc
ſubdiſtingue aut facio hoc moderate quate
nus expedit ad uſum familie & poſſum &
ita loquitur.d.l.apud trebatiuꝫ in prin. ſm̄
aliū itellectū aut imoderate & nō poſſū.ut
nō.in.d.§.ariſto.Et de hoc uide que plene
dixi i.i.li.in ti.de ſeruitu.proiciēdi in.ii.q.
Quado autem dicatur fieri imoderate dic
moderate qñ pro uſu tm̄ familie .imodera-
te qñ ultra uſuꝫ familie ut nō.in.d.§.ariſto.
& i.d.§.apud trebatiū in prin.uel qñ aqua
corrūpitur ſeu iterrūpit̄ uel imitteret̄ pu
tredines uel qñ fieret balneū ex quo imit-
teret̄ aqua calida ut.d.l.apud trebatiū i pri.
&.§.i.cū ibi nō.niſi aqua calida prodeſſꝫ ut
ſupra dixi. Occurrit alia queſtio an ille
cui debet̄ ſeruitus aqueductus poſſit arcū
lapideū facere cā aqueducende.dic aut uult
facere arcū ſeu pontē i loco quo alteri debe

tur ſeruitus itineris & nõ põt aut nõ uult
facere in loco quo alteri nõ debetur ſuitus
cã tranſeundi.& põt ut ẽ caſus cõiũcta glo.
in.l.ſupra iter in prin.ff.de aqua plu.ar.&
ſimilr̃ dñs predii ſeruientis nõ põt facere
ponte in preiudiciũ eius cui debetur ſuit⁹
aqueduct⁹ ut probatur ibi ſecundũ unum
intellectũ glo.quẽ ſeqtur.Bar.& doct.Sꝫ nũ
qd hñs ſeruitutẽ uel ius aqueducẽde poſſit
arcuꝫ ſeu pontẽ lapideuꝫ facere ſupra aliuꝫ
aqueductũ alienũ dicas ꝙ nõ ſi turbaret ei-
us aquaꝫ ut.d.l.ſupra iter in prin.℣.nec is
& ibi hoc notat glo.& eodeꝫ mõ nõ poſſet
ſub aqueductu aliũ aqueductũ facere ſi no-
ceret ſuperiori ut probat̃ etiã in.l.hoc iure
.§.fi.ff.de aqua coti.& eſt.i.l.quo quint⁹.ff.
de ſerui.ru.predi.Sed quid ecõtra an ille q
habet ſeruitutẽ iti.poſſit facere põtẽ ſupra
locuꝫ per quẽ ducitur aqua iuito eo cui de-
bet̃ ſeruitus aq̃ductus.Et uidet̃ ꝙ ſic ꝑ
.d.l.ſ.iter.ii.rñſio.ibi ſed ponte. In cõtra
riũ uidet̃ eſſe tex.i.iii.ꝛñſo ibi nec is.Tu ue
ro concorda ſecũdũ glo.& doct.ibi.aut ille
qui hẽt ſuitutẽ itineris põt ire & uti ſua ſ
uitute ſine ponte & põt pontem facere ita
loquit̃.℣.nec is.Aut non põt aliter tranſi
re & tũc aut uult facere pontẽ lapideuꝫ qui
de facili non poſſet remoueri & idem quia
nõ põt ar.l.loci corpus.§.ſi quis in fi.ff.ſi
ſer.uen.&.l.fiſtulam i fi.ff.de ſer.ur.pred.
que intellige qñ ille locus alteri ſeruit.puta
quia i eo debetur ſeruit⁹ aq̃ductus ut dixi
ſed ſi alteri nõ ſeruit.& tũc hñs ſeruitutem
itineris poſſet põtẽ lapideũ facer̃ Et ita poſ
ſet itelligi.d.l.ſupra iter.ii.ꝛñſo aut uult fa
cere ponteꝫ puta ligneũ qui de facili poſ-
ſet remoueri & põt Et eſt rõ i hoc caſu qa
ille cui debetur ſeruit⁹ põt facere i predio
ſeruiẽtis omne id ſine quo non poſſet uti ſ
uitute ut.l.ſuitutes.§.ſi domo.ff.de ſer.ur.ꝑ
di.&.l.refectionis.ff.cõia predi.Itẽ ratio in
ter ponteꝫ de lignis & ponteꝫ lapideũ põt
eſſe ſecundũ Bar.i.d.l.ſupra iter in prin.qa
qñ eſt pons de lignis nõ ipeditur purgatio
riui quod de facili tolli põt quod fieri non
poſſet qñ eſſet pons lapideus.Et aduerte qa
pons dicitur proprie de lignis ſed arcus la
pideus non dicitur ꝓprie pons ut probari
uidet̃ in.d.l.ſupra iter i prin.Sed cõis uſus
loq̃ndi alr̃ ſe habet cui ſtandũ eſt ſecundũ
Bar.& doct.ibi ut dixi etiã ſupra in primo
libro in ti.de ponte. Sed quid ſi ille cui
debet̃ ſeruit⁹ ꝑ riuuꝫ aqueduct⁹ in fundo
uicini uult iuxta pontẽ facere foſſam i qua
cõgregant̃ aq̃ & ipſas poſtea per riuuꝫ du
cere.dic ꝙ non põt quia poſſet aqua ibi cor
rũpi & dare damnũ predio ſeruiẽti & ꝓba
tur i.d.l.ſupra iter i.iiii.ꝛñſo ibi aut ſi ſpec⁹
ſecũdũ Iaco.de arena & doc.ibi Item nũqd
ille qui habet ius aqueducẽde de riuo poſ-
ſit cuniculum ſubterraneum facere ꝑ quẽ
ducat aquã.& tex.in.d.l.ſupra iter in prin.
ſentit ꝙ ſic dũ dicit cuniculuꝫ quaſi dicat ſi
uellet facere poſſet glo.tenet cõtrariũ ꝙ qñ
ſeruitus debet̃ per riuũ qui ẽ cohopertus
nec foſſam nec cuniculũ cohoperte facere
põt iuito dño predii ſeruiẽtis ꝑ.l.i.§.fi.cum
.l.ſeq̃ẽ.ff.de riuis ſecũdũ intellectũ gloſaꝝ
licet glo.dubitet de intellectu illaꝝ.ll.de q⁹
dic ut plene dixi ſupra i ℣.ii.queſtio ex ꝑ
dictis decidit̃ uſqꝫ ad ℣.iii.queſtio pricipa
lis. Et adde predictis ꝙ ille qui auertit a
quã de publico aqueductu qñ hẽt id ex pri
uilegio pricipis uel conſuetudine dꝫ ipſam
ducere ꝑ caſtellũ uel aliud foramen & nõ
per fiſtulas ne materies fiſtule corrũpant̃
& cõtra faciens perdit beneficiũ ducendi a
quã & ẽt punit̃ in corpore ut eſt tex.in.l.
eos & ibi Bar.hoc notat.C.de aqueductu li.
xi.& qui trahit aquam ex flumine publi.dꝫ
gratis trahere nihil ſoluẽdo pro tali deduc
tione aque ut.l.ad reparationẽ.C.de aq̃duc.
& notat glo.in ꝛica.eo.ti. Supereſt alia q̃
ſtio quis teneat̃ manutenere riuos & eos
purgare & ageres reficere & cuius expẽſis
In qua ita diſtigue.Aut loquimur de aqua
publica aut de priuata.Si de publica uidet̃
ꝙ debeat cõſeruari & manuteneri expẽſis
publicis ſecũdũ Flo.in.l.ſi fiſtulas.ff.de ſer.
ur.predi.& dixi ſupra in prio li.i ti.de aq̃-
ductu ꝓ quo facit quia in dubio uidetur qs
facere opus i utilitatẽ rei pub.ſumptu.pu.
ut.l.ad reparationẽ cũ ſi.C.de aq̃duc.li.xi.
&.l.fi.C.de fabriceſib⁹ &.l.cum nauiculari
oruꝫ in fi.C.de nauicul̃.&.l.ii.C.de cuꝑſ.li.
xi.Item quia quis nõ debet grauari duplici
onere.l.i.C.de impo.luc.deſcrip.li.x.Sed i
cõtrariũ facit quia dñis predioꝝ ꝑ que tran
ſit aq̃duct⁹ publica conceditur immunitas
ab extraordinariis munerib⁹ ut ſupra i dic
tionibus nomine illoꝝ ꝑdiorum iponẽtes
ut foſſas ſiue aquarũ ductus replectos pur
gent ut ut ẽ tex.in.l.i.C.de aqueductu li.xi.
Et propterea uidet̃ ꝙ ſuis expẽſis facere te
neant̃ ex quo ꝓpter hoc recipiũt cõmodũ
quia ad quẽ ſpectat lucrum debet ſpectare

damnum.l.i.§.p ſecundo.C. de cadu.tol. &
.l.ſecundũ naturã.ff.de regu.iuris. Item qa
q in uno releuatur in alio debet gͣuari.l.eũ
q in prin.cum ibi notatis.ff.de iure iuran.
Item pro hoc optime facit.l.ſuo uictu &.l.
ꝗ niſi in prin.ff.de op.libe.ubi dicitur illuꝫ
q tenetur preſtare opas debere pſtare ſuis
expẽſis & pro hoc ẽ glo.notabiiis in.l.ſtipu
lationes cõmodiſſimũ.ff.de uerbo.obli.q̃
uult quod ſcriptores teneãᷣ ſcribere cũ ſuo
attramẽto et ibi p Ange.et Io.de ymo.Facit
etiã ad hoc ꝗ nõ.glo.Bal.et doc.i.l.qm̃. libe-
ri.C.de teſti.Et nõ.idẽ Bal.in.l.liberti liber
teqꝫ.C.de operis liber.et ꝗ nõ.in.l.ſi ñ ſor-
tẽ.§.libertus.ff. de condi. indebi. Ego in
hoc articulo ita diſtinguerem aut ẽ lex uel
conſuetudo declarans quis debeat purgare
locũ publicũ & cuius expẽſis & illa ẽ ſeruã
da.l.i.§.fi.cum.l.ſequẽti.ff.de aqua plu.&.l.
ſemper.§.legẽ.ff de iure immuni. Aut non
eſt cõſuetudo & tũc aut priceps uł ſuperiõ
cuius eſt locus publicus recipit uectigalia ł
pedagia fluctuũ & uiaꝝ & pontium a naui
gãtibus & trãſeũtibus & tũc tenetur ſump
tibus de publico ea loca purgari facere non
autẽ tenẽtur ſubditi ſũptibus ſuis ar.l.i.C.ď
alexandrie prima li.xi.Item pro hoc facit ꝗ
elegãter dixit Archi.xxiiii.q.ſi qs peregri-
nos ubi ſingulariter uult ꝗ comites & baro
nes & alii ſuperiores colligentes pedagia et
uectigalia teneantur itinera & ſtratas tene
re ſecuras pp hoc quia colligunt dicta uecti
galia alioquin tenẽᷣ ad emẽdationẽ pditoꝝ
ſi in defectu iuſticie inueniantᷣ.xxiii.q.i.do
minus &.q.v.adminiſtratores &.iii.q.iii. q
ſine & i autẽ.ut differ.iudi.§.penul.& ideꝫ
ſequiᷣ Bal.i.c.i.i fi.penul.colump.i ti.ď pace
iuramẽ.firmã.Idem tenet Hoſti. i ſumma ď
cenſibus.§.ex quibus & Odofre.i auten.ha-
bita.C.ne fili.p pa.& idẽ tenet Flo.i.l.i.§.ſũ
ma.ff.de his qui deie.uł.effu.ꝗ intellige qñ
ſciuit & prohibere potuit alias ſecus ar.l.ne
qd in prin.cũ nõ.ibi p glo.& Bar.ff. de icẽ.
rui.& nau.Aut princeps uel ſupior non re
cipit uectigalia & tũc recipit aliam utilitatẽ
puta piſcationes uel ſalinas ł alias utilitates
iuxta.c.i.q̃ ſint regalia .Et idẽ eadem ratiõe
argumẽto.c.qui ſentit onus de reg.iur.li.vi.
&.l.ſecundum naturã.ff.eo.ti aut non reci-
pit aliquã utilitatẽ & tũc ſubdit ſuis ſumpti
bus purgare tenẽᷣ ꝓut ex eo utilitatẽ reci
piunt etiaꝫ ſi ſint eccleſie.C.de oper. pub.l.
ad corpus.C.de colla. fun. patrimo.l.i.& in
autẽ.de eccleſiaſti.ti.§.ad hec ſancimꝰ.&.ff.
ne qd in loco publico.l.ii.§.uiarum ꝯ.refe
ctiones.& ꝗ nõ.in.l.ſi locus i fi.ff. quemad.
ſerui.amit.& i.l.ii.in fi.C.de naui. libro.xi.

Si uero loqmur de aqua priuata & tunc
aut ẽ ꝓpria & nulli debet ſeruitutẽ & dño
incũbit onus purgãdi ſũptibꝰ ſuis aut debꝫ
ſeruitutem alteri & regulariter in omnibꝰ
ſeruitutibus refectõ ad eũ ptiet q ſibi ſerui
tutẽ aſſerit nõ ad eũ cui res ſeruit niſi in ſer
uitute oneris ferẽdi ut.l.& ſi forte.§.etiam.
ff.ſi ſer.uen.de quo dic ut dixi ſupra eodeꝫ
in ꝯ.Q uero de alia q̃ſtiõe cottidiana &.s̃.
in primo li.i ti.de ſeruitute oneris ferendi.
Et adde ꝗ ſi in fũdo quis habet uſũfructuꝫ
alius ꝓprieiatẽ & eſt aliqua impenſa neceſ
ſaria p cloaca uel ob formilã aqueductꝰ illa
ſpectat ad uſufructuariũ & nõ ad ꝓprieta
rium ut.l.ſi penden.§.ſi quid cloacarii.ff.de
uſufruc.& ibi uide per Flo.& ꝗ habetur i.l.
hactenꝰ eo.ti.Item adde dũ dixit Bal.in.c.i.
.§.ſi quis de manſo.i pe.col.i ti.de cõtro.i re
fa.ꝗ quis tenẽᷣ mũdare de facto riuũ ſuuꝫ
per ſua pdia currẽtem per.l.i.C.de aq̃ductu
li.xi.debet itelligi de riuo publico & de fac
to in cura & opera & expẽſis publicis.l. ad
reparationẽ eo.ti.& adde q̃.s.dixi. Vltio
circa iſtã.q.principalẽ adde que ſupra dixi
in.i.li.i.ix.q.principali ubi i genere tracta
tũ ẽ qualiter quis debet uti ſeruitute & q̃.s̃.
dixi ex ſeptima.q.principali. Nono prin
cipaliter q̃ro qualiter retineaᷣ ſeruitus aq̃
ductus & i ea qs teneri debeat Dic breuiter
quod retinẽᷣ quãdo ipſe cui debeᷣ utiᷣ re
pleno eius nomine nõ autem mercenarius
aut hoſtis aut amicus aut medicus qui ad ui
ſitãdum dñm uenit uel colonꝰ uel fructua
rius Item qui quaſi debita ſeruitute uſus eſt
et in uſu retinẽᷣ ut eſt tex.i.l.i.cum.ll.ſeqñ.
uſqꝫ ad fi.ti.ff.quẽad.ſerui.amit.ubi glo.&
doc.Item ſi in partes agri aqua fluxit etiam
ſi nõ ad ulteriora loca peruenit tñ omnibꝰ
partibꝰ fundi debẽᷣ & retinetur ut.l.ſi in
partes eo.ti.facit.l.iii.i prin.& ꝗ ibi nota.ff.
de acquir.poſſ.Item ſi in uia publica ẽ locꝰ
per quẽ duco aquã ad predium meum licet
regulariter de iure ducere nõ poſſim ut.l.
.i.§.penul.&.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.ď
aqua coti.& eſti.tamen ſi unus mihi conceſ
ſit ut poſſiꝫ aquã ducere per locũ publicuꝫ
& poſtea me ducere impediat ſuꝫ tuendus
in uſu aq̃ductus per.utilem actionẽ contra
ipſum q iꝰs mihi aqueducẽde cõceſſerat ut

ut probatur in.l.ii.ſecundu3 unu3 intellec
tu3 glo.ff.cõia predi.facit ad hcc.l.i.§.ait p̃
tor.ff.de aqua coti.& eſt i.&.l.per fundũ.ff.
de ſerui.ruſti.predi.Et eomõ qui mihi cõ
ceſſit facere pontẽ ſuper uia publica & edi
ficare molendinũ ſuper ſuũ licet iure me-
ro non teneat dicta promiſſio tamẽ ille q
pmiſſit non poterit petere ut deponatur
pons aut deſtruat molẽdinũ ſecũdũ Ang.
& docto.in.d.l.ii.ff.cõia predio.p illũ tex.
cũ glo.Ex qua etia3 iſert ibi Ang.ꝙ licet ex
flumine publico non poſſit conſtitui ſerui
tꝰ aq̃ductꝰ ut teneat de rigore tñ de eq̃tate
pretoris ſic.quãdo flumẽ non erat phẽne
ut ibi quod eſt notãdu3.Ite3 qs retinet ſui
tutẽ aque etiã quãdo edificia i flumine ſunt
diruta.dũmodo remaneant aliqua retẽtiõis
ſigna que poſſunt eſſe.Primũ quando edifi
tiũ uel forma aqueducende non ẽ reducta
ad priſtinã forma.Secundũ qñ eſſet reduc
ta ad priſtinã formã ſed nõdum eſſet elap-
ſus annus.Terciũ qñ eſſet elapſus annus
ſed remanſerũt aliqua ligna i fundo aq̃ pu-
ta pali lignei ut probat i.l.fi.in prin.& ibi
p Bar.Ange.& doc.ff.de uſu.& p notata in
.l.riparũ.ff.de rerũ diui.quãdo dirupto põ
te edificio uel forma aqueductꝰ i ſignũ re-
tinẽde quaſi poſſeſſionis formare uel figer
fecit palos ligatos in quibuſdã ptibus flumi
nis uel aque ꝙ ſignũ ẽ ne uideat locũ reli
q̃ſſe.quia ſolet habẽtes iura aque ł molendi
ni in flumine per publicum inſtrumentũ
ꝓteſtari quod non obſtãte deſtructione ip
ſi itendunt tenere & poſſidere ł quaſi locũ
& alueũ fluminis & ius & p huiuſmodi ſi
gna faciunt effigere palos ut dixi & ſtanti
bꝰ predictis ſignis uel aliquo eorũ nullus
aliꝰ poterit edificare i dicta aqua uel iꝰ aq̃
auferre quia edificãs eum quaſi poſſeſſione
priuaret.Ita ſingullariter dixit Ange.& lo.
de ymol.i.l.fi.per illũ tex.cũ ibi notatis.ff.
de uſuca.Et adde ꝙ nõ.Bar.i.l.quo minus
in.xv.q.ff.de flumini.ꝙ ppetuo tenemẽti
in practica pro illis qui habent molendina
uel alia edificia i fluminibus aut aquis uel
ius aqueducende & pmittũt corruere edifi
tium molendini uel aqueductꝰ ut ſi reti-
nẽt aliqua ſigna de predictis uel ſimilia di
cãt retinere ius molendini uł aqueductus
nec eo turbari poſſũt.Ite3 ſi quis i aqueduc
tu ſuo ipediat põt ſibi ꝓpria auctoritate
ſubueire & edifitiũ ł locũ i eo p aliũ factu3
ꝓpria auctoritate deſtruere & hoc modo

ſuam quaſi poſſeſſione3 tueri ut.l.i.§.ſi pro
tectum in fi.ff.ad.l.acquil.et.l.ſeruitus.§.ſi
ad ad ianuam.ff.ꝙ ui aut clam Item ſi quis
diuerteret aquã meã uł mihi debitã uel im
pedierit uel deſtruxerit aqueductũ qua ac
tione poſſit ꝯueniri uide tex.cũ ibi notatis
in.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi aqueductum.ff.ad.l.
acquil.Item quõmõ retineat iſta quaſi poſ
ſeſſio ſeruitutis aqueductus.uide ea que ha
bentur per glo.et doc.in.l.ii.C.de ſeruitu.et
aqua. Et circa hanc materiam uide ſupra
i primo.li.i prin.i.xiii.q.pricipali i penł.&
ulti.coł.et que dica i ſeq̃uẽti.q.principali q̃a
per ea que ibi dicent declarabit ẽt iſta.q.

Decimo principaliter quero quomodo
et qualiter ſuitꝰ aqueductꝰ amittat dic mł
tis modis.Primo amittit tempore nõ uten
do ut habetur plene p glo.et docto.i.l.ſerui
tutes.ff.de ſeruitu.& in.l.ii.C.de ſeruituti.
Et nõ.quod ſi aquã que oriebat in fũdo ui
cini plures p eũde3 riuu3 iure ducere ſoliti
ſunt ita ut ſuo quiſq3 die a capite duceret p
eũde3 riuũ eũq3 cõmunẽ deide ut qs iferiõ
erat ſuo quiſq3 ꝓprio riuo ut unus ſtatuto
tempore quo ſeruitus amittit nõ duxit ius
aqueducẽde amiſſit nec per certos qui dux
erũt ſeruitute3 retinuit nec tale ius ceteris
acquiritur.ſed ſi plurium fũdo aqua debita
eſſet per unũ eorũ omnibus habuiſſet iter
quos is fundus cõmunis fuiſſet retinetur ut
eſt tex.in.l.aquam in prin.et.§.i.ff.quemad
modũ ſeruitutes amit.ꝙ nõ.Item ſi ſeruitꝰ
debet tibi maiori & pupillo licet uterq3 ñ
utãtur tñ ꝑpter pupillũ tu ẽt maior ſuitu
te3 retines.l.ſi cõmunem in prin.ut ibi nõ.
eodẽ ti. Secũdo amittit cõfuſiõe de qua
uide i.l.ſi quis edes i prin.&.§.i.et.p.Flo.&
l.ſi cõmuni et.l.unus ex ſeruis.ff.de ſeruitu
tibus ruſti.predi.et.l.tria predia eodem ti.
et.l.ut pomum.§.i.ff.de ſeruitu.et l.ſi cum
ſuitus.ff.queãd.ſer.a. Et de iſtis duobus mo
dis amittẽdi ſeruitutẽ uide que plene dixi
ſupra i primo li.i decima & ultima.q.prin
cipali. Tertio amittitur permiſſiõe ſi d
bes mihi ſeruitutẽ aqueductꝰ et pmiſſero
tibi ut eũ claudas uel ad aliũ locu3 aquã du
cas ar.l.ſi domus.ff.de ſeruitu.urba.predi &
l.ſi edes mee eodem ti.et.l.ſtillicidii in pri.
ff.queãdmo.ſeruitutes amittãt et.l.o meus
ff.ſi ſeruitu.uendi.niſi illa promiſſio fieret
precario neceſſaria quia tũc ſeruitꝰ ñ amit
teret.l.ſi pcario.ff.cõia predio. Quarto
amittit ſi fons aruerit ex quo aqueductum

habeo & per cōſtitutū tempus ad uenā ſuā
non redierit ut.l.unus ex ſociis.§.fi.ff.de ſer
uitu.ruſt.predio.Sed ſi poſt ↄſtitutū tem
pus ad mittēdā ſeruitutē ad ſuā uenaꝫ redie
rit an aq̄ductus erit amiſſus & dicendum ē
ipm amiſſuꝫ ſed reſtitui debere ut ē tex.nō
in.d.§.fi.iuncta.l.ſequen.que incipit.& adi
cimus ut ibi p glo.et doct. Quinto amit
titur ex receſſu flumis ut ſi aquam ex flumi
ne publico duxerim & flumē receſſerit nō
pōt ſequi flumen quē ei loco ſeruitus ipoſi
ta non eſt quatenus is locus tutus ſit Sed ſi
alluuione paulatim acceſſerit fūdo tuo ſub
ſequi potes qm̄ totus locus fluminis ſeruit
ductā ſꝫ ſi ceperit totū fluere mutato alueo
nō potes qm̄ medius locus nō ſeruit inter
rupta ē ſeruitus ut eſt tex.in.l.hoc iure.§.ſi
aquam.ff.de aqua cocti.& eſti. Circa qđ
uide que plene dixi ſupra i.vii.q.p̄ricipali
℣.item quid ſi debeť ſeruitus aqueductus
ex flumie publico.Sed nūqd ꝓpter inunda
tionē flumis perdať ſeruitꝰ aqueductꝰ dic
ꝙ nō.l.adeo.§.inſula in.fi.℣.aliud ſane eſt
ff.đ acqui.re.do.& inſti.đ re.diui.§.alia cā.

Sed maior eſt dubitatio nunquid poſ
ſeſſio uel quaſi aque p maiorem inundati
onem perdať ſicut poſſeſſio territorii.dic
ꝙ nō quia nihil additū tali facit deſineř qa
nec deſino poſſidere terrā ſi ei cruſta appli
cetur ex fundo uicini.facit ad hoc.l.ſi quis
nec cām.§.fi.ff.ſi cer.petať Et iſtud eſt ne
ceſſarium ſatis maxime ꝓpter poſſeſſiones
que ſite ſunt iuxta padū q̄ iundanť iſallibi
liter iſra decenniū iundatione non leui nec
cito trāſitoria.ſed uehemēti & cruſtā agro
rum exportant.ut.ff.de acquir. poſſ.l.iii.§.
labeo & ex hoc ſequiť ꝙ ſi preſcribo aridaꝫ
terrā que ē facta lacus uł ſtagnū p impetuꝫ
aquaꝝ uel iduſtria mea ꝙ iterrupta ſit pre
ſcriptio eatenus quatenus primi uſus qua
litas ē pempta quia primo erat terra nunc
aqua mutato elemēto ita notabili ē dic Bal.i
l.unica in ultima carta in prin.C.de confeſ.

Sexto amittiť uſu alterius aque in qua
nō n ſit ſeruitus cōceſſa ſi nō utať aqua ſibi
cōceſſa.l.ſi quis alia in prin.ff.queadmoduꝫ
ſerui amit.& is qui nocturnaꝫ aquaꝫ habet
uſus fuerit diurna per cōſtitutionē tēporis
ad amittēdū ſeruitutē nocturnā amiſit qua
uſus nō ē & econtra.Et idem ē eo qui certis
horis aqueductū habens alitis uſus fuerit ut
.l.ſi cōmunem.§.i.ff. queadmo. ſerui.amit.
& probať i.l.ſicuti uia.& i.l.ſi ſic conſtituta
eodem titulo. Sed poſſet dubitari an per
imiſſionē alterius aque de qua nulla ſerui
tus debeť amittatur ſeruitus aqueductꝰ &
dicas ꝙ non ex quo utiť aqua debita & mł
to maiori ut probatur in.l.ſicut uia in pri.
&.l.i.§.item q̄ritur.ff.de aqua coti.& eſti.
tñ utens ampliori aqua ſimul mixta pōt p
dn̄m predii ſeruientis in tota aq̄ impediri
ex quo aqua nō ē diuiſa & poſtq̄ eſt ſimul
iuncta eſt inſeparabilis ut.d.§.recte q̄ritur
Et eſt ratio quia i ſeparabilis utile per iuti
le uiciatur ut ibi &.l.ſi ſponſus.§.& genera
liť.ff.de dona.iter ui.& uxorem &.l.alias i
cipit pedius.ff.de arbi.& nō.per Bar.i.l.i.§.
pe.de ℣.obli.& i.c.utile de reg. iur.li.ſexto
cum ſimilibꝰ.Et adde oīo ꝙ notat Bal.in.l.
ultima in penul. carta in fine ℣.pone fui ↄ
feſſus.C.de cōfeſſ. Septimo amittitur di
uiſione fūdi ſi aqueductus debetur i fundo
uicini i loco certo & finito & fūdus ſeruien
tis diuidiť per lōgitudinē qa peride ē ac ſi
ab inicio conſtituta ſeruitute duo fūdi fuiſ
ſent ut.l.nā ſatis.§.i.℣.ſed is.ff. quemadmo.
ſerui.amit.Quod ꝓcedit ſi ille cui ſeruitus
debebať alterū fūdū in quo ſeruitus nō re
manſit redemit ſeu acq̄ſiuerit qa per hoc ñ
tollitur ſeruitus q̄ i alio fūdo ē cōſtituta lꝫ
a principio fuiſſet unus tm̄ fundus & hoc
qn̄ locus i quo ſeruitus debebatur diuiſo fū
do ut aqueductus cōſiſtere nō poſſet. ſecus
ſi remaneret ita anguſtus quia tunc uterqꝫ
fūdus liberabitur uꝫ fūdus redēptus ꝓpter
cōfuſſionē ut dixi ſupra i pri. Alius ꝓpter
anguſtiā loci.l.ſi tam anguſti.ff.de ſerui.&
hoc ꝓbatur i.d.l.nam ſatis.§.certū. Sed ſi di
uiditur fūdꝰ ſeruiēs per latitudinē tūc non
amittitur ſuitꝰ ñ utēdo ſuitute aqueductꝰ
diuiſa niſi tota aqua non utatur ut.d.l.nam
ſatis.§.ſi uero per latitudinē ł niſi ſpecialř
cōuentū fuerit ut alter fūdus libereť ut.d.
§.ſi uero p latitudineꝫ.℣.poſſunt tñ.Si ue
ro ſeruitus aqueductꝰ debeť i uno fūdo ut
per quālibet eius partē liceat aq̄ ducere &
cōuentū ſit ut locū mutare poſſit tūc ſi diui
deť fūdus ſuiēs per lōgitudinē & nō utať
ſeruitute niſi per unū de illis fūdis ſtatuto
tēpore ſeruitꝰ amittitur qa tūc peride ē ac
ſi ab inicio ſeruitꝰ duobꝰ fūdis fuerit ipoſi
ta.ut ē caſus cū glo.i.d.l.nā ſatis.§.ceterum.
ff.queadmo.ſerui.amit.Et p̄dicta ꝓcedunt
qn̄ ſeruitꝰ nō ē diuiſa.puta quia conſtituta
ſit aqua ut ł eſtate tm̄ utatur uel uno mēſe
uel alternis annis uel mēſibꝰ aut diebus uł

horis tm̄ nocturnis uel diurnis an nō uten do amittat̄ ſtatuto tēpore an uero duplica tur uide tex.cū glo.& doct.i.l.ſi ſic.ff.quem admo.ſerui.amit.& i.l.ſi diuturnarum.ff.d' aqua coti.& eſti.& uide que plene dixi.s.i .i.li.ix.q.principali.℣.item ſeruitus regul'r amittat̄ & dixi ſupra eo.i.vii.q.principali circa principiū.℣.itē cōſtitui pōt ut ducat̄ Et d' materia quō & qn̄ amittat̄ ſuitus uel quaſi poſſeſſio ſeruitutis.uide per Bar.in.l. quo minus in.xv.q.ff.de flumi.& per Bar. Ang.& doct.i.l.ſi.ff.de uſuca.& qd' nō.in.l. ſi quiſquam.ff.de diuerſ.& tēpo.preſrip.

Queritur.xi.principaliter quō ꝓcedat̄ i iudicio circa iſtā materiā aqueduct⁹dic ut Rofredus beneuentan⁹ i libellis ſuis iuris ubi poſuit quatuor iterdicta i hac materia aq̄ i quib⁹ ēt ponit libellū & poſitiōes.Pri mū iterdictuꝫ ē qn̄ quis habet ius aque coti diane ducende ad predia ſua & ab aliquo ꝓ hibet̄ aquam illam ducere.& dicit Rofre.ꝙ habet cōtra ipedimentū interdictū d' aqua coti.qd' interdictū eſt prohibitoriū & cā re tinende poſſeſſionis eſt inuentum.ſed non ſemp quia ē aliqn̄ rſtitutoriū.puta ſi aliqd fiat ad ipediendū quaſi poſſeſſioneꝫ aq̄duc tus ut illud deſtituat uel deſtruere debeat ut.l.i.in prin.§.labeo.ff.de aqua coti.& eſti. et ad hoc ut ꝯpetat hoc iterdictū dicit ꝙ ſep tem ſunt neceſſaria. Primū eſt ꝙ ſit aqua cotidiana & cotidianā aquā intellige n̄ que cotidie fluit ſed etiā eaꝫ quaꝫ cotidie poteſt ducere ſi uellet ut.l.i.§.i.ff. de aqua coti.& eſti. Secundū ꝙ illa aqua ſit uſus h° āno nō ui nō claꝫ nec precario ſaltē una die ul' una nocte ſed ſi ante annū hauſiſti nō hēs hoc iterdictū niſi infra unū annū aqua per ſe fluat.ut.ff.eo.l.i.in principio & .§.quod autē ſcriptū ē &.§.queſitū. Tertiū ꝙ illa aqua ſit pennis nulla aqua.n.pōt duci niſi ſit pennis.ff.eo.l.i.§.loquitur. Quartum ꝙ aquā illā ducas a capite nō aliūde. Caput auteꝫ aq̄ ē unde aqua naſcitur ſiue ipſe fons ex fōte ſiue flumine uel lacu habeat princi pia foſſaruꝫ q̄bus aqua ex flumine uel lacu primū riuū ducat.l.i.§.hoc iterdictuꝫ.&.§. caput.ff.eodē. Quintuꝫ ꝙ ille qui ducit aq̄ putet ſe iure ducere.ſi autem putat ſe n̄ iure uti non habet locū hoc interdictuꝫ.ff. eodeꝫ.l.i.§.ſed & ſi iure.§.ariſto. Sextum ꝙ i illa aqua ducēda nō excedat ampliatiōis modū & nō ducat p aliā regionē q̄ ſolit⁹ ſit ducere.l.i.§.illud cum ſimilibus.ff.eodem.

Septimo ꝙ illa aqua ducendo aliā non i miſceatur alioqn nō habebit locū hoc iter dictum ut.ff.eodē.l.i.§.illud labeo &.§. iteꝫ queritur.Formā autē libelli ponit Rofre. i hoc iterdicto hoc modo.Corā uobis dn̄e. A.cōqueror ego Albertus de dauētria teu tonicus qui me prohibuit ducere aquā per fundū meū talem cuius confines ſunt tales. &c̄.iuxta.l.formā in prin.cum glo.ff.de cē ſi.quā aquā duco ſicut duxi hoc anno non ui nō clam nō precario unde ne me ꝓhibe at uel ipediat ago cōtra ipſum Alber.& ad hoc ꝓpono iterdictū de aqua coti. & eſti. l' actionē i factum & ꝙ ita bene ꝯcipies libel lum dicit.l.i.in prin.ff.eodē. Quidā tamē apponere petūt intereſſe ita dicētes & qa i.xx.intereſt mea nō eſſe prohibitū iō ipſum Alber.cōdemnari peto i meum intereſſe et ad hoc ꝓpono iterdictū predictū &c̄. Et h̄ ꝓbantur i.l.i.§.preterea.ff.eodem.Sed dicit Rofre.ꝙ nō credit ꝙ poſſit peti per iterdic tum licꝫ i illo poſſit cōdēpnare iudex ſicut i aliis ſuperiorib⁹ iterdictis notaui Nec ob ſtat ille.§.preterea quia ibi propter factum ſuū amiſcerat ius aqueducēde Vnde quia i hoc caſu eſt reſtitutoriū Igitur reſtituitur mihi illud intereſſe.Poſitiones autem & ca pitula ſiue articuli actoris ita formari de bent Ego Albert⁹ dico ꝙ aqua q̄ exit de ta li fonte uel flumine eſt cotidiana.i.que pōt cotidie fluere.Item ꝙ aqua illa ſum uſus h° anno nō ui nō clam nō precario Itē ꝙ uſus ſum hoc anno illa aqua ſatis una die ul' una nocte.Item ꝙ illa aqua ſemp ē perennis & nullo modo deſicatur.Iteꝫ ꝙ aqua illa orit̄ ex tali fonte ul' ex tali flumine ita ꝙ ab illo fonte uel flumine aquam duco.Item ꝙ illā duco iure ſeruitutis credens uti iure meo. Item ꝙ duco aquā illā ita ſicut primo duce bā.Item ꝙ aquā illam per eundē locū duco ſicut & ducere ſolebam.Iteꝫ ꝙ illā aq̄ tm̄ q̄ ducere ſolitus eram duco ſine alia.Poſitiōes autem uel capitula ſiue articuli rei ita ecō tra formari poſſunt.Ego.M.dico ꝙ illa aq̄ currit tm̄ in hieme & in eſtate deſicatur & ſi hoc confitetur actor abſoluitur reus qa ta men non eſt aqua cotidiana nec perennis. Item dico ꝙ aqua illa uſus eſt Ticius tantuꝫ ſi hoc confitetur actor ſuccumbit qa ſi Tici us tm̄ fuit uſus ergo n̄ ipſe.M.Item ꝙ aq̄ il la uſus fuiſti ui uel clam uel precario a me. Item ꝙ aq̄ illam q̄ ducis a tali loco eam du cis.Item ꝙ locus ille ē tantuꝫ remotus fōte

uel flumine unde aqua illa prouenit & hēt initium ꝙ eam ducere nō potes. ſi hoc conſitetur actor ſuccumbit qa iam non ducit aq̄ a capite. Item ꝙ tu ſcis ſiue credis te contra ius & iniuſte aq̄ illam ducere. Item aquam iſtā ducis p illā regionē q̄ hoc āno duxeras Item quod aq̄ illam ducendo aliam aquā in miſces. Hec oia colligūtur & ꝓbantur ex iuribus ſupra ī prin. huius interdicti allegatis. Cetera cū materia hui⁹ īterdicti uide p Rofredū. in ti. de aqua cotidi. Secundum interdictū ē de aqua eſtiua ꝙ competit ei q habet ius ducēdi aquā ad locū ſuū & ab aliquo impedit̄ eam ducere & dat̄ contra impedientem & dicit̄ hoc īterdictum de aqua eſtiua quia propter aquā que tantum eſtate ducit̄ proditū ē. Et ideo ſi aliquis duxit aquam ī tēpore eſtatis. & modo uult ducere & īpeditur ab aliquo habet iſtud īterdictū. ut. ff. eo. l. i. §. deniq; ait. Et ad hoc ut iſtud interdictum cōpetat quatuor ſunt neceſſaria Primū quod aqua illa ſit eſtiua non cotidiana. Nam eſtiua a cotidiana differt uſu n̄ iure ut. l. i. §. cotidiana. ff. eo. Secundum quod aquā illā priori eſtate duxeris hoc eſt nō ī iſta eſtate ſed ī precedēti. Alioquin ſi hac eſtate locū hēt interdictū utile d' aqua eſtiua ut. ff. eodem. l. i. §. ꝙ autem diximus & §. qui hac eſtate. & qn̄ dicatur eſtas dic ut hic per glo. ī dicto. §. ꝙ autem diximus que dicit quod eſtas durat quatuor mēſib⁹. quia incipit ab equinoctio ueris & finit in equinoctio autumpni. ut. d. l. i. §. eſtate alia tempora durat hyems. Et aduerte quia aqua eſtiua debet eſſe cotidiana. Nam omnis aqua que ī eſtate currere pōt eſt cotidiana q̄ oīs aqua q̄ currit ī eſtate currit etiā ī hyeme ſed nō cōuertitur. Multe enim aque que currūt ī hieme nō currūt in eſtate. Tertium req̄rit̄ ꝙ illam aquam duxeris ſaltē una die uel nocte ſicut ī ſuperiori interdicto notaui cū hec aqua diſtet a cotidiana nō iure ſed uſu ut dixi. Et omnia p̄dicta ſunt ī p̄cedēti iter dicto ut repetet̄. Quartū ꝙ duxeris nō ui nō clam nō precario. ut. ff. eo. l. i. §. deinde ait pretor. Sed dubitari pōt quare iſtud interdictū fuit factū & an ſufficeret primū & nūquid ſit alid̄ cū aqua cotidiana ab eſti. diſtet non iure ſed uſu ut. ff. eodem. l. i. §. cotidiana. Reſpōdeo ideo fuit īuentum quia in ſpeciali caſu loquit̄ ſcilicet qn̄ aliqs uu't ducere aquā q̄ ī eſtate duxit & etiā differunt īter ſe quātū ad ffectum. ff. eo. l. i. §. ꝙ autem. Licet omnia q̄ req̄rūtur in iſto req̄rūtur etiā ī alio ut dictum eſt. Fuit autem iſtud iō inuētum qa utile erat aq̄ ducere in eſtate ꝓpter ortos ad irrigandum ea q̄ ibi ſunt nec facies uim in uerbo ꝙ dixi ad irrigandum quaſi nō habet locū īterdictū. alias qa imo locum habet Nam ſi alia de cauſa deducta aqua ſit nihilominus competunt hec interdicta ut. ff. eo. l. i. §. idem labeo ſcribit etiam ſi pretor. Item querit̄ an īterdictū de aq̄ cotidiana ī eo caſu competat quo competit interdictum de aqua eſtiua. uidetur ꝙ ſic quaſi illud ſit genus & iſtud ſit ſpēs. Et Rofredus non putat eſſe uerum. qa doli clauſula non pertinet niſi de his tantum de qbus ſpecialiter cautū ē ut. ff. de uer. obligationibus. l. doli clauſula & l. ſactio. ll. ff. de pe. In hoc interdicto ita concipias libellū Coram uobis dn̄o. M. cōqueror ego Albertus de dauentra ꝙ prohibet uel impedit ducere aq̄ eſtiuam ad fūdū meū ad irrigādum teneras cucurbitas uel cucumeros uel olera uel aliud ubi aquā illam duxi ī priori eſtate. Vn̄d ne me prohibeat uel impediat ago cōtra ipſum. & ad hoc propono interdictū de aqua eſtiua uel actionē ī factum & quod ita ben̄ cōcipiat̄ libellus probat̄ ī. l. i. §. deinde ait p̄tor. de aqua cotidia. & eſtiua. Si autem ī priori eſtate non duxeris ſed in hac eſtate & īpediaris. Concipias libellū predicto modo & iſtud mutes qui me impedit ſiue prohibet aquā ducere ſicut hac eſtate duxi. Vn̄d ne me impediat uel prohibeat ago contra ipſū & ꝓpono utile īterdictū de aqua eſti. uel actionem in factū. Et iſta cōceptio libelli probat̄ in. l. i. §. qui hac eſtate. ff. eodem.

Poſitiōes autē uel̄ capitula ī hoc īterdicto tu actor ita facere potes. Ego dico illa aqua que ē ī fonte tali ſiue flumine fluit uel pōt fluere. Item ꝙ aqua illa fui uſ⁹ priori eſtate. Item ꝙ aquam illam duxi nō ui nō clam nō precario. Item ꝙ duxi ab illo loco ūde orit̄ aqua. Item ꝙ duxi credens ius habere omnes & enim poſitiones & omnia q̄ req̄rūtur in ſuperiori interdicto requntur etiā in iſto. Poſitiones autē uel̄ capitula reus econtra uel facere pōt hoc modo. Ego dico quod hec aqua in eſtate ſiccatur. Item ꝙ iam ſunt duo āni ꝙ aquā illā nō duxiſti. Item ꝙ duxiſti aquam illam clam ui uel precario a me. Item quod duxiſti aq̄ illam credēs me ius non habere.

Tercium ē īterdictū de aqua ex caſtello

ducenda ꝙ competit qñ quis ducit aquam ad prediũ ſuũ uel domũ ex caſtello Ideſt receptaculo illo ꝙ aquã publicã ſuſcipit ꝙ caſtellũ uocaṫ & impediṫ aquã illã ducere & eſt ꝓditũ iterdictũ đ aqua ex caſtello ducẽda.ne quis impediatur.ut.ff.de aqua cotidi. & eſtiua.l.i.§.ait pretor ex quo caſtello ad hoc ut competat iſtũ interdictũ quiq; ſunt neceſſaria. Primum quod ius aqueducende ſit tibi cõceſſuʒ ab eo q cõcedere poterat puta ab imperatore uel ſenatu. Nulli enim aquam ducere cõcediṫ ex caſtello Ideſt receptaculo quod aquã publicã ſuſcipit niſi a principe uel ſenatu cõcedaṫ.ut.ff.eodeʒ.l.i. .§.hoc interdictũ neceſſario.&.ff.de fluminib⁹.l.quo minus. Secũdum ut uiolẽtia tibi inferaṫ alias ñ competit ut dicto.§.ait pretor ex quo caſtello ſi de nouo uis ducere aquam ex illo reptaculo ſiue caſtello ꝙ tu caueas nomine damni infecti uicino.ut eodem.§.i fi.diciṫ. Quartum ꝙ receptaculuʒ ex quo aqua duciṫ ſit tale.ꝙ antequã ſuſcipiaṫ ſit publicũ.ff.eodẽ.l.i.§.ad hoc interdictum neceſſario. Et aduerte & tenementi ꝙ licet p̄dicta iterdicta ſcilicʒ de aqᵃ cotidiana & eſtiua ſint poſteriora tñ iſtud iterdictũ reſpicit cauſaʒ ꝓprietatis qa ſi eſt tibi cõceſſuʒ ſiue ſignatũ ius a principe ł ſenatu habes hoc iterdictũ non habes tñ licet uſus fueris tanto tempore cuius non exſtet memoria.ff.eodeʒ.l.i.§.ultimo &.l.hoc iure .§.ductus aque. Intelligitur de ductu aque ex flumine publico. Ceteruʒ ſi aliuñ deducaṫ aqua q̄ i flumine publico & habet continuaʒ cauſam ſeruitutis illa longo tempore acquiriṫ.C.de ſeruitutibus.l.ii. & ita uult. Rofredus i iterdicto iſto de aqua ex caſtello ducenda.ꝙ bene nota ꝓ limitatione dicti .§.ductus aque. Quintum eſt neceſſariũ ut ille qui uult ducere aquaʒ ita ducat ut uicinis nõ noceat.ff.eodem.l.hoc iure.§.ex flumine. Princeps enim qui cõcedit alicui ut ducat aquam uideṫ concedere ſine damno & iniuria alioꝝ ut.l.ii.§.merito.&.§. ſiquis a principe.ff.ne quid in loco publico. Nam reſcripta pricipis & priuilegia ſine cuiuſq; iniuria cõcedi ſolẽt.l.nec uias.C.de emanci. libe.&.c.quamuis.in fina de Reſcriptis.li. ſexto &.c.licet de offi.delega.cũ ſimilibus.

Sed cõtra predicta opponiṫ ſecũdũ Rofredũ.& uideṫ quod iſtud interdictum nõ habet locũ.Nam ratio iſtius iterdicti eſt ut aliquis ducat aquam publicam cuʒ licentia principis ut dictũ ẽ. Sed cõtrariũ ẽ ſcilicet ꝙ etiã ſine licẽtia pricipis poſſũ aquam ducere quia flumina ſunt plublica ut.ff.de fluminib⁹.l.i.&.ii.& tñ poſſus mea auctoritate aquaʒ ducere dummodo imperator uel ſenat⁹ nõ prohibeãt ut.ff.de fluminibus.l. quo minus Reſpõdeṫ ſecũdum Rofreduʒ ueꝝ eſſe qđ tu poſſes ducere aquã ex flumine publico etiã ſine principe.ſed aq̃ publicã Ideſt uſui publico deſtinatã ſecũdũ uſus rei publice nõ potes ducere ſine priuilegio principis ut.d.l.quo minus.Et in hoc caſu ꝓcedit ꝙ dicitur in hoc interdicto đ aqua ex caſtello ducenda Ideſt ex eo receptaculo ꝙ aquã publicaʒ ſuſcipit.ff.de aqua cotidiana & eſtiua.l.i.§.ait pretor ex quo caſtello. Uł aliter poteſt dici ſecundum Rofredũ loqṫ forte in hoc caſu hoc interdictum. Habeo p̄dium meum uel domum meam iuxta flum̃ uel riuũ iter prediũ meũ & domũ meam ẽ uia publica uolo ducere aquam ſupra uiam publicã ad p̄dium meũ uel ad domũ meaʒ & ſic facere ceſtelũ quoddã Ideſt receptaculũ ꝙ ſuſcipiat aquã illã publicã certe hoc ñ poſſum facer̄ ſine ꝑmiſſu uel mandato pricipis & ꝙ ita ſit itelligẽdum iſtud iterdictũ ꝓbaṫ in.l.i.ff.de aqua cotidiana & eſtiua.& in.l.ſi i loco publico.§.ſi nõ iuſſu.ff.de aqua plu.ar.uel ita potes ponere exẽpluʒ.Habeo domum meam ex una parte uie publice & aliã domũ uolo facere pontem inṫ utranq; ut capiã aq̃ pluuialẽ ꝓ ciſterna & ita facer̄ caſtellũ Ideſt receptaculũ quo recipiaʒ aq̃ pluuialem certe nõ poſſum ſine licẽtia pricipis.Nam pontem ſup uiã publicã facere nulli cõcediṫ.ff.ne qđ in loco publico.l.ii.§ tractatum ut ẽ tex.in.l.fi.ff.ne quid i flumie publico & facit.l.i.§.qui ꝑmittiṫ.ff.de aqua coti.& eſtiua.Et idem tenet Bar.i.d.§.tractatũ i.l.quo minus i.x.q.ff.de fluminibus & Specul.i ti.de cauſa poſſeſſio.& ꝓprietatis .§.nunc dicẽdum ꝰ.itẽ q̃riṫ & Bal.in.l. lapilli in ultima colump.de rerum diuiſio.& Dominicus de ſancto geminia.in.c.primo de exceſſ.prela.libro ſexto.qui dicit ꝑ dictũ .§.tractatum ꝙ ſi aliquis habet duas domos & i medio ipſaꝝ ẽ flumen nõ poterit facer̄ pontẽ ſup eo. Libellus autem i hoc iterdicto ita formari põt.Coram uobis domio .M.conqueror ego Albertus de dauentria qui iniuſte prohibet me ſiue impediat aquã ducere ex caſtello Ideſt ex illo tali receptaculo ꝙ cõtinet aquã publicã ex quo loco ẽ

mihi ius ſiue cõpetit aquã ducere. Vnde ne me prohibeat ago cõtra ipſum & ad hoc ꝓ pono iterdictũ de aqͣ ex caſtello ꝑ actionẽ i factũ & ꝙ ita cõcipiatur iſte libellꝰ ꝓbatͬ in.l.i.§.pretor ex quo caſtello.ff.de aqua co ti.& eſti. Poſitiones uel capitula actoris ita formari poſſunt. Ego.A.dico ꝙ in tali lo co ẽ receptaculũ quoddam i quo colligitur aqua publica. Itẽ ꝙ locus ille uocatͬ caſtellũ Itẽ ꝙ impator uel ſenatus cõceſſit mihi du cere aquam ex illo loco. Itẽ ꝙ tu ꝓhibes me illã aq̃ ducere. Item qđ qñ uolui ducere aq̃ illã uolo tibi cauere nõ eſſe dampni infecti Itẽ qđ aquam illam duco & uolo ducere ſi ne damno tuo & uicinoꝝ. Poſitiones ulͬ capitula ita formare põt econtra ipſe reus. Ego primo dico ꝙ locus ille i quo aqua reci pitur ẽ priuatus. Itẽ ꝙ tu aquam ducis ſiue uis ducere ſine priuilegio pricipis ulͬ ſena tus. Itẽ qñ uolebas aquã ducere petii ut mi hi caueres de dampno infecto & tu cauere recuſaſti. Itẽ qđ uis aquã ducere cũ incõmo do meo & uicinoꝝ meoꝝ. Itẽ qđ Ticius tm̃ tibi infert uiolẽtiã & non ego. Quartũ ẽ interdictũ de riuis quod cõpetit ꝙ ſi quis hẽt aliquẽ riuum ꝑ quẽ ducit aquam & pro hibetͬ ab aliquo ne ducat uel uult reficere illũ riuũ ulͬ purgare & ab aliquo prohibetͬ & ideo hoc caſu proditũ ẽ i hoc interdictũ ut.ff.de riuis.l.i.in prin. Et idem eſt etiaꝫ ſi aliquis habeat ſpecus uel ſepta in flumine uel habeat incille uel puteum & uult duce re aquam uel reficere uel purgare.ſꝫ ab ali quo prohibetur. habet locũ iterdictuꝫ de ri uis ut.d.l.i.in prin. In quo autẽ predicta iter ſe differant. Dic riuus ẽ locus ꝑ longitu dinẽ depreſſus quo aqua ducitur. Specus ẽ locus ex quo deſpicitur inde ſpectacula dic ta & eſt ſpecus locus altus ſupra terram edi ficatus ex quo aqua ducitur ut.ff.de riuis.l. i.§.ſpecus cum glo.que declarat quot mõis accipiatͬ ſpecus. Septa ſunt q̃ apponuntur aque deriuãde cauſa compellẽde ex flumĩe ſiue ea lapidea ſint ſiue lignea ſiue ex quali bet alia materia ſiue ad cõtinẽdã trãſmittẽ dãue aq̃. Incille autẽ eſt locus depreſſus ad latus fluminis ex eo dictus ꝙ incidatͬ. Inci ditur enim uel lapis uel terra. Vnde primũ aqua ex flumine agi.i.duci poſſet hoc ꝓba tur i.d.l.i.§.ſepta &.§.incille. Et ad hoc ut ꝯ petat hoc iterdictũ quiqꝫ ſunt neceſſaria.

Primũ ꝙ riuus ille ſit factus cã aquedu cẽde.ff.eodẽ.l.i.§.aque. Secundum quod illo riuo ſit hoc anno uſus uel priori eſtate ut.ff.eodẽ.l.i.§.hoc iterdictum. Tertium ꝙ ſit uſus non ui nõ claꝫ nõ precario argu mẽto.d.§.hoc iterdictũ. Quartũ ꝙ quis ꝓhibeat te uolenteꝫ ducere aquam uel refi cere uel purgare riuũ.ff.eodem.l.i.in prin.

Quintum ꝙ eo modo ducat & per eum locuꝫ ſicut duxit hoc anno uel priori eſtate alioquin ipune ꝓhibetur.ff.eodem.l.i.§.ſi quis terrenũ. Verũ tñ nouuꝫ canalem uel fi ſtulas ponere poterit i riuo licet nõ habue rit dũmodo nõ incõmodetur ager illius per queꝫ aqua ducitͬ ut.ff.eodem.l. ſeruitus.§.ſi quis nouũ. Et ſciendũ ẽ ꝙ ſi denumcietͬ nouũ opus illi qui uolebat riuũ reficere nõ ualet nunciatio quo minus poſſit reficere licet per negatoriã poſſit ꝓhiberi ut.ff.eo. l.ſeruus.§.ſi quis riuum reficiẽti nec facio differentiam utrũ ſit riuus in publico an in priuatio ſiue ſit riuus aque calide ſiue frigi de. Nam ẽt pro riuo ꝑ queꝫ aqua in uapori bus balneariis locũ habet hoc iterdictũ uti le ut.d.l.ſeruus.§.utile. Aut ideo datur quia ſententia cõcordat uerba autẽ deficiunt iux ta notata in.l.curatores.C.de nego.geſt.

Sed illud queritͬ ſi uolo reficere riuum & aduerſarius meus itentat cõtra me nega toriam an ſim a refectione ꝓhibẽdus & ui detur ꝙ ſic per.d.§.hoc interdictũ. In cõ trariũ uidetͬ ꝙ nõ ſim repellendus quia nũ ciatio noui operis i poſſeſſione cõtẽpnitur ut.l.i.§.ſi quis riuuꝫ reficienti.ff.de riuis. Et facit.l.i.§.in operis.ff.de no.op.nun. Et qa intereſt rei pub.riuos refici ne hoĩes ſiti mo riantͬ.ut.l.fi.ff.de riuis. Sed in hoc ſic dic ſecũdũ Rofredum titulo de riuis.ꝙ aut ille qui uult reficere ẽ in poſſeſſione illius riui & tũc nõ põt prohiberi ꝑ negatoriam quo minus reficiat. Aut nõ eſt in poſſeſſione & tũc prohiberi poterit argumẽto.ff.de aqua coti.& eſti.l.ſi de uia itinere niſi in eodẽ ca ſu quo riuus ille neceſſarius eſſet propter ſitim tũc enim nõ facta diſtinctione poſſeſ ſionis crederẽ ipſuꝫ reficere ẽt ſi negatoria ab aduerſario intẽptetur. Et ideo quod dici tur eodẽ titulo.l.ſeruus.§.ſi quis ſuũ riuum ꝙ poſſuꝫ eã prohibere per negatoriã. Intel lige uerũ qñ non publica cã uolebat refice re ſed propter ſuũ cõmodũ uel ꝑꝑ ſuã ſitim

Libellus in hoc iterdicto ita concipi põt. Coram uobis dño. A.conqueror ego.B.de M.qui me prohibet uel ipedit ducere aquã ꝑ riuũ ſeptã ulͬ ſpecũ dͬ puteo ſicuti priori

eſtatē uel hoc anno duxi uel prohibet ſiuē
īpedit me reficere. Vnde ne me prohibeat
uel īpediat ago cōtra ipm opponens ad hoc
īterdictū de riuis uel actionē in factū ei⁹ lo
co ſubrogatam. Et ꝙ ita recte concipiatur
libellus probatᷣ.ff.de riuis.l.i.i prin. Sed
circa iſtū libellū queritᷣ.qñ cōcipio libellus
i dictā aquā per ſeptā uel cuniculū uel ſpe
cum de puteo an recte ꝑponantᷣ i hoc iter
dicto de riuis.dic ꝙ ſic.cuꝫ nomē riui ſit ge
nerale & oīa predicta ſub ſe cōprehēdat.ut
ꝓbatᷣ in.d.l.i.ff.de riuis coniuncta ꝛᷓica.uel
dicit.Rofredus ꝙ ꝑponēs i libello iterdictū
de ſpecu uel interdictum de ſepta.quando
uelles agere de puteo bene poſſes. Vel dic
tercio qñ uelles agere pro talibus dicas pro
pono utile iterdictū de riuis.Ego tñ credo
ꝙ prima cōceptio libelli ſit magis iuri cōſo
na ut probatᷣ i.d.l.i.in prin.coniuncta ꝛᷓica
ubi ꝓbatᷣ ꝙ ꝛᷓica illa de riuis ē generaliter
ad riuos ſpecus ſepta uel puteum uel etiam
foſſam ut.d.l.i.in prin.uſqꝫ ad.§.deinde ait
pretor.Facit ad hoc.l.i.ff.ſi cetuꝫ petatur.&
ꝓbatᷣ i.d.l.ſeruus.§.hoc iterdictum in pri.
Nec obſtat ille.§.hoc iterdictū in.ꝟ.in bal
nearis uaporib⁹.ubi dicitᷣ ꝙ cōpetit utilis
actio i factū & utile iterdictū de riuis qa in
uaporib⁹ balneariis bene cōpetit utile iter
dictū ut ibi. Sꝫ i aliis ꝓdictis ꝯpetit directe
ut patet ex predictis. Poſitiones aut capi
tula actor ita formare poteſt.Ego.A.dico ꝙ
riuus talis cuius fines ſunt tales ē fact⁹aque
ducēde cā.Itē ꝙ per ille riuū duxi aquā hoc
anno uel priori eſtate.Itē ꝙ illā aquaꝫ duxi
nō ui nō clam nō precario. Itē ꝙ prohibes
me uolētem reficere.Itē ꝙ eo modo ꝑ loca
predicta aquam ducere uolo ſicut duxi h⁹
anno. Eedem poſitiones & capitula fieri
poſſunt qñ aliquis uult aquā ducere ꝑ ſpe
cū uel ſeptā uel puteum ulᷣ etiā ad balneum
ꝑ cuniculos ut dixi ſupra.&.ff.eodē.l.ſeru
us.§.hoc interdictū. Reus autem ecōtra
pōt facere poſitiōes uel capitula hoc modo
Ego.M.dico ꝙ ille riuus eſt minus idoneus
ad ſuſcipēdā aquā.ſi hoc cōfitetur actor ſub
cūbit.& abſoluetᷣ reus quia non ē riuus ꝑp
aquā accipiēdā. Item ꝙ iaꝫ ſunt duo anni ꝙ
ꝑ illū riuū deſiſti aquā ducere.& ſi hoc cō
fitetᷣ actor ſuccumbit quia nō duxit aquam
hoc anno uel priori eſtate. Iteꝫ ꝙ tu aquam
illā duxiſti ui clam uel precario ame. Item
ꝙ Titius tātū te prohibuit uolentes ducerᷣ
aquā uel reficere & nō ego te prohibui. Itē
ꝙ alio loco & alio modo uolebas aquam du
cere q̄ conſueueris aquā ducere & ꝓ eſt utile
hic ponere.

De aqua pluuia arcenda ꝛᷓica.

ST ETIAM VTILE HIC
e ponere naturaꝫ aq̄ pluuie arcēde
maxīe q̄rum ſpectat ad materiā iu
dicialē i qua materia prodita ē actio de aq̄ᵃ
pluuia arcenda. Sepe enim cōtingit ꝙ ꝓpᷣ
opus manu factum in agro alicuius predio
alterius aqua pluuialis nocere poteſt. Vn ᷣ
cōſulitur dño iſtius predii cui illa aqua plu
uia nocere pōt ꝑ actionem ſpecialem.uꝫ ꝑ
actionē aque pluuie arcēde per quam op⁹
factū tenetᷣ deſtruere expēſis ſuis & dam
pnum pōt licite cōtingēs emēdare & ſi poſ
ſidet opus ab alio factū tenetᷣ preſtare paci
entiā ut deſtruatᷣ ut.ff.de aqua plu.ar.l.i.§.
.i.&.ii.&.l.ſi tertius.§.penul.& ultio. Et i
primis ſciēdum ē ꝙ dicitᷣ aqua pluuia illa
q̄ de celo cadit aut imbre excreſcit uel colo
rē mutat qa aqua contingitur aque pluuiali
ſicut contingit in multis fluminibus ut.ff.
eodem.l.i.§.aq̄ pluuiam &.§.in flumina.
Itē eſt etiā notādū ꝙ dicta rubrica ſic iti
tulatᷣ ſecūdū glo.ſuper ea.de aq̄ pluuia ar.
& de actione pluuie arcēde. Et ita multi li
bri habēt.& ſic habebat Rog.ſecunduꝫ Ro
fredū i dicto titulo i rubrica tractat de aq̄ᵃ
q̄ non eſt pluuia.C.de ſeruitu.& aqua Et ſe
cundū hoc hec rubrica tractat de aqua q̄ nō
eſt pluuia & de iſta aqua plu.dicit i.l.ſi pri
us.i.&.ii.ꝟſo eo.ti.De alia aqua tractat to
tus fere titulus tractat etiam de actione aq̄
plu.arcen. Et ad hoc ut iſta actio compe
tat octo ſunt neceſſaria ſecundum Rofredū
in hoc titulo in ſuis libellis.Primū eſt ꝙ qs
opus manufaciat.ff.eodem.l.i.§.hec autem
actio. Secundum ꝙ in ſuo loco opus id
faciat.Ceterū ſi opus natura loci fit ut ſi fun
do tuo aqua naturaliter dcurrat i meū ſine
opere tuo ñ hēt locū hec actio.Itē ſi i publi
co loco fiat ſimiliter nō hēt locū.ff.eodē.l.i.
.§.hec autē actio &.l.apud trebatiū.§.aqua
plu. Tertiū ꝙ propter illud opus aq̄ᵃ no
cere poſſit non tñ nocuerit niſi poſt lites
ꝯteſtatā ut.ff.eodē.l.i.§.i.&.ii.&.l.ſi tertius
.§.officiū &.ff.de ſtatu libe.l.labeo.Secus ſi
non noceret ſed lucrum auferat ut.dic.l.i.§.
idem aiunt aquam pluuiā &.§.ſicut licet.
Quidā ut refert ibi glo.ii.dicunt ꝙ aliquā

do daẜ qñ lucrum aufertur ut.d.l.i.§.idem uarus.Sed Dynus dicit cõtrariuꝫ ꝙ ille tex. nõ facit cũ ibi uideaẜ damnũ dari non pati endo aggerem naturalem reſici.& uide ꝙ dicã i.Ꝝ. octauo. Quartũ ꝙ illa aqua ſit pluuiaľ & pluuiali mixta ad hoc ut locũ ha beat hec actio directa.l.apud trebatiũ.§..i.ff eodẽ.Si autem alia aqua damnũ dedit tunc locũ habet utilis ſecũdũ quoſdã.Sed ſecũdũ alios locuꝫ habet negatoria ut.ff.eo.l.§.ii.& ſi prius.§.placuit.Aut actio i factum daẜ.ff. de preſcriptis uerbis.l.quotiẽs. Quintũ ꝙ aqua poſſit noceř agro & ſic p̃dio ruſtico nõ aũt edifitio aut opido uel domui & ſic p̃ dio urbano Tũc eniꝫ habet locũ negatoria ut.ff.eo.l.prima.§.item ſciendum &.§.pe.

Sed queriẜ.an pro p̃dio ruſtico tantum hec actio competat.Reſpõdeo nõ ſecundũ Rofredũ.Ratio eſt cũ quis aliquid in ſuo fa cit cõtra eũ unã habet actioneꝫ Sed pro fu turo damno ſpetialiſſimã habeo hanc actio nem.In prediis autem urbanis locuꝫ habet negatoria que competit ꝙ quis facit in alie no ꝙ iure ſeruitutis facere non põt.ff.ſi ſer uitutes uendi.l.ii.Sed hec ratio nõ eſt clara Ideo dic ꝙ ratio põt eſſe.qa fauore agricul ture i primis hec actio ſpetialis fuit ĩtrodu cta.l.i.§.de eo opere cuꝫ duobus.§.ſequenti .ff.de aqua pluia ar. Sextum requiritur quod cauſa nocẽdi factuꝫ ſit opus. Ceterum ſi cauſa colendi agrũ & arandi & fructus ꝑ cipiendi factũ ſit.nõ habet locum iſta actio ut dicto.§.de eo opere. Septimũ ꝙ opus illud factũ ſit ignorante eo cuius p̃dio aqua nocere poſꝫ.Sed eo ſciẽte ceſſat hec actio.ff eodẽ.l.labeo.§.i.&.l.ſed hoc ita.&.l.in cõce dendo. Octauum ꝙ damnuꝫ futurum ti meaẜ ſꝫ ubi lucrũ auferre poſſuꝫ nõ teneor Nam ſi opus facit in uere & ſic uene putei tui p̃ciſe ſunt nõ teneor hac actione.ff.eo.l. prima.§.hec autẽ actio &.§.deniqꝫ & eſt ſi mile.ff.de damp.iſec.l.ꝓculus.de quo plene dixi ſupra in precedenti .q.principali .Ꝝ.

Quarta queſtio principalis põt ex p̃dic tis decidi Et adde ꝙ dixi ſupra in.Ꝝ.tertio

Sed ultra predicta etiam requiruntẜ ſex Primũ reqritur quod opus fiat in priuato ſecus i publico.l. apud trebatiuꝫ.§.aque plu uie.ff.eodem. Secundũ ꝙ nõ ſit factũ pu blica auctoritate puta principis auctoritate uel ſenatꝰ ut.l.ꝙ principis.ff.eodeꝫ &.l.ii.§. caſſius autem eo.ti. Tercium ꝙ exſtet me moria facti operis alias nõ reputatur manu factũ ſed naturale & ſic eſſet tollerãduꝫ.ut dicto.§.caſſius autem. Quartũ ꝙ ſit fa ctũ ad excludendam aq̃ quã naturaliter te nebaẜ recipere ille qui fecit uel ſaltem te nebaẜ recipere iure ſeruitutis.l.i.§. neratiꝰ ſcribit.ff.eodẽ.Secus ſi ad excludendam aq̃ quam naturaliter uel iure ſeruitutis recipe re nõ tenebaẜ ut.l.ii.§.penultimo ubi ẽ ca ſus ſingularis.ff.eodẽ. Quintũ ꝙ ille cui nocet & nõ teneaẜ iure ſeruitutis recipere talẽ aq̃ q̃ deriuetur opere manufacto.Secꝰ ſi iure ſeruitutis tenetur recipere.d.l.ii.§.fi.

Sextũ ꝙ ille ꝯtra quẽ agitur ſit dominus illius fundi ubi opus factum eſt & ſi ipſe fecit agit ut remoueat ſuis expenſis ſic aliꝰ ſine ſui uoluntate agit ut preſtet patiẽtiam ut nõ.glo.in.l.i.in prin.ff.eo.& habetur i.l. apud trebatiũ.§.aque pluuie.& per Dy.i.l. poſt uenditionem.ff.eodem. Libellus au tem in hac actione ita formari poteſt.Corã uobis.Ego Ludo.ꝫuſ.ꝯpareo contra.M. qui tale opus fecit in predio ſuo propter quod aqua pluuia damnum agro meo dare põtľ predio meo nocere Vnde opꝰ illud ammo ueri & damnum quod poſt litem conteſta tam contigit reſarciri peto & pro opere deſtruendo propono actionẽ aque pluuie arcẽde & pro damno poſtea cõtingẽte pro pono officiũ iudicis.Et ut ita recte cõcipia tur libellus ꝓbatur in.l.prima.§.i.&.ii.&.§ de eo opere &.§. iſũma &.l.ſi tertius.§. offi cium.ff.de aqua plu.ar.Sed uideẜ ꝙ recte libellus iſte nõ ſit conceptus ꝓpter duo.Pri mũ eſt quia nõ põt uideri i iudiciũ ueniſſe quod poſt litẽ cõteſta cõtingit.Et ideo alia interpellatione opus ẽ.ff.de iudi.l. nõ põt uideri &.l.nõ queadmodũ eo.ti.Item de his rebus que future ſunt iuditiũ iſtitui nõ põt ut.d.l.nõ quemadmodũ quia tractus futuri temporis nõ ſpectat ad iudicẽ.l.i.in pri.ff. dũ uſu.ſed dic quod illa.l.nõ põt uideri nõ obſtat quia nõ loquitur i re prorſus alia ſꝫ i alia ſpecie.ff.de edil.edic.l.ediles.§.Item ſci endũ & ibi plene ſcripſi.Item illa.l.nõ quẽ admodũ nõ obſtat quia i.l.illa nõ uenit i iu diciũ que nullo mõ aduenit ſed ſi incipit ꝺ beri uenit i iudiciũ & ideo ꝙ futurũ ẽ.ff.de peculio.l.queſitũ.§.i.&.ff.pe.l.i.§.nõ tãtuꝫ

Sed queriẜ quare i actione ꝑſeti uide licet aqua plu.ar.uenit etiã illud ꝙ futurũ ẽ Reſpõdeo ꝓpter naturã ipſius actiõis que tantũ futura damna reſpicit ut ſupra dixi i Ꝝ.iii.ſicut actio q̃ oriẜ ex noui oper. nũci.

etiaꝫ ſimiliter reſpicit tm̄ futura damna.l.i.
.§.1.ff.de no.operis nūcia.lꝫ regulariter oēs
alie actiones reſpiciāt preterita ut.d.l.athe
nis.§.hoc iudicio Et hoc ideo quia opus iaꝫ
factum erat.Ideo ſi futurum damnū uenit
ꝙ poſt lit.conteſta contingit non eſt miꝝ
immo plus in actione admittitur actor qa
ſolum futurum damnum timetur ut ſupra
dixi. Item queritur poſito qđ damnum
poſt litē conteſta cōtigit ueniat officio iudi
cis ut dictū ē quare habetur expreſſa men
tio de officio iudicis ī libello Nam uidetur
quod nō deberet fieri expreſſa mentio quia
etiā ſi nō peteretur ī libello nihilominus ſi
damnū poſt litē cōteſtatā cōtigeret officiū
iudicis ueniret ſicut regulariter ē ī omnib⁹
& maxime in his ubi officiū iudicis deſer
uit actioni.Nam dicit regulariter ꝙ ea que
poſt litē cōteſtatā cōtingunt nominatiꝫ ex
primenda ſunt ꝗ ante cōtingunt pertiet ad
officiū iudicis ſicut in hoc ex fructib⁹ & ex
pēſis & aliis quaſi dicat ita ualde pertiet ꝙ
ſi nō petāť ī libello dummodo de his ī iudi
cio fiat mētio nihilomin⁹ ueniūt.ff.de edi.
edic.l.ediles.§.itē ſciendum.Item alia rōne
uideť ꝙ non ſit neceſſariū facere expreſſā
mentionem in libello đ officio iudicis quia
ubicūqꝫ actio ꝑponiť cui officiū iudicis de
ſeruit ſufficit ſi ſola actio proponatur ut ī
actione ꝙ metus cauſa.l.metū.§.ex hoc edi
cto.ff.ꝙ metus cauſa &.l.iiii.ff.depoſi.& ui
de notata ꝑ doc.i.l.iiii.§.hoc autem iudiciuꝫ
.ff.de dam.infec.& multi ꝓpter metū iſtaꝝ
obiectionū dicūt libellū ita ſimpliciter eſſe
concipiēdū.Ego.B.ago contra.M.acti.aqua
plu.arcē.ut opus factum debeat remouere
ꝓpter ꝙ aqua plu.ꝑdio.noceř poteſt.Et ad
hoc ꝓpono actionē aquā plu.ar.nec faciūt
mentionē ī libello de officio iudicis dicunt
tm̄ damnū datū poſt litem cōteſtatā dicēdo
Dn̄e iudex tale damnū contingit poſt litē
conteſtatā reducite hoc ad memoriā ut offi
cio ueſtro debeatis eum in extimatiōe illi⁹
damni cōdemnare.Sed dicit Rofredus ſup
hac actione ſibi uideri libellū tūc đ iuř bn̄
cōceptū.In omnibus enim ubicunqꝫ aliqđ
officio iudicis ꝓponiť ī libello iudicis rec
te proponiť iudicis officiū.Et ponit unuꝫ
exemplū ī rei uēdicatiōe.ueniūt fruct⁹ of
ficio iudicis & nō iure actionis quia ſi iure
actionis uenirēt eſſet mixta & bonefidei ſi
cut petitio hereditatis.Sꝫ illa rei uēdicatio
ē ſtricti iuris & tamē iudicis officio ueiunt
fruct⁹ etiā precipiēdi a male fidei poſſeſſo
re & ſine.ti.C.de rei.uen.l.certum &.ff.eo.
.l.qui reſtitueť.Vnde in rei uendicatiōe pu
tat ſic eſſe dicendū peto per rei uen.rem cū
fructibus ꝑcipiendis & pro re.uendica.pro
pono & ꝓfructib⁹ iudicis officiū & hoc mō
nō errares ſecundū me. Poſitiones auteꝫ
uel capitula pōt actor ita formare. Ego.B.
dico quod tu feciſti opus manu in predio
tuo.Item ꝙ per illud opus aqua plu.accēda
nocere pōt predio meo.Item predium illuꝫ
cui nocere pōt ē ruſticuꝫ.Item illud opus fe
ciſti animo nocēdi. Iteꝫ illud opus me igno
rante feciſti. Item propter illud opus aqua
pluuia dānū mihi infere pōt. Poſitiones
uero & capitula rei ita formabis. Ego dico
ꝙ opus illud naturaliter ita ſe habet. Item
prediū illud eſt urbanuꝫ.Item feciſti mihi
pactuꝫ ut liceat mihi edificiū ita habere.Itē
tanto tempore ſtetit ſic illud opus ꝙ eius
memoria non exſtat.Itē illud edificiū lucrū
tantū tibi afert. Item domus tibi coniūcta ē
illi ꝑdio in cui⁹ loco hedificiū illud factū ē
Iteꝫ illud opus feci te ſciente. Poteſt etiā
colligare alias poſitiones ſeu capitula tam
ex parte actoris ꝗ rei ut colligi pōt ex his ꝗ
tuordecim ꝗ dixi eſſe neceſſaria in acti.aq.
plu.arcē.uide ſupra in octaua.q.principali
.⁊.quero nūc de alia.q.pricipali cotidiana
uſqꝫ ad finē illius queſtionis.viii.pricipalis.

De Colaicis purgandis ꝝica.

TIL E ET CONVENI ens
u eſt etiā ſubicere interdictū đ cola
cis purgandis quia multociens qs
reficere cloacā ſuā uel purgare uult & ab il
lo impediť & Ideo introductuꝫ ē īterdictū
de clacis purgādis.Idem etiaꝫ ſi aliquis uel
let de nouo facere cloacā & ab illo ꝓhibetur
Item quia ſepe aliqs mittit in cloacam meā
ꝙ non debet mitteř uľ quod miſſuꝫ ē cloacā
impedit ideo ꝓditū ē īterdictū reſtitutoriū
.ff.de cloacis.l.1.§.1.&.§. deinde. &.l.ulti.&
licet iſta ſint duo interdicta ut dicto.§.1.&
ibi per glo.& Bar.& đ his duob⁹ īterdictis
Io.in arbore actionū fecit duos titulos tamē
Rof.in libellis ſuis fecit unū tm̄ titulū uide
licet de cloa.purg.breuitatis cauſa.qui dicit
quod ad hoc ut competat hoc īterdictuꝫ iſta
ſunt neceſſaria Primū ꝙ ſit cloaca.Eſt auteꝫ
cloaca loc⁹ cōcauus per quē colluuies ꝗdam
fluit.ff.de cloa.l.1.§.cloaca. Et cloace appel

latione etiaꝫ tubus & fiſtula cōtinet̃ ut.d.l.
i.§.cloace appellatōe.Et tubus ſecūdū glo.
ibi ē foramen cloace unde purgāt̃ colluui-
es aque.Fiſtula ē aliud iſtrumentum ad idē
Et ex hoc ifert Bar.ibi ad q̄ſtionē ſtatuti di
centis ſi quis offenderit aliquem i domo pu
nitur certa pena quia offēdens in hoſtio do
mus dicit̃ in domo offendiſſe de quo dic ut
ibi per Bar.& ꝑ eundem i.l.cetera.§.hoc ſe
natus el.ii.de le.i.& ibi per doct.& Bal.i.l.
data opera.C.qui accu.non poſ.Et adde que
dixi i primo libro i ti.de clauſtro cloaca &
porticu & i ti.de hoſtio ſiue porta. Secū
dum ꝙ quis prohibeat te uolētē purgare ul̃
reficere cloacam uel ſi quid imiſſum q° uſ⁹
cloace impediat̃ quod remoueri debeat.ff.
eodem.l.i.in prin. Tertium ꝙ ille q ul̃t
reficere uel purgare cloacam caueat de dam
no ifec.ff.eodē.l.i.§.i.Et ſi quis uelit cloacaꝫ
priuatam i publica mittere uel cloacaꝫ face
re que haberet exitum in publicam cloacā
quia non ē impediendus ut.d.l.i.§.idem la-
beo &.§.fi.licet nouā cloacā in loco pub.fa-
cere nō poſſit ut.l.fi.eodē ti.& ibi hoc notat
Bar.itē habet locum hoc interdictum quan
do cloaca ex edibus tuis i edes uicini ꝑtiuꝫ
ut.d.l.in prin.& appellatiōe ediū continet̃
edificiū hoc ē ex edificio i proximū agrū ut
dicta.l.i.§.deide ait pretor.Itē ſi quis habet
uſum cloace priuate qui clam uel precario
ſibi non nocet.Itē ſi denūciat̃ nouū opus ɔ
tēpni pōt.ff.eodē.l.i.§.hoc interdictuꝫ &.§.
ꝙ ſi quis mihi.Et ē ratio quia talis nūciatio
ē a lege iprobata ꝓpter publicā utilitatem
ut notat Bar.in.d.l.i.§.fi.Et eſt caſus in.l.de
pupillo.§.ſi quis riuus.ff.de no.oper.nun.
qui aſſignat eādem rōnem cuꝫ publice ſalu
tis & utilitatis iterſit cloacas & riuos purga
ri & ideo pulchre etiā dixit tex.in.d.l.i.§.cu
rabit.ff.de cloacis ꝙ hoc pertinet ad ſalubri
tatem ciuitatū & ad tutellaꝫ & celū peſtilēſ
ruinā minat̃ imūdiciis cloacarū ſi nō refici
untur.Et ideo rome cum tēpore quo ueri-
romani dn̄abant̃ quia habebāt de iſtis cloa
cis & aque ductibus tam publicis q̄ priuatis
magnā curā ut apparet in.d.ti.de cloacis &
C.de aqueductu li.xi.habebāt aerē ſalubreꝫ
& erat ſanū ibi morari ut dicit glo.vii.q.i.c.
qualiter ꝑ illum tex.& uide ad hoc Alb.de
roſa.i.l.ſi quis mihi iūdauerit i pri.ff.mā.nā
lꝫ hodie non ſit ſanum de mēſe auguſti mo
rari rome i tantū ſi quis ultramontan⁹ iura
ret ſe moraturū rome in menſe auguſti nō

teneret̃ morari quia occaſione talis iuramē
ti poſſet uita temporalis amitti ſi rome mo
raretur ut dicit glo.notabilis in.c.ſi uero ex
tra de iureiurā.Et hoc forte ē quia erāt cloa
ce ibi.Quidā dicūt ꝓpter quēdam uentuꝫ
qui ibi regnat.Et predicta ꝓcedunt i cloaca
priuata quia hoc iterdictū de illis tm̄ loq̄t̃
Publice eni cloace publicā curā merent̃ ut
.l.i.§.hoc autē interdictū iterpoſitum.ff.de
cloacis Et pro publicis cloacis cōpetit alið
iterdictū ne quid ad cloacā publicā imittat̃
ul̃ quid fiat ut.d.l.i.§.fi. Et adde ꝙ poſſum
facere cloacam de nouo inter edes meas &
uicini illo iuito & cōtradicēte ſeu nouū op⁹
nunciate ut.d.§.ſi quis mihi purgari &.l.
fi.eo.ti.dūmodo ſi in uia publica uelim cloa
cam facere i ꝑam faciā cōſentiēte illo cui pu
blicarū uiarū cura cōmiſſa eſt ut dicta.l.fi.
& ita tenet Roſ.i hoc interdicto i fi.que.l.fi.
uult ꝙ habeat locū aliud iterdictū ad exem
plum predictorū uidelicet ne faciēti cloacā
uis faciat quo minus publicā cloacam facere
liceat Et ita etiā tenet ſpe.i ti.de ca.poſ.& ꝓ
pri.§.i.i ultima col.℣.ſed nūquid.imo plus
dico & hoc bene nota quia hoc interdictuꝫ
ꝓpetit ut uicini edes dn̄s ueniat & reſcidat
pauimenta cloace purgande grā ſi tamen
paratus ſit reſtituere ul̃ ꝙ ex neceſſitate re
ficiende cloace refundat in tātum ꝙ cautio
damni ifecti ē interponēda ut ē tex.notabil̃
cuꝫ glo.in.l.ꝙ ait pretor unde flauius.ff.de
cloacis. Itē dubitari pōt coraꝫ quo iudice
iſtud interdictū intētari poſſit dic corā quo
libet pretore de cloacis pōt agi per.l.i.ff.de
cloac.Sed glo.& Bar.ibi dicūt ꝙ debet peti
licentia facienei ab eo qui pōt cōcedere po
ſtea poterit agere coraꝫ quolibet iudice.Et
aduerte quia i iſtis interdictis ſpe.i.ti.de ca.
poſ.& ꝓpri.§.priuata i ultima col.℣.pen̄
formauit duplicē libellū ſecūdū ꝙ iterdictū
hoc habet duo capita ut.l.i.§.i.ff.eo.ut dixi
ſupra in prin. Sed.Roff.in hoc ti.formauit
alios duos libellos ad ideꝫ. Et primo ſic.Co
ram uobis &c̄.cōpareo ego.G.& cōqueror
de.M.qui me ꝓhibet cloacā meā que eſt in
tali loco interme & ipſum reficere uel pur
gare unde ne me ꝓhibeat ul̃ ipediat ago cō
tra ipſum & ad hoc ꝓpono iterdictū ð clo
acis uel actionē in factū eius loco ſubrogatā
Et ita ɔcipias libellū qn̄ uis reficere ul̃ pur
gare.Si auteꝫ aliquid imiſit ꝑ quod ipediat̃
uſus cloace ita dices. Coram uobis. A.com
pareo ego.B.& cōqueror de.M.qui in cloa

cam meam que ē inter me & ipſum imittit alia p que uſus meus i illa cloaca ipedit̄ uñ ꝙ illa remoueat ago cōtra ipſum & ad hoc ꝓpono interdictū de cloacis uł actionē i factum ſubrogatam loco iterdicti. Et ꝙ ita recte cōcipiatur i hoc interdicto libellus ꝓbat̄ i.l.i.in prin.ff.de cloacis. Sed uidet̄ ꝙ nō habeāt locū iſta interdicta ut poſſit ita concipi libellus.nā aut cōpetit mihi ius habēdi cloacam aut nō.In primo caſu ſi ius mihi cōpetit poſſum ꝓhibere illū qui me impedit reficere uel purgare uel aliquid mittere per negatoriā uel poſſum habere confeſſoriam ad uendicandam illā ſeruitutem libere.ff.ď ui & ui ar.l.idemq͡ȝ.§.unde ui Et ideo fruſtra uidet̄ ꝙ cōpetat hoc iterdictū. In ſecūdo caſu ſi nō cōpetit mihi ius pōt me p negatoriā ꝓhibere quaſi nō ſit mihi ius i ſuas edes uel i cōi ſolo aliquid eo inuito imittere uel mutare cū in re cōi melior ſit condictio poſſidētis.ff.cōi di.l.ſabinus. Iteȝ econtra uidet̄ ꝙ etiā ſi ius ñ habeat nihilominꝰ poſſit facere cloacam Nā in hoc interdicto etiā ſi quis utatur ui clam uel precario tñ habet locū hoc interdictū.in aliis interdictis ſecꝰ eſt ut.l.i.§.hoc interdicto.ff.de cloacis ut ſ̄ dixi.Sȝ ad hoc rñdet Roff.in hoc interdicto circa finem ꝙ in utroq͡ȝ caſu pōt intelligi ſiue haberet ius ſiue nō.Si eniȝ habet ius & cōpetit ſibi cōfeſſoria nō ꝓpter hoc tollitur hoc interdictū imo locū habet quia illa confeſſoria pretoriū continet ut.l.ii.§.i.ff.ſi ſer. uen.& hoc interdictū ē poſſ.ut. patet per.l. i.ff.de cloacis.& nō.p ſpe.i.ti.de cā.poſſ. & ꝓpri.§.priuata.& hoc uidemus in uſufructuario.naȝ licet uſufructuarius habeat confeſſoriā nihilominus habet iterdictuȝ unde ui ut.ff.de ui & ui.ar.l. idemq͡ȝ.§.unde ui. Si autē non habet ius ē ſibi utile & neceſſarium hoc iterdictū ſufficit eniȝ ſibi talis qł̄ poſſeſſio.Nec dubitet aliquis ex eo ꝙ ꝑtor fecerit mentionē i iterdicto de hoc uerbo ꝑtinet unde uidet̄ ꝙ pertinere debeat ſalteȝ iure dominii ſed ad factū extendat̄.ſ.ꝑtinȝ .i.dirigitur ꝑuenit & extendit̄.ff.de cloacis l.i.§.ꝙ ait pretor. Poſitiōes auteȝ & capitula actoris ita formari poſſunt Ego.B.dico ꝙ iter me & te i tali loco ē cloaca ut.l.i.§. cloaca.ff.eo.Itē ꝙ illam cloacā uolebam reficere uel purgare. Iteȝ ꝙ tu me ꝓhibuiſti.d. .l.i.i prin.Itē ꝙ uolui & uolo tibi cauere nomine damni infecti ut.d.l.i.§.i.&.§.ſi quis purgari.Iteȝ ꝙ tu imittis tale quid ꝓpter ꝙ uſus cloace mee impedit̄. Reus uero pōt ita poſitiones & capitula econtra formare. Ego.M.dico ꝙ inter te & me in tali loco in quo dicis cōſtituiſti mihi ſeruitutē ut nihil ibi poſſis prohibere ſi hoc actor confitetur abſoluitur reus.Itē dico ꝙ.qñ uolebas reficere uel purgare cloacam ego petii a te ut caueres mihi noie damni ifecti.Itē ꝙ tu cauere recuſaſti.Iteȝ ꝙ te Ticiꝰ tñ prohibuit. Et de his poſitionibus & capitulis habetur p Roff.in hoc interdicto & p Spe.in ti. de cā poſ.& proprie.§.priuata in ul.col.in pri. ℣.ſed nūquid lȝ mihi cloacam facere.Et i illo.§.priuata ponuntur forme libellorū & poſitiōes actoris & rei in oibus interdictꝭ ſpectātibus ad materiā aqueductus de qbꝰ ſupra dictū ē & ideo ibi oio uideas & adde circa iſtā materiam cloace que dicā infra de ſeruitu.cloa.

De ſeruitute aque hauſtus ꝓica

ſ ERVITVS AQ ue hauſtus ē iuſ hauriēdi aquā de puteo uel fonte ut de alia aqᵃ uicini.Et ita uult azo in ſummā .C.de ſeruitu.§.hauſtus aque. Sȝ ego addidi uel de alia aqua ut oēȝ aquam ꝯprehendat ex qua ius auriendi aquam haberem ar.l.i.in fi.ff.de fonte. Secundo loco i dubium reuoco an aque hauſtꝰ ſit ſeruitꝰ. Et breuiter rñdeo ſeruitutem eſſe ut iſti.de ſeruitu.§.i ruſticorum.&.l.i.§.i.ibi & ſicut diſcrete ſunt ſeruitutes ductus aq & hauſtꝰ aque.ff.de fonte.l.ſi prius.§.uia publica.ff.ď aqua plu.ar.&.l.mella.§.fi.ff.de ali.& ci. le. & probatur per tex.cū glo.in.l.i.§.in ꝑdiis .ff.de ſerui.ru.predi.quod intellige qñ debet̄ ius hauriēdi aquā neceſſariā agro.ł.laboratoribus in eodē agro ut nō.glo.in.d.§.i ruſticorū & probat̄ i.d.§.fi.Et ibi hoc uult Pau.de ca.qui dicit ꝙ intelligit illuȝ tex.qñ ſeruitus aque hauſtus acquirit̄ per habēteȝ ꝑdiū uicinū pro utilitate ipſiꝰ predii & tūc dicitur ſeruitus realis alias ſecus ut nō.per glo.& doc.in.l.ut pomuȝ .ff. de ſeruitu.&.l. pecoris.ff.de ſerui.ru.predi.& per glo.Bar. & doct.in.d.l.mella.§.fi.quod declara ut pleniſſime dixi ſupra in primo libro in prin. poſt diſtinctionē ſeruitu.in ℣.ſed dubiuȝ pulchrū & ſubtile ē qūo cognoſcat̄ &c.& i ti.precedenti.in.ii.q. principali ubi plene diſputatū eſt an huiuſmodi ſeruitutes ſint reales uel perſonales & que ſit utilitas hoc

intelligerē. Tertio dubitari pōt qual̾ ſit iſta ſeruitus & prio an ſit realis & pſonalis & hoc patet ex his que ꝓxie dixi. Quarto an ſit nominata uel innominata & glo. in.l.i.§.in prediis de ſer.ru. predi. tenet ꝙ iſta ſeruieꝰ & alie ibi poſite ſint inominate & hoc ibi ſequitur.Pau.de ca. Sꝫ ego aliquādo dixi ſupra in primo li.in.ii.diuiſione ſeruitutis.ꝟ.ſecūda diuiſio ſeruitutis eſt dic ut ibi. Quinto an iſta ſeruitꝰ ſit ruſtica uel urbana collige ex.his q̄ dicta ſunt ī prio li. in quarta diuiſione ſeruitutis.ꝟ.quarta diuiſio ſeruitutis ē. Quarto q̄rit̃ qūo & q̄liter & qñ cōſtitui poſſit hec ſeruitꝫ & dic ꝙ pōt expreſſiꝫ cōcedi ius haurīedi aquam & ineſt iter ad fontem uel aquā & ſi cōcedatur ius ad fontē ineſt & hauſtus aq̄ ut.l.iii. §.qui hauſtum.ff.de ſerui.ru.predio.& nō. glo.fi.in.fi. in.l. quāuis .C.de fideiuſ. & azo in ſumma.C.de ſeruitu.§. hauſtus aque. Et predicta intellige quādo tenet cōceſſio hauſtus aque puta quia ē facta in fonte priuato ſi autem ñ teneat quia facta ī flumine publico tūc nec tenet itineris tacita cōceſſio que expreſſim ad flumē publicū fieri potuit ut dicta.l.iii.§.ultimo. Et eſt rō quia quando expreſſuꝫ ē iualidū nec ualꝫ ꝙ tacite ieſt. Simile habet̃.C.ſi pen.ap.mors inter.l.ſi is q̄ &.ff.de dona.inter ui.& ux.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.& nō.per glo.& doct.in dicto.§.fi. & nō ſoluꝫ ſi cōcedat̃ ius hauriendi aquam ſimpliciter uenit iter ut dixi per dictā.l.iii. .§.fi.ſed etiā ſi concederet̃ hauſtus tantum ut probat̃ in dicto.§.fi.i.ꝟ.tātū &.l.i.§.i.ff. ſi uſufruc.pe.& ibi glo.i.ꝟ.aditꝰ & per.l.ꝑ ſeruū.§.i.& ibi glo.ff.d̾ uſu.& ha.&.l.ſi ita ſcriptum.§.regula.ff.de libe.& po.Item iſta ſeruitꝰ aque hauſtus īponi pōt ac cōſueuit qñ aqua ē perēnis ſed duci non pōt ut puteaiis & q̄ ita eſt ſubmerſa ut de flumine extra meatꝰ & uſui eſſe non pōt ut eſt tex i.l. .i.§.loquit̃.ff.de aqua coti.& eſti.Item aque hauſtꝰ pōt per eūdē locū ut hauriat̃ pluribus cōcedi ſicut aqueductus & ut eiuſdē ul̾ diuerſis diebꝰ & horis ducat̃ uel hauriatur ſi aqua ſufficiēs eſt ut.l.ii.§.i.& fi.ff.de.ſer. ru.predi.ꝓ hoc.l.lucio.ff.de aqua cotidi.& eſti.& adde que dixi ī ti.precedenti in.vi.& vii.q.principali.Itē pōt cōcedi uni ut alteri cedat ut.l.cū eſſent.§.i.i.fi.& ibi per glo.& doc.ff.de ſeruitutibꝰ ruſti.predi.Item non pōt hec ſeruitus aque hauſtꝰ imponi ī alieno niſi uicinuꝫ habeat fundū ille cui fuitꝰ cōſtituit̃ ut.l.ergo.ff.de ſerui.ru.predi. nec pōt ultra cōcedi quā quatenus ad eum fundū opus ſit ut.d.l.ergo in fi.& nō.Bar. in.l. eadem.§.cato.ff.de uer.ob. in vi.q. Item uia publica interueniēte ſeruitus hauſtus ꝯſtitui pōt & non ſolū ſi uia publica interueniat ſed etiā ſi flumen publicum ſi nō ſit ipedimēto trāſeūdi magnitudo fluminis puta quia uado trāſiri pōt.l.ſi prius.§.uia publica ꝯ.§.ſe.ff.de aqua plu.ar.Sed loco religioſo uel ſancto quo fas non ſit uti tūc nō pōt ſeruitus hauſtus cōſtitui uel ſi in medio ſit fundus alienus inter me & te niſi medius iter ad trāſeundum conceſſerit ut.d.l.ſi prius.§. ſed ſi fūdus.Similiter ſi ex flumine publico hauſtu aque uelis uti & illi flumini ager tuus ꝓximus ſit iter ad flumen concedi pōt al̾ ad flumē pro aqua hauriendi ire nō poſſet ut ē caſus nō.i.d.l.ſi prius.§.fi.cum glo.ff de aqua pluuia arcenda.Et eſt ratio q̄a realiter nō pōt quis ire ꝑ fūdū alienuꝫ dño nolente.l.diuus.ff.d̾ ſer.ru.predi.Fallit in quibuſdā caſibus ut plene dixi.s̄.in ti.de ſeruitute itineris ꝟ.quō an qs currit. Quīto querit̃ qūo qs uti debeat ſeruitute aq̄ hauſtus & ī hoc conſidera cui debeatur ſeruitꝰ aque hauſtus & qui debet ſeruitutem. Si queris de eo cui ſeruitus debetur dic ꝙ ipſe debet uti eo modo quo uti ſolitus eſt uel eſt ſibi conceſſum ar.l.iii.C.de aque duc.li.xi. Et debet ita uti ut alii nō cedat niſi dño aq̄ uolēte ut.l.cū tenet.§.i.ff.de ſerui.ru.predi.

Si uero queris de ſeruitute debente dic ꝙ nō debet al̾ facere ꝓpter quod tollat̃ hauſtus aque puta ex aperto terrenū facere & claudere ut ē tex.in.l.ii.ff.de riuis & dixi.s̄. ti.ꝓximo.i.viii.q.pricipali ꝟ.ſed circa predicta dubitari pōt & ea que dicūt̃ ī dicta.q. pricipali poſſunt adduci ad declarationem huius.q.Et adde ꝙ ille qui habet ius hauriēdi aquā nō debet etiaꝫ de publico ī eo iure turbari quo uſus ē tanto tempore cuius nō extat memoria ut dicta.l.iii..C.d̾ aque duc. & ibi per Bar. Sexto querit̃ qūo & qñ amittat̃ iſta dic ſi quis habet auſtū ꝑ tēpus quo ſeruitus amittit̃ nō iret ad fontem nec aquā hauſerit hauſtus iter amiſit.l.labeo al̾ incipit ſiue ſecūdū unā lecturā glo.i.uidelicet ꝙ ibi dicat̃ non iret.ff.queād.ſerui.amit. .l.i.Idem ſi ierit ad fōtem & aquā non hauſit ut eſt ibi tex.ſecundū aliā lecturam glo. uidelicet ꝙ ibi non ſit illa dictio nō.Et iſta ſecūda lectura ē melior quia perſona ꝓpria

nõ habet dubitationem ſecũdũ flore.ibi.Et ſic nõ.q̷ qui perdit principale perdit acceſſoriũ uel qui amiſſit antecedens amittit conſequens & uide que nõ.Inno.per.d.l.labeo in.c.cũ ex officii in glo.i.℟.eſt nõ.extra de pſcrip.q̷ ſequitur. Anto.& nõ.in.d.l.labeo. Nec obſtat.l.ſi partem in parte in pri.eo.ti. quia ibi lioquitur ĩ iure querendo lex labeo loquitur ĩ iure queſito perdendo. Et quãto tempore amittantur ſeruitutes uide ea que dixi in primo libro in.xix.q.pricipali.& ĩ ti.precedẽti.i.x.q.principali. Ite amittitur iſta ſeruitus ſi quis alia aqua uſus fuerit de qua ĩ ſeruitute imponẽda nõ ẽ actu.l.ſi qs alia ĩ prin.et.l.ſi cõem.ff.quemad.ſer.amit. &.l.i.§.illud aũt de aqua coti.& eſti. Sed quid ſi iui per aliã uiã ad hauriendum per decem annos nõ per cõſtitutã an utrũq; ſit amiſſu.ſ.ius itineris & ius aq̃ hauſt⁹. Glo. in.l.iii.§.qui habet hauſtũ i.℟.ad haurięndũ .ff.de ſerui.ru.predi.diſtinguit Si hauſtus eſt acceſſorius itineri quod eſſe põt ut ibi & ſupra dixi & tũc utrũq; amittiť ſi ecõtra ñ ualet.qa iter ẽ acceſſoriũ ad aque hauſtũ ar.C.ſi pen.app.mor.inter.l.ſi is. Si autem ad utrũq; principaliter teneť iter retineť etiam per hauſtũ ut dicto.§.qui habet hauſtũ ibi ſiue hauriendi aquã ar.C.de agri.& cenſi.l.cũ ſcimus.§.fi.li.xi. Multis etiã aliis modis põt amitti iſta ſeruitus aque hauſtus quos collige ex his que dixi.ſ.ti.proxi.in.x. queſtiõe principali. Vii.queriť qua acti one agať Rñdeo ſi qs uult ſe fundare ex eo quod cõſtituta ſibi ſit ſeruit⁹ aque hauſtus & ageř pretorio tũc cõpetit actio ↄfeſſoria .l.ii.§.i.ff.ſi ſerui.uen. & ibi plene p floriã. & doc.& per Bar.& doc.in.l.ſi prius.ff.de no.op.nunci. Si qs uult agere poſſeſſorio pdita ſunt duo iterdicta Vnũ ẽ de fonte q̷ ↄpetit qñ qs habs ius haurięndi aq̃ ď fonte uel puteo uel piſcia uel lacu uľ ab aliquo impediť. Aliud ẽ interdictũ de fonte reficiendo q̷ competit qñ quis uult fontem uel puteũ uel piſcinã uel lacũ quo aqua utitur reficere uel purgare & ab aliquo impediť .ff.de fonte.l.i.§.i.&.§ deiñ ait Et ita Io.in arbore ſuo actionũ poſuit duos circulos in quibus deſcripſit hec duo iterdicta ſecundũ ſpe.in ti.de ca.poſ.& ppri.§. priuata.℟.potero plerũq; quis habet.& Roſ.ĩ ti.de fonte reficiendo in prin.Et aduerte quia iſta iterdicta de fonte rificięndo uel purgando cõpetunt p aqua uiua & ſunt directa.qa uerba .l.& mens cõcurrũt Et ita loquiť tot⁹ titul⁹ .ff.de fõte maxime.l.i.§.qui iterdictũ de ciſterna eo.ti.&.l.i.§.loquitur.ff.de aqua coti. & eſti.S ſi eſt aqua nõ uiua ſicut ciſterna que ymbribus cõcipitur ut.d.§.hoc iterdictũ de ciſterna ſicut ĩ multis locis cõiter non repiť aqua uiua ut ĩ apulia uel uenetiis & tũc uideť q̷ nõ cõpetat hoc iterdictũ p dictũ.§.tamẽ ſecũdũ Roſ.ĩ predictis ti.ille tex. debet itelligi q̷ nõ cõpetat aliquod interdictum de predictis directe qua uerba edicti de fonte deficiunt tñ utile iterdictũ ↄpetit Et ita etiã tenet Bar.i.d.§. hoc interdictum de ciſterna.& illũ tex.dixit eleganter Bar. facere ad.q.Statuto ꝓhibetur ſub pena mulieres portare perlas fictas & contrafactas an puniãtur pena ſtatuti & dic q̷ nõ.debẽt eni naturales & nõ ficte eſſe ar.dicti.§.hoc iterdictũ ď ciſterna.& ita alʼ iudicaui ĩ ciuitate uerone.Et adde q̷ portare perlas uľ ueſtes ꝓhibitas nõ ẽ ꝓprie delictũ ſed quedã abuſio ſecũdũ Cy.ĩ conſilio ſuo quod incipit In ſtudio azardi & talis abuſio eſt leuis ideo ꝓpterea quis nõ eſſet ĩ corpore puniẽdus ut nõ.Bal.in.l.quicqd ĩ ſecũda colũ. .C.ď ſeruis fugi.& talia ſtatuta ſũt irrõnabilia ideo nõ debẽt extendi ſecũdũ Bal.in.l.q̷ nõ ẽ neceſſe ĩ fi.ff.de.ll.Et circa iſtã materiã ſtatutorũ prohibẽtiũ portare perlas uľ certas ueſtes uľ iocalia uide que nõ.Io.an.in.c. ea que fiũt a iudice.ff.de re.iur.i.vi.in mercurialibus.Et per Alb.de roſa.i.l. factum a iudice.ff.de re.iur.& in ſuo ope ſtatutorum in.ii.parte.q.ccvi.& per anto.de but.in ſuo tractatu de ornatu utili.& habeť per tex. & glo.xxi.q.iii.per totũ & ego dixi plene ĩ .l.mulieris in prin.i.xi.q.ff.de uerbo.ſigni. Et adde quod pro iſto iure haurięndi aquam uel ducẽdi qñ quis non permittit me uti ľ amouit ĩ pm aque hauſtum uel ipſam aquã poſſũ iplorare officium iudicis ut faciat me retinere cohercẽs aduerſarium & rei competentis formã dans & hoc qñ habebã illu uſu iure ſeruitetis alʼ competeret confeſſoria ut dixi in prin.huius.q.l ii.§.i.&.l.ſicuti §.ariſto.ff.ſi ſer.uen.Ita dicit ſpec.in ti.de of fi.iudi.§.ii.℟.Item imploratur loco pricipalis actoris. Viii.queritur quot ſint neceſſaria ad hoc ut illa duo iterdicta ↄpeteř poſſint.Et dic.ſecũdũ Roſ.ĩ ti.de interdicto de fonte reficięndo q̷ ſex ſũt neceſſaria. Primũ quod fons ſit ſiue puteus uel lacus uel piſcina.Secũdũ quod ĩ illis ſit aqua uiua alʼ ñ hʒ

locū hoc iterdictū directe ſed utile ut.l.i.§. hoc interdictū ſiue ꝓhibeat᷑ haurire aquā ſiue puteū aperire ut ibi. Quartū ꝙ quis uelit purgare fontē uel lacū uel puteuȝ uel piſcinā.ff.eo.l.i.§. deide. Quintū ꝙ ille qui fuit uſus fuerit uſus hoc anno non ui ñ clam non precario.ff.eo.l.i. in princi.&.§. deide. Sextuȝ ꝙ quis utat᷑ uel purget eo modo ſicuti conſuetus ē uti ſiue purgare.ff. eo.l.i.§.hoc interdictum. Si uero quis uelit purgare fontē uel cohercere aquaȝ ne fluat uel dilabat᷑ ñ competit hoc īterdictū.ff.eo. l.i.§.i. Nono q̄rit᷑ qualiter debeat forāri libellus ī his iterdictis.dic ī iterdicto dꝫ fonte pōt ſic formari. Coraȝ uobis &c̄.cōpareo ego.B.& cōqueror de.M.qui me ꝓhibet uꝫ īpedit uti aqua de fonte lacu puteo uꝫ piſcina tali cuius tales ſunt fines qua aqua uſuſ ſum hoc anno non ui nō clam non precario unde ne me impediat uti ſicut uſus ſuȝ hoc anno ago cōtra ip̄ȝ & ad hoc ꝓpono īterdictum de fonte uel actionē ī factū Et iſta forma libelli ꝓbat᷑ i.l.i.in prin ff.eo. In iterdicto uero de fonte reficiēdo pōt ita libellū cōcipere. Coraȝ uobis &c̄.compareo ego.B contra Ticiū qui me ꝓhibet purgare talem fontē ꝉ reficere piſcinā lacū uel puteū cuiꝰ tales ſunt fines unde ne me ꝓhibeat purgare predictā ſicut ē mihi ius purgādi uel nō īpediat uti ſicut uſus ſum hoc anno non ui non clam nō precario ago contra ip̄m & ad hoc ꝓpono iterdictū de fonte reficiēdo uel actionē ī factū. Et ꝓbat᷑ iſta libelli ɔceptio in.l.i.§. deinde.ff. de fonte. Et de his uide Roſ.i hoc iterdicto de fonte reficiendo & ꝑ ſpe.i ti.de ca.poſſeſſionis & ꝓprie.§.priuata.℣.porro plerūqȝ quis. Decimo & ultimo querit᷑ qūo formēt᷑ poſitiōes uꝫ capitula Et primo actor pōt ita formare. Ego.A. dico ꝙ i tali loco cuius tales ſunt confines ē locus uel puteus uel lacus uel piſcina. Item ꝙ i illis ē aqua uiua & hoc dicas ꝙ ē uiua & competit iterdictū directe Sed ſi ñ ē aqua uiua hoc nō dicas & cōpetit utile iterdictū ut dixi i.vii.q. Iteȝ ꝙ tu ꝓhibes me uti aqua illa nō ui non clam nō precario. Econtra auteȝ poterit reus ita dicere. Ego.M.dico ꝙ i tali loco fluit fons ſed deſit eſſe & ſi hoc cōfitet᷑ actor ſuccūbit. Item ꝙ in illo eſt aqua collecta de ſudoribꝰ & ſi hoc actor confitet᷑ ſuccūbit quia nō competit iterdictū niſi ꝓ aqua uiua quod itellige de directo ſed utile bene cōpetit ut ſepius dictū ē. Itē ꝙ tu uſus fuiſti hoc anno aqua illa ui clam uel p̄cario a me. Itē ꝙ Ticius te ꝓhibet uti aqua illa ꝉ purgare fontē aliter q̄ uſus fueris. Item qꝫ uis querere uenas ſiue aperire ut.ff.de fonte.l.i.§.fi.& de hoc uide ꝑ Roſ.i hoc īterdicto de fonte reficiēdo & ſpe.i ti.de ca. poſ.& ꝓprie.℣.porro plerūqȝ qs hēt ius.

De Seruitute pecoris ad aquā appulſus.

PECORIS AD AQVAM appulſus ē habere iꝰ appellēdi pecoris agri mei ꝑ prediū uicini ad fōtem uel puteū ut.l.i.§.i prediis.ff.de ſer.ru. predi.& inſti.dꝫ ſui.§.in ruſticoꝝ & notat aȝo i ſumma.C.de ſerui.§.pecoris. Sȝ dubiuȝ an iſtud ius pecoris appulſus ad aquā ſit ſeruitus. Et uidet᷑ ꝙ non nam pecora ſūt mobilia & i pecoribus & i rebus mobilibus nō conſiſtit ſeruitus predialis ſed ē quedaȝ facultas que ſapit i dubio r̄alitatē & ſi aliqs legat mihi ius pecoris appellendi cedit hoc legatū a morte teſtatoris Ita dicit Bal.in.l. unica.§.libertatibus in penul.q.C.de cadu. tol.& ꝓ hoc uidet᷑ eſſe tex. in.l. mella.§.fi. .ff.de ali.& ci.leg. In contrariū uidet᷑ ꝙ imo ſit ſeruitus predi.& ruſti.per.d.l.i.§.i p̄diis & ibi glo.hoc tenet & ꝑ dictū.§.i ruſticorū cū glo. Sed tu dic aut pecora ſunt ɔſtituta ad agrū ſtercorizādū & debēt uiuere i fūdo tuo & tūc ē ſeruitus realis ſeu p̄dialis & ruſticalis ut i iuribus ꝓxime allegatis. Et hoc modo dȝ itelligi rꝛica noſtra alias ſecus. Et ita tenet glo.in.d.§.in ruſticorū & aȝo i ſumma in.d.§.pecoris qui intelligit hāc ēē ſeruitutē qñ ex predio meo nō poſſem ꝑcipere aliā ſeruitutē niſi ꝙ ibi cōtineāt᷑ pecora uel ēt qñ ꝑcipio ex fundo fructꝰ uꝫ ſegetes cultura pecoꝝ.i.bouum ꝑ quos collit᷑ fūdus ꝙ habeo neceſſe pecora appellere i fūdū uicinū. Et predicta adde que dixi i ti.p̄cedēti i.ii.q. Tertio dubitat᷑ an iſta ſeruitus ſit noiata uel innoiata. Ego alias dixi remittendo me in ti.precedenti i.iii.q.& ideȝ dicas in ſeptem ſeruitutibus ſequentibus.

Quarto dubitatur qualiter uti debȝ qs hac ſeruitute dic ꝙ non debȝ appellere maiorē numerū pecorum ad aquā & ſi maior numerus appellet᷑ nō i oibus pecoribꝰ tūc ꝓhibēdū eſſe. Marcellus ait quia pecora ſeperari pn̄t licet trebatius dixerit uniuerſuȝ pecus ipune ꝓhiberi quia iunctū pecus eī pecori cui appulſus debet᷑ totum corrūpet

pĕccoris appulſum ut.l.i.§.treba.&.§.ſe.ff.
de aqua cott.& eſti.Et ē ratio quia in ſeꝑabi
libus utile ꝑ in utile nō uiciatᷣ ut ibi &.l.ſi
ſponſus .§.generaliter.ff.de dona.inter ui.
& uxo.cū ſy. Quinto & ultimo dubitari
pōt qua actiōe agi debeat pro iſta ſeruitute
Et quot ſint neceſſaria ut competat & qūo
formetur libellus & poſitiōes ſiue capitula
Et breuiter dic ut dictū ē in ti.precedēti ꝗa
ea que ibi dicta ſunt locum habere poſſunt
etiā i iſta ſeruitute & ꝓbatᷣ i.l.1.§.ſi quis uti
ff.de fonte.Et hoc ſentit Roſ.i ti.de interdic
to de fonte reficiēdo & ponit tanq̄ paria ſer
uiturē peccoris ad aquā appulſus & ſeruitu
tem hauſtus aque. Et ſil'r facit ſpe.in.ti.de
ca.poſ.& ꝓprie.§.priuata ℣.porro.

De ſeruitute iuris paſcēdi.ꝝica.

ſERVITVS IVRIS PASCē
di ē iuſ pecoris paſcēdi i fundo alie
no agri mei cā ut.l.ii.§.in prediis.
ff.de ſerui.ru.predi.& inſti.de ſeruitu.§.in
ruſticoꝝ &.l.ſi nautarum.§.fi.de preſcrip.
uerb. Et dixi eſſe ius quia ſeruitutes ſunt
iuris ut inſti.de ſeruitu.in prin.&.l.i.i pri.
.ff.de ſerui.ru.predi.&.l.hec aūt iiura i pri.
eo.ti.&.l.ii.§.in prediis.ff.de ſerui.ru. ꝑ̄di.
Pecoris etiā dixi quia hoc nomē eſt genera
le & cōprehēdit oēs quadrupedes que gre
gatim ueſcunᷣ.l.legatis.§. pecudibus.ff. de
le.iii.& inſti.ad.l.acql.in prin. &.ff.eo.l.ii.
Et quia lex.xii.tabuli loquebatur de paſtu
pecoris ut.d.l.qui ſeruandorum .§.fi.&.l.fi.
C.ad.l.acqui.& pro hoc.l.iulianus.§. glans
.ff.ad exiben.&.l.ſi pecora paſcenda.C. de
pac. Dixi paſcendi quia hec ſeruitus locum
habet in pecoribus paſcēdis uel q̄ paſcūtur
ut probatur in.l.pecoris paſcēdi.ff.de ſerui.
ru.pre.& in iuribus ſupra proxie allegatis.
Dixi i fundo alieno quia res ſua nemini ſer
uit.l.iure cōi.ff.de ſer.ru.pre.&.l. uti frui
.ff.ſi uſufru.pe.& probatur in.d.l.ſi ſeruan
dorum.§.fi. Vltimo dixi agri mei cā quia ſi
haberē fundū ꝓ quo tenerē pecora paſcen
da non poſſet eſſe tale ius paſcendi ſeruitus
preſertiꝫ realis ſeu predialis ſed eſſet ſerui
tus ꝑſonalis ſeu ius perſonale ut ē tex.cum
glo.ordi.in uerbo. excep.in.l.ſi quis unas
edes.ff.de uſufru.& tex.cū glo.& ibi doct. i
.l.pecoris.& nō.ꝑ glo.& doc.in.l.ut pomū
.ff.de ſerui.& per tex.glo. Bar.& doc.in .l.
mela.§.fi.ff.de ali.& cib.lega.Circa quod ui
de quē plenē dixi in.i.li.in prin. poſt diffi
nitionē ſeruitutis & ti.de aqueductu.ii.q.

Viſa diffinitione huiꝰ ſeruitutis iuris pa
ſcendi quero primo que dicātur paſcua &
dic paſcua ſiue ſaltus dicunᷣ loca ubi beſtie
paſcūᷣ.l.ſilua cedua.§.fi.ff.de uer.ſig.&.l. ſi
diuortio.§.plane.ff.ſo.ma.&.l.1.& per totuꝫ
titulū.C.de paſcu.pub.uel priua.li.xi. & ui
de glo.in.d.§.plane ubi dicitur ꝙ paſcio di
citur locus ubi beſtie paſcuntur allegat.d.l.
ſi quis unas edes & ē tex.i.l. inſtrumenta ī
fi.ff.d' fundo inſtruc.& ſimiliᷣ ſilua paſcua
dicitur q̄ paſcuis pecudū ē deſtinata ut.d.l.
ſilua cedua.§.fi. Quero ſecundo quotu
plex ē paſcuum dic duplex.Nam quoddā ē
publicū & quoddam priuatum ut ꝓbatur ī
ꝝica & per totū ti.C.de paſcu.pub.uel pri
ua.li.xi.& de paſcuis publicis dicemus i.xii.
& ultima.q.principali. Quero tertio an
ſeruitus iuris paſcēdi ſit ruſtica uel urbana.
Dic inſpiciēdū eſſe fūdū ꝑꝑ quem debetur
iſtud ius paſcēdi qm̄ ſeruitꝰ iudicatur ruſti
ca uel urbana prout ē fundus cui ſeruitus d'
betur ut nō.gl.in i℣.areā i.l.i.ff.de ſerui.ru.
pre.& ideo ſi fundus ꝑꝑ quē debetur iſta ſ'
uitus iuxta nō.per glo.in.l.pecoris.ff.de ſer
ui.ru.predi.& ea que dixi ſupra ī prima.q.
i fi.ē urbanus erit ſeruitus urbana & ſi ru
ſticus erit ruſtica poſſet eni eſſe ꝙ in loco
nō eſſet abūdātia terre puta in aliquo caſtel
lo tunc eſſet neceſſariū tenere pecora cauſa
ſtercoriꝫādi fundum urbanū in quo eſſꝫ or
tus pro uſu familie ut.l.urbana predia.cum
ibi notatis per glo.& doc.ff.de uer.ſig.circa
ꝙ uide que plene dixi in primo li.in.iiii.di
ui.ſeruitutis & per ea que dicūᷣ ibi declara
tur iſta.q. Quero quarto qūo acquiratᷣ
iſta ſeruitus dic ꝙ pluribus mōis.Primo in
ſtitutiōe uel alia ultima uoluntate ſi ius pa
ſcendi relinquatᷣ ar.inſti.de ſerui.§.fi.& de
uſufr.§.i.&.l.uſuſfructus pluribus modis.ff
de uſufruc.&.l.corruptioneꝫ in prin.C.eo.
ti.cum ſy.Secundo pactionibus & ſtipulati
onibus uel cōtractibus.puta ēptione uendi
tione uel donatione ut probatur iſti.de ſer
uituti.§.pe.cū glo.in ℣.pactiouibꝰ & inſti.
de uſufruc.§.ſine iſto. Sed circa hoc du
bitatᷣ an uēdito uel legato fundo uideantur
uendita paſcua que ſunt uel debētur i aliis
prediis uenditoris Et in hoc diſtingue aut
paſcua erāt deputata ad uſū fūdi uenditi &
ꝯ eo uno nomine nūcupata & tūc ueniūt ēt
paſcua ut eſt caſus & ibi hoc notat Bar.in.l.

ſeye.§.ſi tirānē.ff.de fūdo īſtru.& probatur. i.l.teſtatrix.§.i.ff.ſi ſer.uen.facit.l.fi.in prin. & ibi nō.ff.de ſer.ur.pdi.&.d.l.teſtatrix in prin.& in fi.&.l.i.cuz ibi notatis per glo.& Bar.ff.de re.du. Aut dicta paſcua erant deputata ad uſum fundi uēditi ſed uno nomie nō erant nūcupata & tūc illa paſcua fuerūt empta q̄ erāt deputata ad uſuz dicti fundi tm̄ Et ideo per tex.d.l.teſtatrix.§.i.quia uēdendo funduz ſimpliciter preſumitur uēdidiſſe totus & cū omni iur.ſibi ſpectāte niſi aliquid ſit exceptuatū ut.l.qui tabernā cuz ibi nō.ff.d' contrahen.emp.& uen.in.l.i.C. que res.pi.da.ſit & Bal.in.l.i.C.qui teſta.fa. poſ.&.l.ſi domus.§.fi.ff.de le.i.& in.l.ticia teſtō.§.lucius ticius de le.ii. Et hoc intellige qn̄ paſcua.i.ius paſcēdi debet uenditroi i fundo alieno pro fundo uēdito quia tūc ē proprie ſeruitus ut dicta.l.teſtatrix.§.fi.cuz glo.in.℣.legatario in fi.& idem qn̄ paſcua deberent in fundo uniuerſitatis quia tūc ēt poſſz dici ſeruit⁹ debita uni ad uniuerſitatē uendēti fundū propriū ſeu debita illi fundo quia licet fundus in quo debet ius paſcēdi ſit uniuerſitatis non tamē dicit ſingulorꝝ.l. in tm̄.§.uniuerſitatis.ff.de reruz di.&.l.ſed ſi hac.§.qui manumittit cuz ibi nō.ff.de in ius uocā.ſed ſi uendens haberet ius cōpaſcēdi in fundo cōi iſta nō poſſet dici ꝓprie ſeruitus quia res ſua nemini ſeruit etiam cōis ut ſingul' ut.l.in re cōi.ff.de ſer.ur predi.& .l.uti frui.ff.ſi uſusfruc.pe.& ita debet intelligi glo.in.d.l.teſtatrix.§.fi.ff.ſi ſer.uen. Et ex hoc ſequitur ſi uniuerſitas alicuius uille emit ſaltem res cōez ut ius paſcēdi haberet & aliqui de dicta uilla predia ſua ꝓpria uēderint ſi aliud dictū nō ē uenit i dicta uēditione ius ɔpaſcendi ꝙ habebat dictus uēditor ut eſt caſus in.d.l.teſtatrix.§.i.& propter hoc al' iudicaui i.q.mihi ſic commiſſa. Quidam habebat i flumine atheſi unū molēdinuz magni precii & quia ē illo flumine prope erat alius loc⁹ ꝓ molendino faciēdo ut aliquis nō haberet cauſaz cōſtruendi ibi aliud molēdinū & dānificādi ſuū emit illū locū ſeu poſtam mollēdini ſolū ut remaneret uacua ne dānificaretur ſuū mollēdinuz uendidit molendinū.Similiter iudicaui ꝙ i illa uenditione ueniret etiā illa poſta molēdini per dictā.l.teſtatrix.§.i.ff.ſi ſerui.uen. & faciūt ea que dicta ſunt ꝙ ē nō. Predicta tamē itellige niſi quantitas predii ſudaret cōtrariū puta quia preciū cōueniret ſolū molendino ac poſte molendini qa utrūqz multoplus ualeret ar.l.i.cum ibi nō.ff.ad treb.et ar.glo.notabilis in.l.i.§.i.in ℣.agendo in fi. .ff.de ſuperfici.& glo.in.l.ſemper i ſtipulationibus ibi iter actus intellige ēt actuz rōne rei de reg.iuris.& glo.in l.in obſcuris eo.ti. facit c.i.§.donare in ti.qualiter oli feu.poſſ. alie.& quod nō.lodo.in.l.diuor.§.ob donationes i ſecūda colum.ff.ſo.ma.Et idem dico de iure paſcendi ut nō ueniat in uenditiōe facta de fundo qn̄ preciū cōueniret ſolū rei uēdite & nō iuri etiā paſcēdi per predicta. Aut dicta paſcua nō erāt deputata ad uſuz fundi uenditi.nec eo nomine nūcupabātur cū fundo uendito & tūc aut paſcua ſiue ius paſcēdi nō debētur niſi illi qui habet certū numerꝝ camporū.xxv.ſicut eſt i quibuſdaz locis ſtatutum & tūc ſi quis uendiderit ſimpliciter fūdum ſuū pro maiori numero cāporꝝ.xxv.ēt non uidet uendere paſcua ſeu ius paſculādi quia illud ius nō debetur extraneo ex forma ſtatuti niſi habeat uigore emptionis quia i ea nō ē nominatus.l.in uēdendo i prin.ff.de cōtrahen.ēp.nec uigore ſtatuti quia illud nō loquit niſi i habētibus cōmodū burſale ſingulis mēſibus puta quia quādo beſtie hominū illius uille paſcuunt gratis & ſine aliquo precio quod det coitati.Nā tūc licet nomē ſit uniuerſorū tn̄ effect⁹ ē ſingularis ut.l.ſicut.§.i.ff.ꝙ cuiuſqz uni. no.&.d.l.in tantum.§.uniuerſitatis.Et ideo dico ꝙ ois utilitas perueniret ad uniuerſitatem & ea poſtea diuident iure ſingulari eadem ratiōe.Sed archi.& Roſ.xiiii.q.ii.c.i.dicit ꝙ lz in cā uniuerſitatis conſtitutiōes de uniuerſitate admittant tn̄ non oīo eis plena fides adhibetur & ſic non faciūt plena ꝓbationem.Inducunt anto.de bu.in.c.cum nūcius extra de teſti.qui dicit hoc dictum archi.ꝓcedere quo ad uniuerſitatē nō quo ad eccleſiam qa res uniuerſitatis plus ſpectant ad ſingulos q̄ res eccleſie ad ſingulos. Et ſic uult ant.de but.facere differētiā inter uniuerſitatē ſingularem & eccleſiaz q̄ dn̄a non placet Io.de Imo.in.d.c.cum nuncius. ex quo cōmodum applicatur uniuerſitati i uno caſu ſicut in alio nec magis ſpectat ad ſingulos i uno caſu q̄ in alio.Vnde i pe dicit qd' ubi plures q̄ duo teſtes poſſunt haberi duo de uniuerſitate non ſufficerent.Et hoc modo itelligat dictū archi.Sed ubi nō poſſent haberi niſi duo forte ꝓpter facti ātiqtatem tūc in ſubſidium ſtaret dicto duorū

teſtiuꝫ ex quo cõmodũ uenit applicandum
uniuerſitati.facit i ſimili quod nõ. Bar.l.de
minore.§.tromenta.ff.de q̃ſti. Ego auteꝫ in
hoc articulo quãtũ ad materiã iuris paſcen
di puto aliter eſſe dicẽdũ ita dinſtguẽdo Si
querit̃ an homines de uniuerſitate poſſint
eſſe teſtes Aut eſt qõ inter homines de uni
uerſitate ille diſtĩcte poſſunt ĩ teſtimoniũ
adhiberi & deponere pro uno de uniuerſi
tate & pro alio quia tũc ceſſaret cauſe ſuſpi
tio cuꝫ preſumatur in dubio teſtis diligere
unũ ſicut alium ex quo cenſet̃ iter eos eſſe
par affectio ar.l.nõ ſolum.§.de uno & quod
nõ. Bar.ff.de ritu.nup. Et ita tenet Cardi
nalis ʒabare.i c.cũ.nũcius i fi.extra de teſti.
& pro hoc facit ꝙ nõ.Bar.i.l.extraneo.§.de
q̃one.ff.de queſti.&.l. qui iſtud ad fi.ff. de
teſta.pro hoc ẽ tex.cũ glo.magna in fi.ĩ.q.v.
&.c.cõſanguinei & glo.& doc.ĩ.c.poſtremo
de app.& ꝙ nõ. Bal.in.l.cuꝫ alie.C.de legi.
Aut ẽ qõ inter homines aliquos de uniuerſi
tate & extraneũ & tũc alii de uniuerſitate
poſſunt ẽẽ teſtes niſi ſentirẽt aliquod como
dum uel ſentire poſſent quia ſimilẽ cãm ha
beret ut.c.pſonas cuꝫ ibi nõ.extra de teſti.
Aut nõ ẽ qõ inter homines de uniuerſitate
ſed iter uniuerſitatem & extraneum & tũc
aut tractat̃ de iure paſcẽdi cõpetenti tantũ
uniuerſitati ita ꝙ utilitatẽ effectus in totuꝫ
uel i parte uenit etiam i ſingulos de uniuer
ſitate uel principaliter qa ſinguli depaſcũt
animalia ſua & tũc ñ poſſunt teſtificari illi
qui ſunt de ipſa uniuerſitate qa dicerẽt̃ ẽẽ
teſtes in facto proprio.l.oibus.ff.de teſti.&
.l.nullus.ff.eo.ti.Idem qñ utilitatis effectus
principaliter competeret uniuerſitati & in
ꝯñam ſingulis de uniuerſitate puta qa uni
uerſitas locat paſcua & recipit preciũ quod
diuidit poſtea inter ſingulos & idẽ eadem
ratione ut dixi facit glo.ſingularis.l.de iure
ff.ad municip.& ꝙ nõ.l.ex.quacũqꝫ.ff.ſi qs
in ius uoc.nõ ie.ꝙ ẽ itelligendũ quãdo ſunt
ſinguli capates illius utilitatis al' ſecus ſicut
cõtingit in cauſa mõaſterii quia licet qñqꝫ
de bonis monaſterii fiãt portioues iter ſin
gulos monachos ut.c.inſinuãte extra q cleri
ci &.c.dilecto de preben.tamẽ non ſinguli
monaci habẽt ius petẽdi illas portiones ut
ibi notat̃.facit ꝙ habet̃ i.c.ii.d' ſta.mo.&.c.
edoceri de reſcrip.Et propterea ſinguli mo
naci in cã ſue uniuerſitatis poterunt teſtifi
cari Et hoc uidet̃ Cardinal' ʒab.i dicto.c.cũ
nũcius.qui facit drãꝫ iter cauſaꝫ uniuerſita
tis ſecularis & eccleſiaſtice Aut tractat̃ de
iure paſcẽdi ꝙ competit uniuerſitati tantũ
quia nullo modo cõicat̃ cũ ſingulis de uni-
uerſitate ne iter eos diuidit̃ & tunc querit̃
nũquid homĩes de illa uniuerſitate poſſint
ĩ teſtes admitti & examinari & dic ꝙ ſic p
.l.in tãtuꝫ.§.uniuerſitatis.ff.de rerũ diui.&
.l.ſed ſi hac.§.q manumittit̃.ff.de ĩ ius uo.
Aut querit̃ nũquid dictũ eoꝝ faciat plenã
fidẽ & ſic an ſint dicti teſtes omni excepti
one maiores.Et i hoc ego tenerẽ opi. archi.
uꝫ ꝙ non facerent plenam fidem ſed pſum
ptionem iducãt quia negari non põt eos ñ
habere aliquam affectionem ad ſuam uni-
uerſitatem quia ſi cõiter habere ꝯſueuerũt
ideo hoc pſumere debemus ar.l.certi condi
tio.§.ſi nũmos.ff.ſi cer.peta.& per id ꝙ ha-
bet̃ per glo.& doc.i.l.i.C.de arbi.& ideo ñ
ſunt oĩ exceptione maiores ex quo exceptõ
iſta preſumpta põt eis opponi ut ẽ glo.no-
tabilis ĩn.c.i.in ꝟ.maiores extra de conſag.
& affi.& iſti.de inutili.ſtip.§.Itẽ uerborum
Nec facio drãm abſolute iter uniuerſitateꝫ
eccleſiaſticã & ſecularẽ ſicut facere uidetur
anto.de but.ĩ dicto.c.nuncius de teſti.puto
tamen ꝙ maiorem pſumptionem faciant q
ſunt d̃ uniuerſitate eccleſiaſtica q̃ illi q ſũt
de ſeculari tum quia minus iuris habent p
ſone eccleſiaſtice quia ius ꝙ habẽt ĩ uniuer
ſitate eccleſiaſtica nõ trãſmittũt ad heredes
ſicut faciunt laici iuxta nõ.in.c.pſẽti de offi.
ordi.in.vi.cũ ſy.tum quia perſone religioſe
ſeu eccleſiaſtice magis ĩ dubio ſunt digne q̃
ſeculares ar.glo.notabil'.lxx.di.monachus ĩ
ꝟ.examinari.Credo tamen ſi eſſent plures
fidem plenam facerẽt quia hoc ꝙ deficit ĩ
fide ſuplet numerus ut eſt glo. notabilis in
.l.iii.§.eiuſdem quoqꝫ principis in ꝟ.nume
rus.ff.de teſti.& pro hoc glo.i.in.c.cũ a no-
bis.& ibi doc.extra de teſti.& tex.cum glo.
in.c.cum cãmqꝫ extra de proba.facit ꝙ nõ.
Bar.in.l.i.§.idẽ cornelio.ff.de queſti.& bal.
in.l.ſi quis exargentariis.§.ii.ff.de eden. In
hoc tamẽ cõcludo relinquẽdũ eſſe arbitrio
iudicãtis an illis teſtibꝰ ſit plena fides adhi
benda qui habet conſiderare qualitatem &
cõditionem teſtium ſiue perſonarũ & quã-
titatem cauſe & ſi tota uniuerſitas magnaꝫ
habet i illa cauſa affectioneꝫ ita ut ſit ſuſpi
candum de illis de uniuerſitate teſtantibus
ar.l.iii.§.i.&.§.eiuſdemqꝫ principis cuꝫ ibi
notatis.ff.de teſtibus. Sed pone iuxta p-
dicta ꝙ teſtis examinatꝰ in cã uniuerſitatis

puta paſcui ſi ſentit cõmodũ dixit ꝙ nõ an itelligatur falſum dixiſſe ut repellatur a teſtificando uel qñ colligitur ex ꝓcedẽtib⁹ ſi repellebatur dixit falſum al' ſecus. Iteꝫ dixit Bar. in. l. ex quacũqꝫ. i. iiii. col'. ff. ſi quis in ius uo. non ie. de quo dic ut ibi p eũ & doc. ꝙ ꝑpetuo tene mẽti. Quarto pricipal'r acqritur hec ſeruitus uel ius paſcẽdi ſententia ar. l. vi. que incipit uſusfruct. §. i. ff. de uſu fruc. Quinto acquirit' etiã hec ſeruitus lege uel ſtatuto Naꝫ. l. acquiritur. i. acquiſita ẽ quia de iure cautũ ẽ ut quicũqꝫ per terraꝫ trãſiens equũ ſuuꝫ pabulare uoluerit iuxta uiaꝫ in ꝓpinquo loco amplecti poſſit ad refectionẽ & reſpirationẽ equi ſui ipune etiã de herba uiridi & ſilua ſine uaſtatiõe utat' pro ſua cõmoditate & uſu neceſſario. Ita dicit tex. i. c. i. §. fi. i ti. de pace tenen. in uſi. feu. quẽ tex. declara ut ibi p doc. Iaco. & albe. & hoc tenet ibi bal. qui dicit p illũ tex. ꝙ qcũqꝫ tranſit per terrã cũ equo põt equũ ſuum ſaturare iuxta uiã & põt etiã uti herba uiridi & ſilua ſine deuaſtatiõe alicui⁹. Et idẽ tenet albe. de roſate in. l. fi. C. ad. l. acquiliam pro hoc facit quia de iure diuino licitum ẽ comedere uuas in agro alterius ſed non exportare & colligere ſpicas & nõ mittere falcem i meſſem alienã de conſec. di. v. diſcipulos. Et plus dixit Bar. in. l. ii. in fine per illus tex. C. de paſcu. pu. uel priua. li. xi. ꝙ milites Imperatoris deſcendentes ad partes tuſcie poſſunt petere a tuſcis ut aſſignent eis prata quib⁹ poſſint eoꝝ equos paſcere nõ tam debeant deuaſtare prata ut ibi. Sed cõtra predicta opponit' & uidet' ꝙ imo ñ liceat in alieno paſcer' equũ etiã iuxta uiã. l. quit⁹ mutius. ff. ad. l. acquil. So. ille. §. fi. in. c. i. de pace debet itelligi ſecũdũ and. de yſer. ibi ꝙ ille qui paſcebat non erat in agro ſed in uia unde ſe appropinquabat ad ſepem ſepantẽ agrũ a uia & recipiebat de herba ul' d' frondibus pẽdẽtibus ſupra uiam uel accipiebat de herba ex ſilua ibi propinqua iuxta uiaꝫ pro refectione equi ſui feſſi quod licet duꝫ modo ſine damno faciat Et ẽ ratio quia ſibi prodeſt & alteri nõ nocet. ff. de euic. l. in debitore in fi. Sed do. Iaco. de aluaro. in. d. c. i. §. fi. dicit ꝙ licet iſta lectura i ſe ſit uera tam nõ uidet' illi littere cõuenire quia ille tex. § fi. preſupponit ꝙ tranſitus fiebat per terrã & nõ per uiã. Item quia ſatis modicaꝫ dubitatiõeꝫ habebat idcirco alii legũt ſecũdũ eũ ꝙ iſte equitãs paſcebat equuꝫ ſuum in agro iuxta uiã quod licꝫ tũ quia ſibi ꝓdeſt & alii non nocet tũ quia facit hoc ex neceſſitate ac etiã quia iuſte credebat dñm ꝑmiſſuruꝫ ſi hoc ſciret unde non uidetur delinquere ut nõ. inſti. de obli. que ex delic. na. §. furtum. Item quia licet hoc uideatur iuridicũ tñ qa cũ iſtud ſibi prodeſt & alteri nõ noceat eqtas ſuggerit ut hoc admittatur ut uidemus i ſimili in. l. in ſumma. §. iteꝫ uarus. ff. de aq* plu. ar. & ita notat glo. que hoc tenet. xxiii. q. ii. c. fi. Sed circa predicta cõiter ſũt ſtatuta que ſpecialiter prouident in quo loco & in quo tempore licituꝫ ſit paſular'. Sꝫ qd ſi ſtatutnm eſt in ciuitate ut in talibus pratis hoies nõ poſſint tenere beſtias ad paſcẽdum ifra terminos deſignatos & ſic i certa ꝑte prati poterit paſci & in certa ñ Et qdã fuit accuſatus ꝙ tenuerat beſtias i dictis pratis nec fuerat dictũ in accuſatione in terminos deſignatos & ſic ſimpliciter fuit ꝓbatũ an ex hoc ſequi poſſit condempnatio. Bar. format hãc. q. in. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. eo. ti. p quã dicit qñ unũ & idẽ factũ non ẽ ꝓhibitũ in qualibet parte loci debꝫ exprimi & ꝓbari illa pars loci in qua factũ punibile & pro hoc uidet' tex. ſecũdũ eũ in. l. i. i fi. cum. l. ſe. ff. de incen. ru. & nau. Idem dicit Bar. de tẽpore. Pone poſt medium mẽſem marcii lꝫ paſculare in certis pratis & nõ añ qui accuſauit de mẽſe marcii nõ dicit i qua parte dicti mẽſis niſi exprimat' & ꝓbet' illa pars tẽporis i qua factũ ẽ punibile nõ ſeqt' cõdẽnatio. pro hoc optime facit quod nõ. l. eũ actũ. ff. de neg. geſ. & pro hoc ego allego quod notat Ang. i. l. i ſubſtitutione de ul'. & pu. ubi dicit per illum tex. ꝙ ubi certũ & d'terminatũ tempus ẽ de ſubſtãtia diſpõnis illud punctualiter iteruenire debꝫ al' diſpõ nõ tenet allegat. d. l. eũ actũ. & l. matrem. C. ꝗ ꝓba. p quẽ tex. Bal. ibi dicit multas qſtiones ſil'es uꝫ ſi ex forma ſtatuti magnates ñ poſſunt intrare palatium ante pulſationeꝫ cãpane ſub certa pena ſi probatur itroit⁹ ñ ſufficit niſi probet' explicite ꝙ ꝑcuſſit poſt ſonum campane uel intrauit ante ſonum. l. denũtiaſſe. §. quid tñ. ff. de adul. l. pretor. §. dotem. ff. ui bo. rap. Ieds ſi preſ biter a parochiano petit decimas de queſitis & parochianus dicit ſe non teneri quia ille queſiuit añ cõſiliũ lateraneñ. debet enim ꝓbare ꝙ ante queſierit cũ ſacerdotis itentio ſit fũdata de iure cõi ſecũdũ Cy. & Ang. in. d. l. in rõnem Idem dicit Ang. ſi creditor agit ypotecaria

cōtra ipm poſſeſſorem poſſeſſor confiteret rem fuiſſe de bonis debitoris ſed negat fuiſſe eius tēpore obligationis contracte. Nam creditor debet ꝓbare ꝙ illo tempore fuerit debitoris ꝙ iſtud ē de ſubſtātia ad fundādū ītentionē creditoris ſecundū.Cy.i.l.& q̄ nō dum.§.quod dicitur.ff.de pigno.quod dicit eſſe uerū i priuato creditore agente.Secus ē in fiſco ut ē tex.ſingularis ſecundū unā lecturam i.l.i.C.de iure fiſ. Ite pro hoc allego quod notat idē Ang.i.l.ii.i ſecunda col.C.de peti.heredi.ubi dicit p illam.l.ꝙ ubicunq aliquod tēpus pūctualitter ē de ſubſtātia ad uictoriā reportādā ibi illud tēpus debet ꝓbari liquido & punctualiter allegat.d.l.matrem &.d.l.eū actū.Et idē dicit in loco ut.d.l.non ſolū.§.ſed ut ꝓbari.& idē dicit i ꝓcuratore denōciāte ut ꝓcurator ut.l.denūcias ſe.§.quid tū.ff.de adul.& idē etiā dicit eſſe in alia qualitate.l.pretor.§.nō autem &.§.ſi quiſ dolo.ff.ſi quis teſta.li.eſ.ius.fu.Et idem uult ipe Ang.in.l.i.§.fi.ff.de icen.ru.& na.qui dicit ꝙ ubi lex exigit certū locū ul' tēp⁹ illud deduci & punctualiter ꝓbari oportet ut ibi &.l.ſi quis ex naufragio eo.ti.&.l.libellorū.ff.de accu.cū ſy.Et idē etiā dicit ang.i.l.eū qui.§.publiciana p illum tex.ff.de public.qui ſubdit ꝙ cautus ſit ille qui debet ꝓbare i deducēdo & ꝓbando dictū tēpus pūctualiter al' ſuccūberet facit.l.ſed.ſi alienum §.i extraneis eo.ti.Et iſtā ſententiam tenet ēt Bar.i.l.matrē circa prin.C.de proba.qui dicit ꝙ qn̄cūq ꝓbatio conſiſtit i differētia tēporis uel loci oportet ꝙ fundans ſe ex differentia ꝓbet drīā per.d.l.matrē & per.d.l.eū actū.facit.l.i illa ſtipulatione.ſi cal'.&.l.hoc iure & quod ibi notat Bar.& doc.ff.de uer.obli.Et idē in effectu tenet Bal.i.l.fi.in iii.col'.℣.ex quibus concludo ibi ubicunq iuris rō.C.de edic.diui.adri.tol.& per hoc etiam facit ꝙ nō.Inno.i.c.cū inhibitio i ultima glo.extra de clam.deſpon. Et quod nō Flo.in.l.ſi domin⁹ ſeruum in fi.ff.ad.l.aql q dicit per glo.ibi ꝙ ubi act⁹ pōt ſe habere ad habitū & ꝑmiſſum ſemꝑ in dubio itelligitur eſſe factus ex poteſtate ꝑmittente Et dicit hanc eſſe notabilē preſumptionē que ꝓbat' in.l.merito.ff.pro ſocio.& d' iſta q̄ſtione uide plene p abatē i.c.audit⁹ i ultima carta extra de preſcrip.& adde.l.cum te & quod ibi notat Sali.C.de dona.l.aut ſtichus ff.de ſta.lib. Q.nero ſexto principaliter qūo quis debeat uti ſeruitute iuris paſcēdi.

Et primo dic ꝙ debet uti prout i cōſtitutione ſeruitutis cōuentū ē ar.l.i.§.ſi cōuenerit.ff.depoſi.uel prout ē cōſuetudo uel ſtatutū i loco ar.l.qui luminibus.ff.de ſerui.ur.ꝑdi.&.l.an in totū.C.de edi.priua.facit quod dixi ſupra i ſeruitute aqueduct⁹ i.viii.q.pricipali.Et iō quis debet uti illo genere pecorū de quibus cōuentum eſt in conſtitutōe ſeruitutis & nō alio ar.l.certo generi in pri.& per totā illā.l.ff.de ſerui.ru.predi.Sed qd ſi ſimpl' ē cōſtituta ſeruit⁹ uel ius paſcendi in fūdo alieno an poſſit cū omni pecore cuiuſcūq generis ſit paſculari & uidet' ꝙ ſic ſi n̄ eſt expreſſa ſpecies pecorū ar.l.in tradendi in prin.ff.cōi.pre.& dicta.l.certo generi.§.fi.&.l.ſi ſeruitus i pri.cū ibi nō.ff.de ſer.ur.predi.ꝙ credo eſſe uerū niſi ex aliis circunſtantiis appareret cōtrarium ſenſiſſe p.l.ſi ſeruus pluriū.§.fi.cū ibi notatis.ff.de le.i.cū ſi.Item quid ſi eſt expreſſum de pecudibus & reperiūt' pecudes gētiles & nobiles que habēt optimā lanā & magnā curā & cuſtodiā reqrūt ut ſūt pecudes ueronēſes & r̄periunt' ēt alie que hn̄t lanam groſſam & nō reqrūt cuſtodiā ut ſunt pecudes ytalie & ſ̄uitus ſimpl'r ē cōſtituta de pecudib⁹ an poſſint ad paſcua duci tā pecudes groſſe q̄ nobiles uel econtra puto ꝙ ſit inſpiciendus locus i quo ſit ſeruitus cōſtituta quia ſi in illo ſunt tm̄ groſſe nō itelligeret' de nobilibus & ecōtra ſi aliquod dānum uel itereſſe eſſet cōſtituēti ſeruitutē quia i dubio uidet' eſſe actū de illis i loco ubi eſſe cōſueuerūt ar.l.ſemper in ſtipulationib⁹ cū ibi notatis.ff.d' reg.iur.nec debet applicari numero pecorꝫ uti i paſcēdo q̄ ſit ſeruitus cōſtituta ar.l.i.§.trebatius cū.§.ſeqn.ff.de aqua coti.& eſti.d' aqua etiā dicā in ſequenti.q.principali nec i alio loco uel tēpore cū ſit ſeruitus ꝯſtituta .l.certo generi.ff.de ſerui.ru.predi.&.l.ſi eo loco.§.fi.ff.ſi ſerui.uen.&.l.ſi cui eſt uia in prin.&.l.ſi quis alia in prin.ff.quēadmodū ſeruitutes amit.&.l.ſi coē.§.i.eo.ti.Sed ubi nō eſſet cōuentio uel cōſuetudo aut ſtatutū deb uti ſecundum naturā ſeruitutis iuris paſcēdi de qua habet' i.l.pecoris cū.l.ſeqn.ff.de ſerui.ru.pre.Item non debet quis uti paſcuis cū pecoribus morboſis ſeu peſtiferis quia alia pecora cōtagiōe morboſi pecoris perirent ſeu perire poſſent.l.iulianus i prin.cum ibi notatis.ff.de ac.emp.Vnde dicit' morbida facta pecus totū crorūpit ouile.Ne maculet ſocias ē ſeperanda grege.Et

ideo ſcribit btũs Ieronimus. Reſecãde ſunt
putride carnes & ſcabioſa ouis repellenda
ne tota domus ardeat maſſa corrumpatur
corpus putreſcat & pecora intereãt. ut habe
tur. xxiiii. q. iii. reſecãde. & per hoc ẽ tex in
c. fi. ꝟ. ouem morbidam. ff. de ſta. ho. & ibi
glo. dicit quod una ouis morbida totuȝ gre
gem inficit. xlv. di. ſȝ illud refert & facit tex
cũ glo. i. ꝟ. iũcta. §. ex hoc edicto. ff. de dam
ĩfec. & tex. i. l. ii. C. de ſum. tri. ꝑ quẽ dixit ibi
Guil. de cu. & Bal. & Pau. de ca. & docto. ꝙ
ubicũqȝ ẽ huiuſmodi timor infectionis põt
fieri expulſio etiã ď ciuitate allegat in autẽ.
iuſiuran. ꝙ pre. ab his in fi. Et etiam dicit ꝙ
ſi aliqua inboneſta mulier uenit in uicinias
poſſuut uicini facere ipſaȝ expelli Et idẽ ď
leproſis & ſimilibꝰ Et de hoc eſt glo. ĩ. c. i. in
ꝟ. expellant de uſuris in. vi. de hoc etiam
ſcripſi i. l. ediles etiã. §. pedius ĩ. iiii. notabili
ff. de edil. edic. ꝙ bene nota qa cotidie põt
contingere. Nunquid autẽ habens ſerui
tutẽ iuris paſcẽdi ĩ fundo aliẽo debeat ipãȝ
ſeruituteȝ poſtea diuidere Diſtingue duos
caſus aut ambo ſunt contenti diuidere aut
unus tm̃ uult diuidere alter non. Primo ca
ſu ſubdiſtingue aut queris de diuiſione ſer
uitutis & iſta non põt diuidi quia ẽ diuiſi
bilis. l. ſi unus. ff. de ſerui. ru. pre. & l. ſi ſub
una. §. fi. ff. de uer. ob. & hoc uult glo. fi. in fi.
in. l. ſi ex meo. ff. de ſer. ru. predi. & hoc teneȝ
bar. in. l. ſtipulationes non diuidũtur ĩ pri.
in. ii. opinione. ff. de uer. ob. Et ẽ rõ quia ſer
uitutes ruſtice reales ſunt ſecũdũ ĩdigẽtiaȝ
rei uel predii dominantis & uſui ĩ hoc eq ꝑ
atur ut. l. ergo in. fi. ff. de ſer. ru. pre. & nõ.
Bar. in. l. eadẽ. §. cato in. vi. q. & dicta. l. ſtipu
lationes non diuidunť ĩ. iiii. q. poſt mediaȝ
col. de uer. ob. & ideo ſicut uſus eſt indiui‑
duus. l. uſus pars. ff. de uſu & habi. ita etiam
ſeruitus iuris paſcẽdi. Aut queris de fundo
in quo debeť ſeruitꝰ iuris paſcẽdi uel de ip
ſis pecoribus & in his põt. fieri diuiſio uide
licet ut citra ꝑtẽ fundi paſcãť & ĩ illa ſit ſer
uitus & ĩ aliis partibꝰ fundi remittať ſuitꝰ
ut. l. ad certã. ff. de ſerui. & l. ſi quis duas. §. ſi
quis partem. ff. cõi. ꝑdi. facit. l. certo generi ĩ
prin. de ſer. ru. pre. & l. ſi cui uia in prin. ff.
quẽad. ſer. ami. non aũt põt diuidi pro ꝑte ĩ
certa ꝓ indiuiſio. l. ꝑtis. ff. de ſer. & l. qui per
certum. ff. cõi pre. & l. pluribus. §. fi. de uer.
ſig. & hoc uult Bar. in prin. ſecũde op. ĩ. l. ſti
pulationes non diuidiť de uer. ob. Et ſimili
ter nõ põt diuidi numerus pecoꝝ niſi pro

diuiſo pro pecoꝝ numero & nõ aliter ar. l.
uſumfructuarium. §. in uiuariis. & quod ibi
notat flor. ff. de uſufruc. & Bar. d. ii. op. dicẽſ
nõ cadere ẽt diuiſionẽ ꝓ diuiſio qa ſi fieret
talis diuiſio nullus erit uſus tñ ſi fieret huiꝰ
mõi diuiſio inter habentem ſeruitutẽ iuris
paſcẽdi & debẽtem ſeruituteȝ puta. xxv. cã
pos oio nõ cõprehendiť uigore emptionis
quia ĩ ea nõ eſt noiatꝰ. l. in uendendo ĩ pri.
ff. de contrahen. emp. nec uigore ſtatuti qa
illud non loquiť niſi in habẽtibus. xxv. cam
pos. imo plus dico etiã ſi uendens diceret ꝙ
comprehẽdereť ius paſcẽdi nõ ualeret ar. l.
ſi ita ſcrip. ff. regula cũ ibi notatis. ff. de libe.
& poſtu. Aut uendidit. xxv. campos uel ul‑
tra & tũc teneo qñ uẽditio eſſȝ ſimpliciter
facta nulla mẽtione de iure paſcẽdi ꝙ uẽit
etiam illud ius paſculandi tanq̃ connexum
ar. dicti. §. regula ꝯ ibi notatis per gl. & doc.
facit. l. alienatio. ff. de contrahen. emp. & l.
traditio in prin. ff. de acqr. re. do. aut paſcua
ſiue ius paſculandi cõpetit uni ſuo iure pro
prio puta quia emit uel aliter acquiſiuit ius
paſculandi ĩ fundo alterius uel cõi & uẽdi‑
dit poſtea aliũ fundũȝ ſuũ nulla habita mẽ
tione de iure paſcẽdi & tũc ñ comprehẽdi
tur illud ius paſculandi per dicta. l. ĩuẽden
do in prin. Sed circa predicta dubitari
põt an ius paſculandi queſitũ per tirãnũ ꝯ
ius in prediis alienis trãſeat in eccleſiam &
dic ꝙ nõ quia eccleſia ẽ cultrix & altrix iu‑
ſticie nec patitur aliqs contra iuſticiaȝ in ſe
ferre uel ĩ alterũ licet priuatus ſepe deuiet a
iuſticia ut ẽ tex. ſing. in. c. i. §. & ſi cliẽtulus ĩ
ti. de alie. feu. Et quia eccleſia non ſuccedit ĩ
aliquo turpi queſtu. c. ex tranſmiſſa extra ď
deci. & ideo debet illis reſtitui quibus eſt ĩ
iuſte ablatuȝ uel uſurpatum uel pauperibꝰ
erogari. ar. c. cum tu extra de uſur. & c. cum
ſit minus de Iudeis. facit. l. ii. & ꝙ ibi nõ. C.
ď epi. audi. Tertio acquiritur ſuitus ſiue
ius paſculandi ꝑſcriptione uel cõſuetudine
preſcripta ſicut alia quelibet ſeruitus & iuſ
acquiri põt ut. l. i. & ii. cũ ibi nõ. C. de ſer. &
l. ſeruitutẽ predioꝝ cum ibi nõ. per glo. &
doc. ff. de ſer. & l. hoc iure. §. ductus aque. ff.
de aqua coti. & eſti. & c. fi. cum ibi nõ. extra
de cõſue. cum ſy. & iſtud ẽ claꝝ. Sed du‑
bium põt eſſe quãto tempore preſcribatur
Et dicẽdum ẽ requiri tm̃ tempus cuius ini
cii memoria non exiſtat ĩ cõtrariũ qm̃ hec
ſeruitus habet cauſam diſcõtinuã ut dicto. §
ductus aque & l. foramen in prin. & §. i. ff.

de ſer.ur.pre nisi allegetᷣ titulus & ad ip̄m
probandū deducatᷣ & probetᷣ ip̄m fuiſſe i
poſſeſſione uel quaſi huius ſeruitutis uel
iuris paſcēdi ut nō.glo.notabilis in dicta.l.
ſeruitutes predioꝝ & glo.in.l.i.§.deniqꝫ el.
.ii.ff.de aqua plu.ar.& glo.in.l.i.& doc.in.c.
peruenit extra de cenſi.& dixi plene i pri
mo li.in.viii.q.principali & ſupra in ti.de
ſer.aque duc.℟.circa terciū quādo nulla eſt
conuentio. Sed dubiū eſt qualiter ꝓbetᷣ
poſſeſſio uel quaſi ſeruitus iuris paſcēdi &
ſic que perſone debeant paſculaſſe ad hoc
ut inducatᷣ dicta preſcriptio ſeu cōſuetudo
preſcripta Et i hoc diſtingue āt ſingulares
perſone p̄etendūt ad ſuam priuatā tm̄ utili
tateꝫ ſe preſcripſiſſe aut uniuerſitas Primo
caſu qn̄ ſunt ſingulares perſone nō ē dubiū
ſi ip̄e fuerūt in qi poſſeſſione iuris ul' ſerui
tutis paſcēdi ꝑ ſe ul' alius eoꝝ nōie ſufficͣ ar.
.l.fi.in fi.cū.l.ſe.&.l.ꝙ uulgo meo i prin.&
.l.interdū cuꝫ ibi nō.ff.de acq.poſ. Secundo
caſu quando eſt uniuerſitas que dicit ſe prē
ſcripſiſſe & tūc ſi probetᷣ ꝑ ſindicū ul' alios
qui regūt uniuerſitatē poſſediſſe ſufficeret
ut.d.l.i.§.fi.& ibi hoc nō.Bar.&.doc.& pro
batᷣ i.l.municipib⁹.ff.de condi.& de.uel ſi
probetᷣ ꝙ maior ꝑs uiuerſitatis poſſederit
uel conſenſerit ut aliquis ꝑ ſe poſſideret.l.
metū.§.aīaduertendū.ff.ꝙ mē.ca.& nō.glo.
fi.in.l.ii.ff.de acq.poſ.uel etiam ſi probetur
ſeruum uniuerſitatis poſſediſſe ut.d.l.i.§.fi.
cum.l.ſe.Sed ſi alique ſingulares perſone d'
uniuerſitate poſſederunt nūquid hoc ſuffi-
ciat ꝑ uniuerſitatem ut uniuerſitas uideatᷣ
poſſediſſe uide tex.i.l.ſicut.§.i.ff.ꝙ cuiuſqꝫ
uni.no.& ibi glo.i fi.ꝙ facit ad uſum neōris
ꝑ beſtias hominuꝫ uille & ibi Bal.exponit
glo.ut ſi ſingulares homines uille paſcula
uerint in nemore uniuerſitatis intelligatur
licet nō appareat de mādato eoꝝ quia paci
entia uniuerſitatis loco mandati habetᷣ ut
.ff.man.l.qui patitur.ꝙ ergo pauci poſſede
runt extenditᷣ ad uniuerſos & ſic extenditᷣ
preſcriptio ſeu conſuetudo ſecūdum glo.de
quo per Inno.i.c.dilecto extra de offi.arch.
& hoc quidē uidetur uelle guil.de cu.in.d.l.
ſicut.§.i. qui dicit ſi aliqui puta .x.uel.xx.
uniuerſitatis ſinguli uſi ſunt quodā nemorē
in tanto tempore cuius inicii memoria nō
extat in cōtrariū licet uideatᷣ acquiſituꝫ ius
illis ſolis quia preſcriptio eſt odioſa.l.quod
meo.§.fi.ff.d' po.tn̄ ſi ip̄i uſi ſunt nōie uiuer
ſitatis & tāquā de uniuerſitate uniuerſitati
ius quēritᷣ quia cū interrogabuntᷣ reſpōde
bunt ideo uſi ſumus quia uniuerſitas habet
ius & ita ꝑ tales acquiritᷣ uniuerſitati facit.l.
ſed ea de.ll.&.l.an in totum.C.de edi.priua.
&.l.ii.C.que ſit lon.conſue. & hoc inducit
cōſuetudo ut ibi Nec obſtat ꝙ dicitᷣ p̄ſcrip
tio eſt odioſa ergo non ampliāda quia illud
uerū in ipſa acquirenda ſed poſtq̄ eſt q̄ſita
facilius ampliatᷣ.l.aperte.ff.de iti.act.qꝫ pri
facit.C.de ag.& cen.l.cū ſumus li.xi.Et pre
dicta intellige uera ſi predicte tales ꝑſone
hoc fecerint nomine uniuerſitatis & de mā
dato uel ſcia uniuerſitatis uel regētiū ipſam
quo caſu nedū poſſeſſio acquiſita cōſeruatᷣ
ſed etiaꝫ de nouo acquiretᷣ ꝑ.d.l.i.cū.l.ſe.ff.
de acqui.poſ.& per.l.municipibus de cōdi.
& demon.coniuncta.l.qui patitᷣ.ff.man.&
dicūtᷣ uſe de uolūtate & ſcia eoꝝ quibus cu
ra uniuerſitatis ꝯmiſſa ē ut.l.mūicipes itel
ligūtᷣ.ff.ad municip.& nō.per glo.i.c. dilec
tus el.ii.in ℟.officialibus extra de teſti.Et i
tellige qn̄ illi regētes ſciebāt dictas perſōas
ſingulares uti nōie eoꝝ ſeu uniuerſitatis al'
nō poſſꝫ uniuerſitas poſſidere ex quo ſint
adminiſtratores neſciebāt ꝑ uniuerſitatem
poſſidere qa ad acqrēdam poſſeſſionē req
ritur adminiſtratio.l.iii.i pri.&.l.quemad.
.ff.d' acqui.po.quia animus debet eſſe apud
regentes ciuitatē ut.d.l.i.§.fi.cū.l.ſe.eo.ti.&
propterea i practica ſis cautus ut articules
& probes ꝙ adminiſtratores ſciuerūt tales
nomie uniuerſitatis ſue poſſidere ſed ſi ſim
pliciter dicte ſingulares perſone uſe fuiſſēt
dicto nemore uel iure paſculandi abſqꝫ mā
dato & ſcientia uniuerſitatis uel regentiuꝫ
eam In hoc diſtigue aut ſunt uſe noībus ꝓ
priis & claꝝ ē ꝙ nihil acquiſiuerūt uniuer
ſitati nec i acqrēda poſſeſſione nec i acquiſi
ta cōſeruāda.l.ſicut.§.i.ff.ꝙ cuiuſqꝫ uni.no.
quia actus agentium non debet operari ul-
tra intentionem eoꝝ.l.non oīs.ff.ſi cer.pet.
Aut ſunt uſe noib⁹ ꝓpriis & uniuerſitatis
uel uniuerſitatis tm̄ & hoc nō cōſtat & idē
quia paria ſunt nō eſſe ul' eſſe & non appa
rere.l.i lege fūdi,&.l.tutela.ff.de contrahen.
emp.Aut cōſtat ꝙ fuerūt uſe abſqꝫ manda
to uel ſciētia uniuerſitatis uel gubernātiuꝫ
eam & tūc aut tractatᷣ de poſſeſſione l' qua
ſi acquiſita uniuerſitate cōſeruāda & ꝓdeſt
uniuerſitati per tex.in.l.generalis.ff.d acq
po.& per ea que dixi.ſ.ſecūdum guil.d cu.
Aut tractatᷣ de poſſeſſione ul' q̄ſi de nouo
uniuerſitati acquirēda & tūc uidetur ꝙ ius

poſſeſſionis uel quaſi querere uniuerſitati
nō potuerit per. tex.i.d.l.i.§.fi.cuȝ.l.ſe.ff.de
acqr.po.& hoc uidet̃ poſſe ꝓbari hac rōne
quia ſicut ꝑ ciuē nō pōt queri ciuitati rōne
ſubiectiōis ut nō. Bar.in.l.ſtipulatus.§.gri
ſogonus.ff.de uer.ob.&.l.i.ff.de iure fiſ. ita
multo minus uidet̃ ꝑ ruſticos poſſe queri
uille ſue uľ per alias pſonas ſingulares uni
uerſitati ſue. Sed iſta rō non uidet̃ bona qa
Roſ.& Pau.de ca.in.d.§.griſogonus tenent
cōtrariū.ſ.ꝙ ꝑ ciuē & eius ſtipulationē acq
ratur ciuitati ſicut per filiū patri quia nō ē
minor ſubiecto quā filialis ut.l.ueluti.ff.de
iuſti.& iure.& nō minus quis naſcitur ſue
rei pu.l.i.§.& generaliter.ff.de uen.in poſ.
mit. Vnde Tullius li.i.officioꝝ. Non ſolum
nobis nati ſumꝰ ortus qꝫ noſtri parti patria
uēdicat ptim amici noſtri.facit.l. poſtlimi.
§.filius.ff.de capti. Ego uero teneo quod nō
acquirat̃ ciuitati per.d.l.i.§.fi.cū.l.ſe.cū glo.
ubi eſt caſus.ff.de acq.poſ. Nec obſtat dum
dixi per ciuē acqri poſſe ciuitati ſicut ꝑ filiū
patri quia hoc nō puto uerū quia nō reperi
tur iuř cautū. Et contrariū notāt cōiter doc.
in.d.l.ſtipulatus.§.griſogonus.ff.d' uer.ob.
Preterea in alia uniuerſitate q̄ ciuitate uel
patria no ꝓcederet ſine dubio per p̄dicta.

Sed aliud dubiū cotidianū pōt occurere
nūquid ius paſcendi cōpetens uille uel uni
uerſitati poſſit ꝓbari per hoīes dicte uille
uel uniuerſitatis Iſta q̄ſtio ponit̃ ꝑ Ci.i.l.
parētes i fi.C.d' teſti. q dicit ꝙ qn̄ diſputat̃
de paſcuis & nemoribus i quibus beſtie ſin
gulorū depaſcūt & ſinguli ligna incidūt ſi
īducātur hoīes de dicta uilla ad teſtificādus
eorū teſtimoniū non ē idoneū quia dicitur
teſtimoniū i re ꝓpria ex quo ad eū ſpectat
cōmodū.l.i.§.in propria.ff.qn̄ ap.ſit cōiunc
ta.l.oibus.C.de teſti.ſed ſi ſinguli non ſenti
rent aliquod cōmodū in pticulari ſed tm̄ in
cōi puta quia aīalia ſolū cōis paſcebantur uľ
pro cōi tm̄ ligna īcidebātur tūc poſſent eſſe
teſtes ar.l.ſi autē.§.uniuerſitatis.ff.de reruȝ
diui.&.l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.d'
in ius uo.& ēt ita tenet Ia.de ra.& ſpe.& q̄
plures antiqui & moderni doc. Et ideȝ uult
Ia.Bar.& guiľ.de cu.i.d.§.qui manumittun
tur.& idem tenet in effectu Bal.i.d.l.paren
tes i fi.qui dicit ꝙ ubi utilitatis effectus non
diſtribuit̃ in ſingulos ſed ptinet ad burſaȝ
uniuerſaleȝ tūc recipitur teſtimoniū ſingu
lorū quia bona ſunt diuiſa.ſ.uniuerſitatis a
bonis ſingulorū.ſecus ubi utilitatis effectꝰ
diſtribuat̃ in ſingulos Iſta fuit opinio ori-
ginalis Cy.in.d.l.i.C.ad.l.acqui.i additi. ſua
ꝑua quā quidā non hn̄t lȝ Paulus ipm non
alleget imo cōtra euȝ concludit que opinio
Pauli licet eſſet uera tn̄ uideret̃ eſſe limit-
tāda qn̄ ille qui reduxit opus nō fuit i dolo
ſecus ſi fuiſſet puta quia ſciebat ſe teneri ad
ſeruitutē & nō poſſe opus cōtra ſeruitutem
facere quia tūc uidet̃ ꝙ propter dolū ſuum
perdat facultatē reducendi rē i priſtinū ſta
tū ar.l.pe.§.fi.ff.cōmoda.&.l.ſi ſeruitutē de
pig.ac.l.inter cās.§.& cum ſeruus.ff. man.l.
ꝙ i prin.ff.de noxa.cū ſi. Sed certe illa iura
loquūtur i actione noxali in qua intereſſe
preſtari pōt dn̄o dānum paſſo non ſeruo q
dedit damnum cū forte ualeret multo mi-
nus q̄ ſit damnum. Secus uidet̃ eſſe in caſu
noſtro i quo nō intereſt eius cui ſeruitus d'
bet̃ ut dānum maius ſibi reſarciat̃ q̄ ut res
i priſtinū ſtatū reducat̃ & ſi aliqd itereſſet
plus ēt illud poſſet pati ꝑ.l.ſi cum dies.§.fi.
cū.l.ſe.ff.de arbi. Cois tamē opinio doct.ur̄
eſſe ꝙ fiat Aut corpus factum eſt reducibi
le uel nō ut ſupra dixi. In hoc tn̄ breuiter ꝯ
cludas Aut ille cui debetur ſuitus reducto
fūdo ſeruiētis ad culturā uult agere actiōe
.l.acqui.ad emēdationē damni & pōt ſi fun
dus nō eſſet reducibilis ad prioreȝ ſtatū &
iſtud nō habet dubiū & ita loqtur.l.i.&.ii.i
prin.C.ad.l.acquil.cum ſi. Aut eſt reducibiľ
ad priorem formā & tūc tene ꝙ ſilr poſſit
agi ad emēdationē damni per dicta iura ſȝ
erit i facultate debētis ſuitutē reducere opꝰ
ad priſtinū ſtatū & ita pōt loqui.d.l.ii.i fi.
per ea q̄ dixi ſecundū pau. aut agere uult ac
tione.l.aquilie ut res i priſtinū ſtatū redu-
catur & tūc aut nō ē reducibilis & n̄ pōt ſe
cūduȝ Cy.bal.ang.& Sali.in.d.l.ii. & iſtud
ē clarū. Aut res ē reducibilis i priſtinū ſta-
tum & i hoc teneo ꝙ agere poſſit ut reduca
tur & p̄ſtando itereſſe liberaretur per ea q̄
ſtati dicaȝ in caſu ſrq̄nti & ita uidetur cois
opinio. Aut ille cui debetur ſeruitꝰ uľt age
re actiōe cōfeſſoria & in hoc ſtat dubiū an
poſſit agere ad reducēdū rē in priſtinū ſta
tuȝ ubi pōt reduci an uero debeat agere ad
intereſſe tm̄ quia i actione cōfeſſoria uenit
intereſſe.l.loci corpus.§.i confeſſoria.ff.ſi ſ
ui.uen.& quia i obligationibus facti uenit
oblatio ad itereſſe.l.ſtipulatiōes nō diuidū
tur.§.celſus de uer.ob. Contrariuȝ tn̄ teneo
uidelicet ut poſſit agi confeſſoria ad opus i
priſtinū ſtatū reducēdū quod ſic probatur

qñcūq3 factum ē in obligatiōe ex diſpōne legali ſemp qs tenetur ad factū.l.ſtipulatō .§.ſi autē.ff.de no.op.nun.& ibi hoc notat. Bar.i fi.& idem notat Bar.in.l.i.§.i.i.ii.col. &.l.ſi prius in.x.q.eo.ti.& Bar.& doc.in.l. ſtipulatiōes nō diuidūtur.ff.de uer.ob. Sed iſta pacietia ꝙ quis poſſit cū ſuis pecoribꝰ paſculari i fundo debenti ſuitutē uenit ex diſpōne legali.d.l.quoc. de ſeruitu.&.l.iii. §.dari.ff.de uſufruc.ergo ad illam preciſſe cogi poterit nec librrabit debēs ſeruitutē ſi uult preſtare intereſſe. Si nō opus eſt factum eo cui ſeruitus debetur ignorāte & ſic nec expreſſe nec tacite cōſentiēte quia tūc aut erat ignorātia facti quia neſciebat opus fieri facti puta quia bene ſciebat opus fieri i fundo ſeruiētis ſed ignorabat fundū illum ſibi ſuientem uel ignorabat ſeruitutē ſibi deberi & ſibi i aliquo nō preiudicat & erit idem quod ē in caſu ꝑcedēti qñ ſciuit & cōtradixit.l.labeo &.l.ſ3 hoc ita.ff.d aqua plu. ar.& ibi hoc tenet Bar.& ꝓbat in.l.ſabinus ff.cōi diui. Aut erat ignorantia iuris puta quia ſciebat fundū debere ſibi ſuitutē iuris paſcēdi & ſciebat opus fieri cōtra ſeruitutē debitā ſed ignorantia iuris ductus credebat dñm fundi poſſe illud opus facere i ſui preiudiciū iō tacuit & nō cōtradixit & tūc idē quia etiā errore iuris i hoc caſu ubi tractat de damno ſuo euitādo ſibi nō nocet ut dicit glo.notabilis quā ſeqtur ibi Bar.& doc.in d.l.labeo.ff.de aqua plu.ar.facit.l.iuris ignorantia.l.ii.&.l.erratū.ff.de iur.& fac.igno.

Supereſt alia queſtio an ille qui reperit aīal i fundo in quo ſibi debet ſeruitus iuris paſcēdi poſſit ipm occidere uel retinere donec reficiatur damnū quod dedit uel donec cognoſcatur cuiꝰ ſit illud aīal.Iſta qō formatur i pſona dñi fundi p ſpec.in ti.de actore §.i.℞.ſed pone inueni pecudā.& per doc.i .l.hoc amplius de his.ff.de dam.infec.per. Bar.i.l.ratum.ff.de incen.rui.& nau.& flo. i.l.quintus.ff ad.l.acqui.per tex.glo.anto.de but.in.c.ſi leſerit extra de iniur.& dam.da.

Ex oibus breuiter ita concludas. Aut uolo occidere aīal quia inueni i fundo meo uel mihi ſeruitutē debēti & nō poſſum.d.l.quintus in prin. Aut ñ uolo ip3 occidere ſed uerberare uł uehementius ipſum deicer uł cogere ita ut aliqd damnū paciatur & ñ poſſu3 ſ3 debeo ipm expeller ac ſi eſſet aīal meum al teneor pro damno.d.l.qntus in prin. §.i.& iſtud nō habet dubiū niſi eſſet ſtatutum i loco ꝙ daret poteſtatē predictā3 faciendi.Aut nolo ipm aīal pcutere uel occidere ſed retinere & tūc aut uolo retiere qa nō cognoſco cuiꝰ ſit aīal donec itelligere poſſū eius dominū contra quem agere ualeam & poſſum ob hāc cām retinere ut notat ſing. ſpe.i.d.℞.ſed pone inueni pecudē & idem tenet Bal.ſecūdū Ricar.mal.i.l.ii.C. de ſeruis fugi.per.l.capite qnto.ff.de adul. Et idē tenet Lodo.de roma i.l.hoc ampliꝰ §.de his ff.de dam.infec. Aut uolo animal includere & retinere donec mihi ſatiſfaciat d damno uel itereſſe & uidet ꝙ poſſi3 per.l.ratꝰ .ff.de incen.rui.& nau.&.d.§.de his.In contrariū uidet.d.l.quintus.Oldra.quē ſeqtur Bar.& doc.in.d.§.de his tenet ꝙ non poſſit icludi ł retineri per.d.l.quintus & idē bal. i.d.l.ii.Nec ob.d.l.ratus &.d.§.de his quia ſecundum Bar.maius ē periculum i retentōe animaliū quia facilius pereūt q̄ i aliis in.d.l. quintus & glo.& Io.an.& but.& doc.in.d.c. ſi leſerit extra de iniur.& dam.da.

Quero.vii.principaliter qūo ſeruitꝰ iuris paſcēdi amittat.Iſta qō decidi pōt ex hiſ que dixi in.i.li.in.iiii.q.principali. Sed pōt ulterius dubitari an ſi uni debet ſeruitus iuris paſcēdi ꝓ certo numero pecudum & ipe uſus eſt ampliori numero an pp hꝰ amittat ſeruitus.& dicas ꝙ nō ex quo plus fecit q̄ ſibi deberet ut ꝓbatur i.l.ſi cui uia i prin.ff.quēad.ſerui.amit.pro hoc optime facit.l.i.§.item queritur &.§.trebatius cum.§. ſequenti.ff.de aqua coti.& eſti.Item quid ſi debeatur ſeruitus iuris paſcēdi cū certo genere pecudū & uſus ē ſeruitute ꝯ alio genere puta equarū uel uaccarū an p hoc amittatur ſeruitꝰ dicas ꝙ ſic.Et idē qñ debebat uti certo tēpore uel loco & uſus ē alio loco uel tēpore &.l.ſi cōe3.§.i.ut.l.ſi quis aliena in prin.ff.quēad.ſer.amit. Item qd ſi locus debēs ſeruitutem ē occupatus p tirannum qui uſus ē illis paſcuis an perdatur ſeruitus dicas ꝙ nō ut ꝓbatur i.l.qui fūdū.ff. quēad. ſerui.amit.ꝯ his que ibi nō.per bar. & doc. & pro hoc facit quod notat Bal.i.l.male agitur in fi.C.de preſcrip.xxx.anno. ubi dicit regłr per tex.i.d.l.qui fūdu3 ꝙ papa romanus nō perdit poſſeſſionē alicuiꝰ rei ei ſubtracte per rebellionē papatꝰ qa papa ultramontanus ſiue iuſtus ſiue iiuſtus noīe eccleſie poſſidet & ſic romana eccleſia nihil perdit qa etiā p ſimplex factū retinetur ſeruitꝰ.d.l.qui fūdum quod nō. Ite3 qd ſi cōe

ẽmit paſcua & unus de cōi uendidit unum fundum ſuū ꝓpriū cū omni iur̄ ſibi ſpectā te an per hoc uideatur amiſiſſe ſeruitutem uel ſaltē ipm ius paſcēdi & uidetur ꝙ ſic ip ſe uideatur tacite alienaſſe etiam illud ius paſcendi per.l.teſtatrix.§.i.ff.ſi ſer.uen. Di cas contrarium quia in uenditione ſimplici uel alienatiōe qualibet uel iſtrumēto ſemp intelligitur exceptū ius cōis ut elegāter ult Bar.i.l.reſcripta.§.ſciendū circa fi.ff.de mu. & ho.quod nō.ad.q.de qua fui al' interroga tus an ſi cōe emit decimas omniū fundorū ſuorum & unus de cōi uendidit predia ſua nū quid uideatur uēdidiſſe ius decie cū fundis uenditis & dixi quod nō ex quo decima p cōe fuerat empta & cōi acquiſita & adde q̄ dixi ſupra in.v.q.principali. Octauo q̄ri tur qua actiōe agit ꝓ iſta ſeruitute iuris pa ſcēdi & dic ꝙ illi cui hec ſeruitus iuris paſcē di debetur competit actio confeſſoria.l.ii.§. .i.ff.ſi ſer.uen.de qua habetur ibi plene per flo.& Bar.& doc.in.l.ſi prius.ff.de no.op. nunc.& glo.& doc.i.§.eque inſti.de acti.& iſta actio eſt directa quādo competit ꝓ ſer uitute cōſtituta ſed ſi competit ꝓ ſeruitute preſcripta tūc eſſet utilis cōfeſſoria in.l.i.§. fi.ff.de aqua plu.ar.cōiuncta autē.niſi tricē nali cum ibi nō.per glo.& doc.C.de bo.mat. & hoc quando debetur a p̄dio alteri predio ſecus ſi ille qui habet ius paſcēdi nō haberet prediū quia tunc nō eſſet ſeruitus realis ſed ſeruitus uel ius perſonale.l.ut pomum.ff.de ſer.ru.pre.& dixi ſupra i prima.q.pricipali in fi.& hoc caſu ſi illud ius deberetur ex cō uentiōe deberetur ex eo cōtractu & ſi debe retur ex preſcriptiōe cū titulo ſimiliter cō peteret actio ſaltē utilis p notata i.d.l.i.i fi. &.d.autē.niſi tricēnali & bal.in.l.i.C.de uſu fruc.& ſi ex forma ſtatuti preſcripſit poſſet agi cōditione ex illo ſtatuto per.l.i.cum ibi notatis.ff.de condi.ex.l. Sed ſi queritur q̄ actio competat illi i cuius fundo paſculatur contra debitā ſeruitutem dic quod dat̄ actio in factū puta quia unus poſſit paſculare in parte fundi certa cū cētū tātū pecoribus & alius in alia certa parte fundi cum aliis cētū uel ducentū pecorib⁹ ualet diuiſio & remo ueret ſeruitutē in partibus & ꝓ pecoribus cōſtitutā.d.l.ad certā cum aliis ibi allegatis Aut queris de tempore quo debeat paſcula ri & hoc etiam diuidi pōt quia tale tempus diuiſionem recipit ut probat̄ in.l.lucio cū .l.ſequenti.ff.de aqua coti.& eſti.&.l.uia.§. .i.ff.de ſer.facit.l.ſi ſic conſtituta.ff.quemad. ſer.amit. Et hoc uult i effectu bar.in dicta.l. ſtipulationes nō diuidūtur i fi.q ſubdit qd licet fieri poſſit talis diuiſio reſpectu cōmo ditatis tēporis & ſic modificari & mod⁹ ei adici.l.iiii.ff.d' fur.tamen ipſa ſeruitus iudi catur idiuidua qa ei⁹ uſus eſt indiuiduus.l. uie.ff.de ſerui.& dic uſus non iferri ut dicit ibi Bar.ſed uſus ſeruitutis q̄ reſultat ex pa cietia dn̄i ꝓmittētis ſeruitutē & facto utētiſ .l.quotiens la.ii.ff.de ſer.&.l.iii.§.dare d'uſu fruc.& quia ſecūdum indigētiam fundi do minātis conceditur.l.ergo in fi.de ſerui.ru. predi.& dixi.in prin.huius .q. Secundo caſu principali qn̄ unus uult diuidere alter nō Et in primis dicas ꝙ reſpectu ſeruitutis diuidēde nō cadit iſta dubitatio quia nullo mō pōt diuidi ut dixi. Sed q̄ritur an un⁹ poſſit aliū cogere ad diuiſionem uel fūdi ꝑ pecorū uel temporis paſculandi .Et in hoc ſubdiſtingue aut iſta queſtio eſt iter domi nos predii ſeruientis aut inter dominos p̄ dii dominātis ſimul Si eſt qō inter domios predii ſeruiētis quia un⁹ uult diuider̄ fun dum ꝓ parte ſibi ſpectāte alter non uult & tūc aut ille qui prouocat ad diuiſionem eſt maior aut minor Si ē maior pōt alium pro uocare etiā minorē ad diuiſionem .l.ii.C.d' fūdo do.&.l.iter oēs.C.de predi.mi.& nō. in.l.iubem⁹ nulli in prin.C.de ſacro ſanc. eccle.Et eſt rō quia nemo cogit̄ ſtare i cōi one quoniā comunio ſolet parere diſcōdiaſ .l.cū pater.§.dulciſſimis.ff.de le.ii.immo ſi eſſet factū pactū ut nūq̄ poſſet fieri diuiſio nō ualeret.l.& in hoc iudicio.§.ſi cōueniat .ff.fa.herc.Si ē minor qui ꝓuocat ad diuiſio nem & tūc regulariter nō pōt petere fieri diuiſiones rei imobilis.l.ſi pupillorum i pri.ff de rebus eorum.&.d.l.inter omnes niſi uelit diuidere gratia fructuū ut nō.glo.& doc.in dicta.l.iubemus i prin.i.u̾.diuidere.uel qn̄ ſibi expediret ut dicit ibi glo.puta quia ha beret ſociū rixoſum ut ſtatim dicā Si ē queſ tio iter dominos predii dominātis idē quo ad diuiſionē ipſius predii dominantis cōis inter eos.l.uia conſtitui.ff.de ſer.ru.predio. & etiā quo ad diuiſionem p̄dii ſeruiētis reſ pectu iuris paſculādi uidelicet ut un⁹ i cer ta pte fundi ali⁹ i alia uel un⁹ cū tot pecori bus uel certo tēpore alius cū aliis pecorib⁹ cum certo tempore.l.nā ſatis.§.ſed ſi is totus cū.§.ſe.ff.queād.ſer.amit.& p ea que dicta ſunt dum tn̄ hoc fiat ſine damno & itereſſe

alterius ar.l.ſi ſeruitutes.§.publico loco.ff.
de ſer.&.l.merito.§.ſi quis in prin.ff.ne qd
in loco pub.&.l.ii.§.fi.&.l.per quem locum
.ff.de ſer.ru.pre.&.l.lucio.ff.de aqua coti.&
eſti.&.l.ſi quid et.l.preſes et.l.ſi manifeſta.
.C.de ſeruitu.et aqua.et per nõ.in.l.gallus.
.§.et ſi quid tm̃.ff.de libe.prete. Et aduerte
quando ſolum qõ eſt inter dominos predii
dominãtis qa unus uult diuidere fundum
ſeruiẽtis uel numeꝝ pecoꝝ uel tẽpus paſcu
landi et alter nõ uult & tunc dicendum eſt
ut dixi in principio Aut eſt maior qui pro
uocat ad diuiſionem & alter patiť dampnũ
ſi fieret diuiſio quia melius paſcularenť in
toto fundo ſimul q̃ de p ſe in aliqua pte &
tũc nõ poſſet cogi ad diuiſionẽ ex quo dicta
ſeruit⁹ eſt ſimpliciter conſtituta.l.ſi ſuitus
in prin.ff.de ſer.ur.pre.&.l.ſi toto generi.
§.ſi totus uſqȝ.ff.de ſer.ur.p̃.&.l.uia ꝯſtitui.
.§.quemcũqȝ.eo.ti.niſi aliqua iuſta cauſa di
uiſiõis ſubeſſet ut ſtatim dicaȝ de minore ꝓ
uocante ad diuiſionẽ Aut alter dampnũ ñ
pateretur & tunc regulariter poſſet fieri di
uiſio quia nemo cogitur ſtare i cõione ut di
ctum eſt ar.l.imperatores.§.de ſer.ru.pre.
& uide albe.in.l. teſtatrix.§.i.ff.ſi ſer.uen.
Aut ẽ minor qui ꝓuocat & regulariter nõ
põt.l.inter omnes.C.de predi.mi.l.ſi pupil
lorũ in prin.ff.de rebus eoꝝ Et ideȝ ſi eſſet
eccleſia uel alius qui ꝓhibitus eſſet alienare
d.l.iubemus.C.de ſa.ſanc.ecc. Sed hoc fallit
qñ ſubeſſet aliqua iuſta cauſa ut qñ pecora
alterius eſſent morboſa quia tunc deberet
fieri diuiſio uľ morboſa repelli p.l.iulian⁹
in prin.ff.de acti.emp.&. dixi ſupra in hac
vi.q.principali circa prin. Secũda cauſa eſt
qñ alter ſocius eſſet nimis rixoſus uel odio
ſus aut moleſtus.l.ſi cõueniũt i fi.& ibi hoc
nõ.bar.Bal.& doc.ff.p ſocio.& idem notat
glo.& doc.in.l.ii.§.nec cogitur.ff.ſo.ma. &
Bar.in.l.inter pupillos.ff.de auc.tu.Bar.in.
.l.cũ ſatis.C.de agri.& flo.i.l.cum ſatis.C.de
agri.& cen.li.xi.& Ang.in.l.ii.C.ď fun.do.
& flo.in.l.i.§.ſi plures.ff.de his qui deie.uel
effu. Si uero non ẽ qõ inter dños predii ſer
uientis ſimľ & tũc ſi iſta qõ ẽ quia dñi pre
dii dominãtis uolũt inter ſe diuiderẽ fundũ
ſeruiẽtis uel numeruȝ pecuduȝ uel tempus
paſculãdi domini predii ſeruientis nolunt
ut fiat aliqua diuiſio ſed ꝙ omnes ſimul paſ
culẽtur ſicut ſoliti ſunt paſculare uel ecõtra
dñi predii ſeruientis uolũt & uideť ꝙ diui
dere poſſint quia nemo ut dixi cogiť ſtare

i cõione In cõtrariũ uideť ꝙ nihil debet & i
nouari cõtra ueterẽ & moreȝ antiquum.l.ſi
manifeſte.ff.de ſer.& aqua.&.l.cõtra conſu
etã formã.l.ſi preſes eo.ti. &.l.an in totum.
.C.de edi.pri. Tu dic ſi ſicut maiores regula
riter poſſunt diuidere ar.l.imperatores.ff.
de ſer.ru.pre.& hoc uidetur tenere albe.de
roſa.i.d.l.teſtatrix.§.i.ff.ſi ſer.uẽ.quod tñ in
tellige niſi domini predii ſeruientis paterẽ
tur aliquod damnuȝ ex tali diuiſione uel do
mini predii dominantis quia tunc poſſunt
impedire diuiſionẽ Sed ſi ſunt minores nõ
pñt ꝓuocarẽ ad diuiſionẽ regulariter Fallit
qñ ſubeſſet aliqua iuſta cauſa per ea q̃ dicta
ſunt. Alia eſt queſtio que conuenienter
ſubiciť an dñs predii ſeruiẽtis poſſit loca i
quibus debet alteri ſeruituteȝ & in quibus
debet ius paſcendi puta paſcua & ligna re
ducere ad culturã inuito dño predii domi
nantis cui debeť ſeruitus iuris paſcendi &
econtra an ille cui debeť hec ſeruit⁹ poſſit
inuito domino fundi reducere paſcua ita ut
efficianť meliora Et uideť circa primũ dñꝫ
predii dominãtis nõ poſſe reducere paſcua
ad culturã inuito illo cui ſeruitus iuris paſ
cendi debeť qa eſt cõtra formã & cõſuetu
dinẽ ſeruitutis iuris paſcẽdi impoſite ar.l.p̃
ſes &.l.ſi manifeſte.C.de ſer.& aq.l.ii.in.fi.
.C.ad.l.aq.Iteȝ pro hoc.l.ſȝ & ſi qd.§.ſȝ nec
ſeruitus.cum.l.ſe.ff.de uſuf.ubi habere pro
prietariũ ñ poſſe iuito uſufructuario fundo
ſeruitutis imponere ex quo deterior fiat cõ
ditio uſufructuarii & idẽ ꝓbať i.l.loc⁹.§ i.
e.ti.&.l.ſi uſusfruc.§.ꝶpto.ff.ď aqua plu.ar.
&.l.ſi eo lo.in prin.ff.ſi ſer.uen. Incõtra
rium uideť ex quo fundum melioreȝ facit
per tex.l.& ſi forteȝ.§.fi.ff.ſi ſerui.uen.&.l.
ſi arborem.§.per. cõtrarium.ff.de ſerui.ur.
predi. Ego in hac.q.ita diſtinguerem. Aut
dñs predii ſeruientis uult reducere uſum
paſculãdi puta faciendo foſſata ne aquis iun
dareť maxime tẽpore pluuiali uel lapides
excipiendo & põt etiam ĩuito illo cui ſerui
tus debetur p iura ultio loco allegata. Aut
uult reducere paſcua ad culturã & mutare
formã fundi puta dum eſſet ager iuger & i
cult⁹ uult reducere ad prata q̃ ſecari poſſint
& tũc ſi uult ꝙ in illis pratis poſſit is cui ď
beť ius paſcẽdi paſculari facerẽ pecora eodẽ
modo & per ea tẽpora qb⁹ ſolit⁹ erat paſcu
lari & i hoc ñ paciať aliꝙ dãnũ imo utilita
tẽ rcipiat ex quo meliora paſcua efficiũť &
idem eadẽ ratione ſec⁹ ſi damnũ pateretur

puta qa erãt pecudes ſuẽ nobiles ſicut ſunt ueronenſes & marceſſerẽt i pratis piguib⁹ & tũc nõ poſſet ad prata reducere quia dicẽretur mutari forma ſeruitutis i damnũ illi⁹ cui ſeruitus debet quod nõ ẽ concedendum p iura primo loco allegata. Aut uult reducere ad culturã & ibi ſeminare blada & ibi uites plãtare ex quib⁹ nõ poſſet ille cui ſeruitus debet cõmodata pcipe imo per ea ĩpediretur ſuum i⁹ paſcẽdi quia dñs predii ſeruientis nollet ut tẽpore culture i illis pecora paſcerent & tũc clarũ q nõ poſſet fieri talis reductio ad culturã i piudicium ſeruitutis debite p.l.ſi uia &.l.preſes.C.de ſeruitibus & aqua &.l.ii.in fi.C.ad.l.acqui.cum ſi.ſupra allegatis niſi ſeruitus iuris paſcẽdi deberet tm̃ eo tẽpore quo fruges collecte ſunt & paſcua remanerẽt meliora ul' ſaltem non deteriora quia hoc uidet q licitũ fuerit dño predii ſeruientis in ſuo facere quidquid uult dũmodo nõ noceat alteri cui ſeruitus debet ar.l.i.§.de eo opere &.§.idem ait aquã.ff.de aqua plu.ar.coniuncta.l.in re mãdata.C.man. Et cõcluſio breuis eſt i hac q. Aut dñs predii ſeruiẽtis reducẽdo fũdum ſuum ad culturã uel ipm meliorando nocet ſeruituti iure paſcẽdi ipoſite & ñ põt. Aut non nocet uel pdeſt & poteſt per predicta

Sʒ quid ecõtra an ille cui debet ſeruitus iſta poſſit iuito dño fundi ſeruientis iſta paſcua reducere ut efficiant meliora. Et uidetur q ſic ad ſimilitudinem uſuſfructuarii q põt caſum pprietatis meliorẽ facere nõ deteriorẽ.l.equiſſimũ.§.fructuarius in prin.ff de uſufruc. In cõtrarium uidet q etiam nullo modo poſſit etiã meliorãdo p.l.hactenus.§.fi.i fi.ff.de uſu & habita. Sed tu circa hoc breuiter cõclude aut ille cui debet ſeruitus uult mutare formã uel ſtatum rei uel fundi in quo ſibi debetur ſeruitus puta aliquid noui addendo uel ampliando uel detrahẽdo & non põt p.d.l.§.fi.cuʒ.l.ſe.& ibi glo.hoc tenet &.§.fructuarius & ibi glo.& flo.&.§.hacten⁹ ſi domus &.d.l.fi.ff.de uſu & ha. aut non uult mutare rei ſtatum uel formam & tunc ſi nõ nocet dño fũdi teneo q poſſit p predicta iura & maxime per.d.§ fructuarius cũ glo. Sed circa pdicta orit dubitatio quid ſi dñs predii ſeruientis reduxit paſcua ad culturam puta ad ſegetes uites pter quod ipediunt paſcua ei cui ſeruit⁹ iuris paſcẽdi debetur an poſſit cogi ad reducẽdum predia ad paſcua ſicut erant tẽpore ſeruitutis ipoſite an uero debeat agi ad inteteſſe tm̃ & uidetur pria facie eum cogi poſſe ad reducẽdũ i priſtinũ ſtatũ loca i quib⁹ ius paſcẽdi debetur ar.l.ii.i fi.C.ad.l.acqui. ubi dicitur q ſi aquatio deriuata ẽ i damnũ eius cui ſeruitus aque debetur põt peti ut in priorẽ ſtatum reducatur facit.l.preſes &.l.ſi manifeſte.C.de ſerui.pro hoc.l.i.in prin.ff. q ui aut clam &.l.ſi colonus &.l.ſi tercius.§. officium & per totam.l.ff.de aqua plu.ar.

In cõtrariũ uidetur ut ſolũ agi poſſit ad ĩtereſſe ar.l.loci corpus.§.in confeſſoria.ff.ſi ſer.uen. Et quia ſicut in obligatione faciẽdi ſuccedit obligatio ad intereſſe nõ põt regulariter quis preciſe cogi ad factũ.l.ſtipulationes nõ diuidũt & ibi per Bar.ff.de ꝟ.ob. ita i obligationibus ñ faciẽdi quia obligatio non faciendi dicitur obligatio faciendi probatur in.l.ii.§.item ſi in facto eo.ti.& ideo uidetur q dñs fundi ſeruientis tenebat nõ reducere paſcua ad culturam ut dictum eſt ſupra nec mutare formã ſeruitutis cõſtitute tamen quia cõtrariũ fecit ſuccedere debʒ obligatio ad itereſſe. Ego i iſta.q.de qua cõſultus extiti altius repetẽdo ita diſtinguerẽ tres caſus. Aliqñ dñs predii ſeruiẽtis ul' alius uult reducere fũdũ ſeruientem ad culturam & fecit aliquas preparatiões tm̃ Aliqñ icepit etiam reducere & reduxit Primo caſu qñ uult reducere fundũ nũdum tñ uere reduxit ſed fecit tm̃ preparamẽta pter q forte turbat illũ cui ſeruitus iuris paſcẽdi debebatur puta purgãdo loca deſignãdo foſſa ꝉ loca uinearũ ul' alia ſimilia faciẽdo quo caſu põt dici q uult icipere ul' q icepit p tex.l.i.§.cepiſſe.ff.de polli.& per glo.nõ.i.l.de pupillo.§.nunciationẽ i.ꝟ.ichoet &.l.pretor §.ſi quis paratus i.ꝟ.ſatiſdare.ff.de no.op.nunc.& ibi p doc.& tunc põt ſuccurri ei cui ſuitus iuris paſcẽdi i illo fundo debet noui opis nũciatiõe ut.d.l.de pupillo.§.ſext⁹.ꝟ ipoſitura & hoc qñ ab alio q a dño eẽt fuit⁹ iſta debita pro predio urbano iuxta ea quẽ dixi ſupra in.iii.q.principali. Secus ſi deberet predio ius ut.d.l.ii.cũ glo.& ibi p doc.i .l.qui man.eo.ti.põt tñ cõtra dñm ſibi ſubuenire p actionẽ cõfeſſoriã p quã dñs pdii ſeruiẽtis tenet ad pacientiã ar.l.uti frui.§. fi.ſi uſuſfru.pe.facit.l.quotiens.l.ii.ff.de ſerui.&.l.harũ &.l.egi.ff.ſi ſer.uen.& hoc etiã uult Bar.in.l.i.§.ii.ff.de no.op.nun. Et per hanc cõfeſſoriã põt etiam agere ad itereſſe & ad fructus.l.loci corpus.§.in confeſſoria

.ff.ſi ſerui.uen. Secundo caſu qñ incepit reducere quod tñ non eſt perfecte ꝙ qñ ſit dicit Bar. i.l.i.§.i.i.fi.ff. de no. op. nun. aut opus de quo queritur ẽ formiter ut domus theatrum & ſimilia & tunc nõ dicitur pfectũ ſed futurũ niſi habeat cõſumationem in formam. Aut eſt opus ſimpliciter & in formiter & tunc quicqd ẽ factum poteſt dici opus imperfectum ut dicto.§.i.eo.ti.& idẽ & clarius uult Bar.in .l.is qui rei.p.in.fi.ff. ex qui.cau.ma. Et ego dixi plenius in.l.v.§. opere &.l. edificia.§ pfeciſſe .ff.de uerbo.ſigni.& tũc ſimiliter hñt locum omnia remedia de qbus ſupra dixi & plus dico ꝙ poterit ille cui ſeruitus debet̃ agere contra reducẽtẽ ad culturam ad deſtruẽduꝫ opus ſeu ptem operis factam ſi factum ẽ nunciatione noui operis prius facta p.l.i.in prin.&.§. .i.cũ ibi notatis.ff.de no.ope.nun.in caſu qꝰ locuꝫ habeat nũciatio no.ope.ſecũdũ ea que dixi ſupra i primo caſu. Si autẽ non ẽ factũ ſpreta enũtiatione quia nulla facta fuit dic ut dicam ſtatim in caſu ſequenti. Tertio caſu qñ iam dñs predii ſeruientis reduxit in totum ad culturã uel magnã ptẽ ita ut ipediatur ius paſcendi a n tunc poterit agi p illũ cui debetur ſeruitus & cultura reducat̃ ad paſcua an uero tãtũ ad intereſſe.iſta queſtio formatur p gl.& doc.i.l.ii.C. ad.l. acql. que ẽ ualde dubitabilis i qua ita diſtiguerẽ cõprehẽdẽdo oẽs caſus qui ueriſilr poſſent cõtingere uidelicet ꝙ aut fuit facta denũciatio no.op.legitime anteꝙ opus illud fieret & tũc ſi ẽ factũ ſpreta nũciatione & ẽ fuitꝰ urbana totũ põt peti ut deſtruat̃. Secus ſi ẽ ruſtica ut.l.i.in prin.cũ.l.ii.&.l.qui.uias cũ ibi notatis.ff.d no.oper.nun. Aut nõ ẽ facta aliqua denũciatio noui operis uel de iure fieri nõ potuit quia tũc aut ille cui ſeruitꝰ iuris paſcẽdi debetur ſciuit opꝰ fieri & cõſenſit expreſſe aut non cõſenſit expreſſe ſed eo ſciẽte & paciẽte factũ ẽ opus aut eo ſciente & contradicẽte aut eo ignorante. Si ille cui debetur ſeruitus ſciuit & cõſenſit expreſſe opus fieri & tũc non põt agere ad demolitionẽ operis quia remittẽtibus actiones ſuas nõ ẽ dãdus regreſſus.l.queritur.§.ſi operis ff.de edil.edic.& regula quod ſemel placuit de re.iur.in.vi.nec poterit etiam agere ad emẽdationeꝫ damni uel itereſſe ar.l.ſabinꝰ ꝟ.ſin autẽ.ff.cõmuni diui. Si uero eo ſciẽte & paciẽte & nõ expreſſe cõſentientis opuſ factũ ẽ & tũc aut nõ fuit deceptus p aliqueꝫ errorẽ uel iperitiam & nullo mõ poterit agere ad demolitionẽ ut paciat̃ aduerſariꝰ opus demoliri ut ad paſcua fundꝰ deducat̃ ut ẽ caſus i.l.labeo ait cũ.l.ſe.& ibi glo.bar. & doc.ff.de aqua.plu.ar.& probatur i.d.l.ſabinus.ꝟ.& ſi in cõmuni &.l.qui bona.§.ſi quis iuxta.ff.de dam.infec.& hoc tenet bar. in.l. que dotus circa fi.ff.ſo.ma.poterit tñ agere ad intereſſe & emẽdationẽ damni ut ꝓbat̃ i.d.l.ſabinus &.d.§.que iuxta & per glo.& doc.in.d.l.labeo. Si uero opus eſt factum eo ſciẽte & cõtradicẽte & i hoc ẽ maior difficultas an poſſit cogi dñs predii ſeruiẽtis ad reducendũ fundũ i priſtinum ſtatuꝫ & ſic ad molitionẽ. Sed dic cõſiderandũ ẽẽ actionẽ quã uult itemptare. Aut enim ille cui ſeruitus debet̃ ſi nõ cõſenſit uult uti interdicto ꝙ ui aut clã & põt ut.l.i.&.ii.ꝟ. ipetrabis.C.ad.l.acqui.& quando competat collige ex his que notat Bar.in.l.i.§.in ultia col.ff.de no.ope.nun.& Roff.in interdicto ꝙ ui aut clam. Aut uult agere actiõe.l.acql. & uidet̃ ꝙ poſſit p.l.ii.in.fi.C.ad.l.acquili.

In cõtrariũ uidet̃ ꝙ actio.l.acqui.datur ſolum ad emẽdationem damni. Et ita tenet ibi glo.ii.& Cy.& probat̃ i.l.i.eo.ti.& iſti. ad.l.acqui.in prin.cũ ſy.Cy.autem in.d.l.ii. diſtinguit. Aut eſt opus quod non ẽ reducibile ad priſtinũ ſtatũ & tũc agi põt.l.acql. ſolũ ad damnũ ſeu intereſſe ut.d.l.i.&.l.ii. primo ꝛſo.C.ad.l.acqui. Aut eſt opus reducibile ad priſtinũ ſtatũ ut eſt aqueductus a curſu ſuo ſemotus & tũc põt agi actione.l. acqui.ut i priſtinũ ſtatũ rducat̃ & ita loqt̃ d.l.ii.i.fi.que ita debet itelligi ut cõueniat titulo ſub quo põitur.l.iperatores.ff.de i dieꝫ adiec.&.§.quibus i prima conſtitutione.C. & ita actio erit utilis & nõ directa.pro hoc l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi aqueductꝰ.ff.ad.l.acqui.& ita tenet & ſequit̃ Bal.Ang.& Sali. i.d.l. Sed Pau.de ca.ibi aliter itellexit dictũ tex. Dicit enim ꝙ nõ põt agi principaliter actione.l.acqui.ad deſtruẽdũ opus factum & ad reducẽdũ in priſtinũ ſtatum. Sed debet agi & i libello principalr peti ut cõdẽnetur ad emendationẽ damni & hoc uenit iure actionis.l.acqui.& ad hoc ẽ aduerſariꝰ obligatus ut.l.i.&.ii.in prin.C.ad.l. acqui. Sed ſi diceret rem ſe uelle i priſtinũ ſtatuꝫ reducer̃ & nõ condempnare ad refectiõeꝫ totius damni debet audiri & ſic debet itelligi ſecũdum eũ.d.l.ii.in fi.& ſic cum reus habeat facultatẽ hoc faciẽdi uel reducẽdi rem

in priſtinum ſtatu3 iſtud ē poti⁹ in ſolōne & obligatiōe ſicuti eſt i actione noxali ubi emendatio damni eſt in obligatione & da tio damni pro noxa ē in ſolutione ut.l.mi les.§.x.ff.de re.iudi.& iſto modo dicit ceſſa re ambages de quibus p glo.& Cy.in.d.l.ii. C.ad.l.acquil.qui mirāť qūo actori.l.acquil. deť ut res in priſtinū ſtatū deducať & dic ꝙ cū iſta facultas reducēdi i priſtinū ſtatu3 detur reo ex diſpōne.l.uideť durare iſta fa cultas quouſq3 cōueniatur iudicati ſi fuerit cōdemnatus ad emēdationē damni.l.Itē ue niunt.§.idem ait.ff.ď pe.here.Sed qñ uenit ex forma contractus non durat dicta facul tas niſi uſq3 ad litē conteſtatā.l.ſi quis ſtipu latus ē mel.ff.de ſoluti.Sed cōtra predictu3 itellectū Pauli facit.d.l.ii.in prin. que dicit pricipaliter pōt peti in priſtinū ſtatū redu cať eius iudicis cura3 ipetrabis.Sed Paulus ibi rñdet p ide3 quod i ſimili diciť.l.ſi pac to quo penā ℟.ex ſtipula.agens.C.de pac. Nam uerū ē ꝙ ipetrabis per indirec.na3 ſi nolet euitare condempnationē damni dati poterit reſtituere in priſtinum ſtatu3 rē & audire iudicis officiū ibi nō tñ ꝙ ſi facta re ſtitutione adhuc agēs remaneret in damno i illo poſſit ēt reus condemnari ut in ſimili habeť i.l.ſi cū dies i fi.ff.de arbi.& hoc ulti mū tenet etiā Sali.in.d.l.ii.Et iſta ē opinio Pau.ꝙ nō poſſit agi.l.aquilia principaliter ad reducēdū rem in priſtinū ſtatū etia3 qñ opus eſſet deducibile.Aliqñ cōpetit actio de paſtu pecoris.Aliqñ.l.acquilie & aliqñ actio i factū.& ē caſus i.l.ſi qui ſeruandaru3 .§.fi.ff.de preſcrip.℟.Et aliqñ cōpetit actio ad exibendum.l.iulianus.§.glans ex arbore .ff.de ad exibēdū de quibus uide per Roff. i ti.de acti.que uocantur nomine ſpeciali ď paſtu pecoris ubi ponit libellum petitiōis & queſtionis circa predicta & Spe.in ti.de offi.an.iudi.§.i.℟.quarto circa immittentē & in ti.de ca.poſ.& proprietatis ℟.iiii.ſum in fundo & in ti.de iniur. Nono princi paliter an & qñ liceat paſculari in agro ali eno & dic aut ē ſeruitus ipoſita iuris paſcē di cōuentione & pōt ſecūdū ſeruitutem cō ſtitutā.l.i.§.in prediis.ff.de ſer.ru.predi.& inſti.de ſerui.§.in ruſticorum.Aut non eſt impoſita ſeruitus & tunc aut ē ſtatutum ꝙ certo tempore quis poſſit i alieno paſculari & idē i ar.l.uenditor.§.ſi conſtat.ff.cōmuia predi.&.l.de quib⁹.ff.de.ll.coniuncta.l.oēs populi.ff.de iuſti.& iure.Aut nō eſt ſerui tus impoſita nēc ē lex uel cōſuetudo & tūc āt loquimur i militib⁹ Impatoris q ueniūt ad aliquas partes & tūc dicendū ē ꝙ tēpore illo nō debet aialia ſua dimittere ut paſcanť in pratis publicis & ſi magiſter militis non curauit id obſeruari i decē libras auri punie tur que pena iponereť etiam deſtruētibus prata priuatorum.l.i.C.de paſ.pub.li.xi.& ibi hoc notat Bar.& idē ē dicendum i aliis militibus eadem rōne licet male obſeruetur dicit tñ Bar.i.d.l.i.p illum tex.ꝙ ꝓuiciales debēt prouidere i quo loco aialia militis ſiñ damno ꝓuicialiū paſcanť.Et ideo hoc dicit eſſe utile ꝓ militib⁹ Impatoꝝ deſcēdētibus ad partes tuſcie ut poſſint petere a tuſcis ſi bi aſſignari prata quib⁹ poſſint eoꝝ equos paſcere & itellige ſine iiuria ſubditoꝝ ſecū dū Andr.de barulo in.l.ii.e.ti.Et ideo non debent prata prouincialiū moleſtari a mili tibus pricipis ut.l.fi.eo.ti.Et dicit Bar.illam .l.facere cōtra ſtipendiarios Peruſii ut non poſſint ſtare cū ſuis equis in pratis publicis uel priuatis bene tñ poſſent ipi & alii paſcu lari iuxta uia3 ut.c.i.§.fi.i ti.de pac.te.in uſi. feu.quod declara ut dixi ꝰ in eo i.v.q.prin cipali.℟.v.acquiriť.Aut loquimur in aliis priuatis & regulr quis non pōt paſculari cū aialibus ſuis in agro alieno.l.quintus.ff. ad.l.aquil.facit.l.diuus cum ibi notatis.ff.de ſerui.ru.pre niſi iuxta uiam ſine damno ut dictū ē.Et de hoc an & qñ ſit licitū paſcula ri i fundo alieno habeť i.d.l.quintus & per Albe.i.l.ſi.C.ad.l.aquil. Decimo & ultio poſſet dubitari de paſcuis publicis & pri uatis i qbus non ſit ſeruitus ipoſita de qb⁹ uide in toto ti.C.de paſ.pub.li.xi.& que nō. i.c.i.§.fi.in ti.de pac.te.& que dixi i pceden ti.q.& ſupra i.ii.&.iii.q.pricipali & de illo qui dimiſit equū i paſcuis ſine cuſtode quē lup⁹ comedit an teneať dño uide glo.bar. & doc.in.l.ſi negotia.ff.de neg.geſt.& Spe. in ti.de locato.§.poſtq̃.℟.quid ſi locaui & p Ang.& doc.in.d.l.ſi negotia & Ci.bal.& doc.l.precu3.C.de epi.au.& per.Albe.in.l. pignus.C.de pig.ac.& ego dixi in.l.quid ſit fugitiuus.§.apud labeonem.ff.de edi.edic.

Ite3 an aial dimiſſum in paſcuis poſſidea tur per illū qui eum ibi dimiſit uide tex.cu3 glo.in ℟.oberrauerit in.l.iii.§.nerua filius .ff.de acqui.poſ.& ibi doc. Item ſi aliquis accepit equū in paſcuis quia dicit ſe dñm il lius equi an incidat in penā.l.ſi quis i tantā .C.unde ui.uide ibi glo.magnam ℟.quinto

quid ſi equum & Ang.& doc.ibi & Bar.& doc.i.d.§.nerua fili⁹. Iteȝ ſi paſtor conduxit aīalia ad paſcēdū p inſidioſa loca & ea amiſerit tenetur tn̄.culpa caſus.l.qui petitorio .§.qui rem.ff.de rei uendi.& ibi hoc notat An.qui dicit hoc eſſe intelligenduȝ qn̄ dux erit ſcienter uel ſalteȝ ſcire debuerit.l.ꝙ te. .ff.ſi cer.pe.Et de hoc an & qn̄ paſtor teneatur de mala cuſtodia & qualiter uide tex. glo.& doc.in.l.ſi quis domū alias.l.iulianus .§.Impator cum.§.ſe.ff.loca.& ꝙ nō. Bar.in .l.ſi quis ex argentariis.§.pretor.ff.de edē. &.l.ſi creditor &.l.que formitatē.C.de pig. acti.Item ſi eſt cōuentū iter dn̄ȝ & paſtorē de diuidēdis fetibus qua actione ſit agendū uide.l.ſi paſcenda.C.de pac.cum ibi notatis. Item ſi quis eſt in poſſeſſione alicuius paſculi & eo tantū utatur certo tempore anni. An per hoc retineat ſuā poſſeſſionem dicas quod ſic.l.iii.§.ſaltus.ff.de acqui.poſ. plura poſſent de paſcuis & paſtoribus dici ſȝ breuitatis cauſa iſta ſufficiāt quia nō ē proprie materia noſtra ſeruitutū &c̄.

De ſeruitutibus calcis coquēde & arenē fodiende.

[I]STE DVE SERVITVTES ſunt ruſtice ut ꝓbaē in.l.i.§.in p̄diis &.l.ergo.ff.de ſer.ruſti.pre.& inſti.de ſerui.§.in ruſticorum. Quoniam calx & arena ſunt d' neceſſariis ad domūculam in agro illius cui ſeruitus debetur faciēdam ꝓpter fructus recipiēdos ita dicit glo. dicto.§.i ruſticoꝝ in.℣.calcis coquende uel etiam qn̄ deberētur pro alio fundo ruſtico puta ſi cōcedereē mihi ius i predio tuo ut ī eo mihi liceat calcem coquere in illis arenā fodere ut ex his fiant uaſa uel inſtrumenta uel granaria uel edificia i meo predio qbus fruct⁹ predii mei reponātur & exportētur uel quid ſimile fiat ꝙ ad culturā uel fructuȝ agri pcipiendi neceſſariuȝ ſit.l.ueluti.ff.de ſerui.ru.predi.& nō.per Azo.in ſumma.C. d' ſerui.§.pecoris.℣.ſic & cōcedi pōt.Secus ſi deberetur ſeruit⁹ ꝓ domo & ꝓ fundo ut qa diceretur ſeruit⁹ urbana quoniā ſeruit⁹ denominaē a predo dominātis ut ē tex.cuȝ glo.i.℣.arena.l.i.ff.de ſerui.ru.predi.& qn̄ dicaē fundus ruſticus uel urbanus uel ſeruit⁹ urbana aut ruſtica uide que dixi i prio li.in.iii.&.iiii.diuiſione ſeruitutis.Sed ſi i⁹ calcis coquende debetur uel arene fodiende non ad utilitatem fūdi urbani ul' ruſtici non eſſet ſeruitus realis ſed ius pſonale ut nō.glo.in.dicta.l.ueluti i.℣.quid ergo & ꝓbaē i.l.mella.§.fi.& ibi per glo.Bar.& doct. ff.de alimentis & ci.lega.& nō.in.l. pomuȝ ff.de ſerui.&.l.pecorum.ff.de ſerui.ru. pre.

Sed hic ſecūdo loco dubitari pōt quid ſi promittaē ius calcis coquende uel arene fodiende ultra q̄ ſit opus ꝓ fundo dominantis an talis ſeruitus poſſit ꝯſtitui & dic ꝙ nō.l. ergo in ſi cum.l.ſe.eo.ti.& eſt ratio quia ſeruitutes reales ſunt ſecūduȝ indigētiā predii dominātis ut.d.l.ergo.§.fi.& ita nō.Bar. in .l.eadem in.§.cato.in.vi.q.ff.de uer. obli. & in.l.ſtipulationes non diuiduntur in.iiii.q. eo.ti.& dixi.ſ.i dicta.iiii.diuiſiōe ſeruitutis ℣ſi.circa iſtas ſeruitutes ibi Itē quarta ē nā. ſeruitu. Tertio dubitaē nūquid iſte due ſeruitutes ſint nominate uel innominate & glo.in.l.i.§.in predii i.℣.hec ſunt in prin.ff de ſer.ru.p̄di.dicit ꝙ ſunt innominate.Ego tenui.ſ.in.l.ii.i.ii.diuiſione ſeruitutis ꝙ ſunt nominate dic ut ibi dixi & ſupra d' ſeruitu aque ducende i.iii.q.principali. Quarto quero quid ſi aliquis habet ius crete uel lapidis eximēdi an iſta ſit ſeruitus dic ſi debetur ad utilitatē p̄dii ruſtici erit ruſtica ſuitus ſi urbani erit urbana.Sȝ ſi nō debeē ad utilitatē fūdi ſed ob aliam cām puta ut uaſa figula uenalia facere poſſit tūc non erit ſeruitus realis ruſtica uel urbana ſed quedam commoditas ad ſimilitudinem uſuſfructus ut ē tex.cū glo.& ibi doc.in.d.l.ergo.§.fi.& .l.ueluti.ff.de ſerui.ru.pre.& probaē per ea que dixi ſupra in pri.Et ideo dixi ad ſimilitudinē uſufruc.qa nō uſuſfructus ē ut uſuſfructuarius habeat omnes fruct⁹ ſil'.ut iſti. de uſu.& ha.in prin.ꝙ nō eſt i caſu in quo non habet niſi ius eximēdi cretā uel lapidē Sed ſi haberet ius percipiēdi omnes fruct⁹ tūc eſſet ſeruitus uſuſfruc.l.arboribus in fi. prin.ff.de uſufruc.& ita nō.i dicta.l. ueluti ℣.ſed ſi ut uaſa per glo.& doc. Quinto & ultimo quō quomō uocenē huiuſmodi loca in quibus debeē ſeruitus uel ius calcis coquende arene fodiende uel crete āt lapides eximendi dic nominanē crete fodicine lapidicine.l.diuortio.§.ſi uir.in fundo.ff.ſol. ma.& arenacine in quibus arena fodiē.l.ſi hi i pri.& ibi glo.ff.de publicanis.

De ſeruirute altius tollendi ꝑtca.

TRIPLEX EST SERVItus altius tollendi. Vna eſt ſeruitus altius tollendi & officiendi lumibus uicini. Alia ē ſeruitus altius non tollendi & iſte due ſunt urbane de quibus ī.l.i.ff.de ſer. ruſt.pre.& dixi i primo li.i duobus titulis. Tertia ē ſeruitus altiꝰ tollēdi que ē ruſtica l.ii.in prin.ff.dꝰ ſerui.ru.pre.& ibi per glo. & doc.& de iſta loquitꝰ ℞ica noſtra. Pro cuius declaratione primo quero quarē iſta ē ruſtica & alie ſunt urbane dic quia ſeruitus denominatur a predio ꝑdominātis ut glo.i .l.i.ꝟ.arena de ſui.ur.pre.& dixi i ti.ꝑcedē ti & iō qn̄ ſuitus altiꝰ tollēdi l' nō tollēdi dꝫ betꝰ ꝑdio urbano appellatꝰ urbana & ita ꝓcedūt dicte due ℞ice primi libri. Qn̄ uero debetur ruſtico nominatur ruſtica quia predio ruſtico fit puta quia ē predium uel uilla.l.plenū in prin.de uſu & habita.& ita debet itelligi iſta ℞ica ut uult.d.l.ii.in pri. i prima glo.in fi. Secundo quero quō ponatꝰ exemplū i hac ſeruitute altius tollendi dic pōt poni domūcula gratia fructuum parata quā ille cui debebatꝰ hec ſeruitus uolebat altius tollerē & officere predio uicini.l. ea iura.§.ſtabula.ff.qui mo.pu.ca.contra.& ita uult glo.in.d.l.ii.in pri. Tertio quero quō hoc exemplū poſſit ꝓcedere cum quis regul'r poſſit edes ſuas uel domuꝫ altius tollere uſqꝫ ad celū etiā ſi non eſt ipoſita ſeruitus.l.Imperatores &.l.cuꝫ eo.ff.de ſerui.ur. pre.&.l.qui cum luminibus & ibi ꝑ glo.& doc.eo.ti.&.l.altius &.l.ſi edibus.C.de ſer. & aqua ergo ſeruitus nō uidetꝰ poſſe locuꝫ habere qa res ſua & ius ſuū nō pōt ſibi ſuire.l.in re.cōi.&.l.ſi quis edes &.l.uero eniꝫ ff.de ſerui.ur.pre.&.l.uti frui in prin.ff.ſi uſusfr.pet.cū ſi.Dicenduꝫ ē ſecūduꝫ glo.in .d.l.ii.i pri.ꝙ in prediis urbanis eſt libertas quia pōt quis regulariter altius tollerē & ita ꝓcedūt iura preallegata.Sed i ꝑdictis ruſticis eſt ſeruitus poſſe elleuari altius quia ubi nō eſſet ipoſita ſuitus altius tollēdi & officiendi predio uicini n̄ poſſꝫ altiꝰ tolli ꝓpter utilitatē ſegetū.l.fi.in fi.C.de ſerui.& aq.& rō dubitandi potuit eſſe qa fauore culture non poteſt unus ipedire uentum trāſire ad predium alterius.d.l.fi.i.fi. Et ideo uidebatur hoc eſſe itroductum ꝓ publica utilitate & nō poſſe alio pacto expreſſe cōtrahētiuꝫ aliter diſponi & nec pactis ualet ꝑ illaꝫ.l.ii. i pri.ſecundū primam lectura quam ēt ibi Pau. de ca.tenet in.d.l.fi.in fi. uel ſecundo pōt dici ꝙ iſta ſeruitus locū habeat qn̄ primus actus fuerat ut debetꝰ altius tollere qa altius edificare de neceſſitate ē ſeruitus ſꝫ dꝫ uolūtate ē quedā libertas & ita declarat gl. in.d.l.ii.de quo uide que ſupra dixi in li.i. in ti.de ſerui. altius tollendi ubi declaraui quō pōt eſſe utilis hec ſeruitus l' tercio pōt dici ſecundum eandē glo.ꝙ hec ſeruitus intelligatꝰ qn̄ quis hēt poteſtatē altius tollēdi i fundo uicini ruſtico quia tūc i alieno ius ſeruitutis cōſtitui pōt & hāc tāq̄ ueram ſequtur Flo.in.d.l.ii.tn̄ predicti tres intellectus recte poſſunt procedere ſecūdum ꝙ ſupra dꝫclaraui cetera circa hāc materiā uide i duobus titu.de ſerui.altius tollendi & altiꝰ nō tollendi & quod nō.in.l.fi.§.fi.C.de ſerui.& aqua.

De ſeruitute cloace ℞icā.

IVS CLOACE AMITTende ē in.l.ius cloace.ff.de ſer.ru.pre.ſecundum glo.ibi per.l.ii.i pri.ff. de ſerui.ru.predi.que uerba itelligūtꝰ de predio ruſtico dn̄antis glo.optime dicit.Sed ſi itelligeretꝰ de predio ſeruiētis deberet addi de fundo urbano ſeruitutē debentis ruſtico fūdo ut eadē glo.in.d.l.ii.in ꝟ.domū i.ii.lectura & utroqꝫ mō dicitꝰ ſeruitus ruſtica ex quo debetꝰ fūdo ruſtico qa ſeruitꝰ debetur a predio tm̄ dn̄antis.l.i.cū glo.in.ꝟ.arena. ff.de ſerui.ur.pre.& dixi i ti. precedenti.i.i. q.& iō ſi ſeruitus cloace deberetꝰ fundo urbano diceretur urbana de qua dixi ſupra in primo ti.i ti.de cloacis.Sꝫ ſi queritur qn̄ dicatur ſeruitus cloace deberi fundo ruſtico dic ꝙ qn̄qꝫ licet ꝑ uicini domū habere cloacam.d.l.ii.in prin.ad quā cloacā coloni agri mei ꝓpter neceſſitatē ſui corporis accedūt quod agro meo expedit ideo dicitur ruſtica ſeruitus ut dicit glo.ī.d.l.ii.in.ꝟ.cloacam in fūdo tuo ruſtico uel urbano ad purganduꝫ i eū ruſticis & ita pōt itelligi.d.l.ii.&.d.l.iꝰ cloaci.Sed qn̄ deberetur ſeruitus pro purgando fundo urbano tūc diceretur ſuitꝰ urbana iſpecto fūdo dominātis cui ſeruitus dꝫ betꝰ & qa iſta maťia cloace fuit examinata.s̄ in.i.li.in ti.de cloacis & plenius ſupra i ti.dꝫ aqueductu i ulti.q.principali ꝟ.utile & cō uenieter ēt ſubicere uſqꝫ ad finē & aliqd.s̄. de ſeruitute uie in.xxxvi.& ultima.q.iō nō expedit hic aliter declarare &c̄.

De ſeruitute pretorii uel ꝓtecti ꝝica.

ST ETIAM SERVITVS
e rustica pretoriū uel ꝓtectū habe
re licere i fundo ut ibi recipi poſ
ſint coloni agri mei.l.ii.cū glo.in.℣.ꝓtectū ff.de ſerui ru.pre.pretoriū autē dicit̄ locus i quo paterfamilias reſidere ſolȝ & merces & ſpecies tanq̄ in orreris retinere.C.de offi. recto.ꝓuin.l.nulli & ſumit̄ hoc ex eo quia pretoriū ſolet dici loc⁹ i quo pretor reddit iura ut dicit glo.i.l.plenuȝ in prin.ff.de uſu & habita.Si igit̄ alicui licet i fundo uicini ꝑtoriuȝ habere i quo ſui coloni ſiue ipſe aut ſua familia poſſint reſidere cā ſui fundi ru ſtici dicetur ſeruitus ruſtica. Protectum uero quod alias proiectū dicit̄ eſt illd̓ qd̓ ita prouehitur ut nunq̄ remoueatur qualia ſunt minima.l.malum.§.ſi protectum.ff.de uerbo.ſig.&.l.queād.§.ſi protectum.ff.ad.l. aqui.&.l.ſi duo.§.item uideamus &.§.labeo ff.uti poſſ.cū ita non ſit licitū protectū ſup ſolo alterius facere uel habere i fundo uicini pro utilitate fundi ruſtici dicit ſeruit⁹ ruſti ca de qua loquitur.l.ii.ff.de ſerui.ru.pre. Et iſta ꝝica declarat̄ ꝑ ea que dicta ſunt in ti tulis ꝓxime allegatis.

De ſeruitutē inominata ꝝica.

OST VRBANAS SERVI
p tutes que noiate dicuntur demum
primo libro figurauimus ut ex ea
cetere ſeruitutes urbane que noiate non re periūtur itelligi poſſint. Nūc uero ꝯſequēs ē in hoc.li.ii.declaratis ruſticis ſeruitutibus nominatis aliū ordinē adhibeam⁹ quo alio modo reperiunt̄ facile & haberi & itelligi poſſint.Has autē cū circa predia tantum ru ſtica uerſentur per quatuor i prīs elementa terrā.ſ.aquā aerem & ignem q̄tū ad reȝ per tinet breuiter ordinādas eſſe conſtituimus ita ut facili⁹ unuſquiſq; iqret ac ꝑcipere po terit quādo fundo ruſtico ſeruitus debeatur quādo illis ēt quatuor elemētis nullo iure ſeruitutis ꝓhibētis libere uti ualeat.

De ſeruitutē terrē ꝝica.

VIA PRIMVM APVD noſ
q elementū ē terra ideo pri⁹ de ipſa
i gener̄ uideam⁹ poſtea ſpecialiter
d̓ qbuſdā ſuitutib⁹ terrā cōcernētib⁹ decla rabimus.Prio & i primis ſciēdū ſeruitutes huiuſmodi iponi poſſe ut boues per quos colit̄ fūdus i uicino agro paſcātur & ita ne ratius li.ii.mēbranarū ſcribit ut uulpianus refert in.l.iii.in prin.ff.de ſerui.ru.predi. de qua dixi ſupra i ti.de ſerui.iuris paſcēdi. Item ut fructus uicini i uilla cogāt̄ coactiq; habeant̄ & ut pedamenta ad uineā ex uici ni ꝑdio ſumātur & uicino cuius lapides fū do tuo imineant.i.ſint iuxta agrum tuū ex ꝑte ſuperiori poſſe te ius ei eſſe terrā i fun do iacere ſaxa poſita habere & in tuuȝ lapi des ꝓuoluant̄ ibiq; poſiti habeant̄ indeq; exportentur hec omnia habentur i.d.l.iii. i prin.Item pōt cōſtitui ſeruitus geſtandi ul̓ i tuo uuas premēdi uel aree ad frumenta ce teraq; legumina exprimēdi utēdi ſi habēti predium ruſticū pro eo cōſtituitur.l.mella §.ſi.cū glo.& Bar.ff.de ali.& ci.le.Item ſerui tus ruſtica cōſtitui pōt ut ſilue cedue peda menta & uineis non deſint ſi cā fūdi ruſti ci dn̄antis fiat.Itē & metianus ꝓbat ſuitutē talem cōſtitui poſſe ut tuguriū mihi liceret habere i tuo etiaȝ ſi habeā paſcui ſeruituteȝ Aut pecoris appellendi ut ſi hyems igrue rit habeam ut ſi fuerit cōſtituta ſeruitus ꝑꝑ colētes agrū meum quatenus i tugurio agri tui recipiant̄ ut ē tex.cū glo.i ℣.habeant.l. ueluti ℣.item ſilue.ff.de ſerui.ru.pre. Item ſeruitutes predioꝝ tā i ſolo q̄ in ſuperficie iponi poſſunt.l.iii.ff.de ſerui.quod declara ut ibi per glo.& doc.Item ſeruitutes ruſtico rum prediorū & ſi corporibus accidūt icor porales tamē ſunt & ideo nō uſucapiūtur .l.ſeruitutes prediorū in prin.eo.ti.caueri autē ut ad certā altitudinē monumētū edifi cet̄ non pōt quia id quod humani iuris eſſe deſiit ſeruitutē nō recipit.Item nec illa qdē ſeruitus cōſiſtere ut certus numerus hoiuȝ i uno loco humetur.l.iiii.que icipit caueri. ff.coia predioꝝ.Et iō dicit ibi Pau.de ca.per illū tex.quod ſi religioſi; cōcedant i aliquo loco ut poſſim facere ſepulturā & ibi icepi ſepelire ſi poſtea cōueni cū eis ut nō poſſiȝ ſepelire niſi uſq; ad certū numerū & ꝙ poſ ſum ibi extruere monumētū cū lapidibus niſi uſq; ad certā menſurā & iſta conuētio nō ualet & potero ſepelire quot uolā & ēt ornare ſepulcrū lapidibus ꝓut decet.l.i.§. interdū.ff.de mor.iferre.ſtatuas & ibi etiaȝ Pau.hoc uult.C.de religio.& ſump.fune.n̄ obſtan.cōtradictiōe illorum religioſorū ſꝫ ſi uellem edificare ultra condecētiaȝ poſſet

ꝓhiberi ar.l.ſi cui.ff.de ſerui. Sed in ſpecie
nunc q̄ritur de caſis ſi quis habet fundum
ꝑ quē ſolebat ire ad caſas iunctas fundo &
ip̄m alteri legat an ſi legatariꝰ pētat fundū
ſibi legatū poſſit heredes excipe ſeruitutē
d'beri dictis caſis ut ſic poſſit iri ꝑ illū fun
dū ad dictas caſas & uī ꝙ nō quia nulla ſer
uitus fuit ante mortem teſtōris quia res ſua
nemini ſeruit.l.in re cōmuni.ff.de ſer.ur.
pre.cū ſy.nec poſt mortē uī ſeruitus aliqua
deberi ex quo nō fuit ꝑ teſtatorē impoſita
quia res preſumit̄ libera ubi ſeruitus ipoſi
ta nō reperit̄.l.alius &.l.ſi edibus.C.de ſer
ui.tn̄ dicēdū eſt contrarium ex quo teſtator
legauit ꝓprietatē fundi ꝑ quē ad caſas illas
ſolebat uenire ut.l.teſtatrix.i prin.ff.ſi ſer.
uen.& ꝓbat̄ in.l.ſi fundū ſub condictione
§.qui fundum.ff.de.le.i.&.l.fi.in prin.ff.de
ſerui.ur.pre.& per Bar.in.l.i.ff.de ſerui.le.
ubi oīo ē uidendū de hac materia. Que aūt
dicat̄ caſa Bal.in.c.ii.ſi duo fratres i eadem
caſa in ti.de fra.de no.beñſi.inue.dicit ꝙ eſt
uulgare ytalicū & ſolet dici a cadendo qñ ē
quedam domūcula. Sed nūqd capana dica
tur caſa ſiue domus dicit Bal.ibi recurrenē
duꝫ eſſe ad uulgare. Nā illud qd' comuniter
hoies dicūt i uulgari eſt inſpiciendū ꝓprie
tn̄ non dicitur domus quia non conſiſtit ex
pariete & ex tecto.ff.de uſucapi.l.eum qui
edes. Quod dicit eſſe ad ſtatutuꝫ. Sed uide
glo.inſti.de re.diui.§.i.i.℣..uillis que decla
rat que dicatur capanna.

De tugurio ꝝica.

ETVGVRIO An ſit licitum
d
in fundo alieno facere dic ꝙ nō re
gulariter .l.queādmo.§.ſi protect.
ff.ad.l.aqui.&.l.qui uicem.§.qui ad ianuam
ff.quod ui aut claꝫ niſi ſit impoſita ſeruitus
l.ueluti de ſerui.ru.pre.& ſi fiat nō ipoſita
ſeruitute pōt propria auctoritate dn̄i fundi
deſtrui ut.d.§.ſi protectū &.§.qui ad ianuā
quod nō.ſepe quādo i locis ubi ſunt paſcua
cōtendit̄ de poſſeſſione uł quaſi ꝑtē faciūt
tuguria ut caſas ut ſub eis ſtēt pecorarii ſui
uel coloni uel fenū quia ſi fiat in fundo alte
rius pōt dn̄s propria auctoritate & ipune
deſtruere ꝑ dicta iura & quid ſit tugurium
uide.l.tugurii.ff.de uer.ſig.

De cultura terrarū ꝝica.

ECVLTVRA terrarum bre
d
uiter quedā dicamus. Vicinus loci
ſuperioriſ prati ita arabat ꝑ ſulcos
Itemqꝫ ꝑ porcas ad iferiorē fundū aqua ue
niret queſitū ē an poſſit. An uero aque ar
cende iudicio cogi pōt ſic ut in alterā partē
arare & ne ſulci i uicini iferioris agꝛ ſpecta
rent. Reſpōdendum ē dn̄m fundi inferio
ris nō poſſe facere quo minus agrum ſuum
iferiorē uicinus queadmōꝫ uellet araret ut
ē tex.notabilis i.l.uicinus i prin.ff. de aqua
plu.ar. Ex quo nō.ſecūdū Bar.ibi ꝙ ſi arādo
aliquis opus faciat ex quo aqua pluuia no
cere poſſit uicino ſi aliter fundꝰ coli nō po
terat nō tenetur actione aque plu.ar. Sed ſi
alio opere fundus poterat coli tenetur d' ac
tione & ita itelligatur ℣.ſequēs ſed ſi quos
ſecūdū Bar.& Io.de imo.ibi glo.autē habuit
aliū intellectū uꝫ ut.l.uicinus i.pri. itelliga
tur etia qñ ſulci erāt nocituri fundo uicini
iferioris ſi nō aio nocēdi facti ſunt ſꝫ cā agri
colendi. Et eſt rō quia naturaliter fundus i
ferior debet ſeruitutē ſuperiori ut aquā re
cipiat.l.i.§.fi.cū.l.ſeqn.ff.de aqua plu.ar. Et
ideo ſi dn̄s ſuperior non poſſet bene colere
fūdum ſuū ſine ſulcis aduerſariis ſibi licitū
eſt eos facere ut ibi &.l.i.§.de eo opere eo.
ti. Sed ℣.ſed ſi quos loquitur qñ uicinus ha
bebat funduꝫ ex latere & faciebat ſulcos ex
trāſuerſo aio nocēdi fūdo uicini & non ꝑꝑ
neceſſitatē uel utilitatē culturē uel aliter &
tertio pōt intelligi illa.l.uicinus ſecundum
Pau.de ca.quia aut quis facit ſulcos apertos
aratro ad ſeminādū & pōt facere ſicut uult
ſiue ꝑ longū ſiue per trāſuerſum & ita loq
tur.l.uicinꝰ.i prin. Aut quis uult facere hos
non cā ſeminandi ſed cā aquam retinendi
qui dicūtur ſulci aquarii & tunc diſtinguit.
Aut ſine illis nō poterat ager coli & idem
aut ibi poterat & tūc ſecus & ita loquit̄ ℣.
ſed ſi quos probat̄ in.l.i.§.de eo opere eo.ti.
quod fit cā agricolendi & fructus colligēdi
quicunqꝫ illi ſint ſiue frumentum ſiue alii
fructus ſiue opus fiat aratro ſiue alio modo
ut ē tex.cum glo.& in.d.§.de eo opere.§.ſe.
&.§.labeo. Sed quid ſi uult quis facere
ſulcos uel foſſas in damnum fundi uicini in
ferioris ſeu ex latere & caſu ꝙ non poſſit
qūo ei ſucurret̄. Dic aut iā fecit & aqua in
cepit ꝺcurrere & pōt ipꝫ cogere ut repleat
ſulcos uel foſſas & ſi nō replet cōdemnari
debet ad itereſſe.d.l.uicinus.℣.ſed ſi quas
Vel pōt iudex iubere ut caueat de damno

infecto.l.hacten⁹.§.fi.eo.ti. Et etiam manu militari poterit repelli ad demoliẽdũ & ad planãdũ opus.l.qui reſtituere.ff.de rei uendicatione &.l.ſtipulatio.§.ſine.ff.de no.op.nun.& nõ.glo.in.d.l.uicinus i.ꝟ.cõdẽnari. Aut uicinus fecit opus & aqua p̃ foſſas nõ dũ fluxit & tũc ſimiliter põt p iudicẽ cogi ut repleat ut ẽ tex.in.d.l.uicinus in fine.pri.ff.de aqua plu.ar.& ẽ ratio quia in illa actione aque plu.ar.ueit damnuꝫ futuruꝫ.l.ſ.iter §.officiũ &.l.hactenus.§.pe.eo.ti.nec inſpicitur ſi nocuit aqua ſed ſi nocere potuit ut dicit glo.in.d.l.uicinus in.fi.in uerbo nunq̃ fluxiſſet &.l.i.§.ii.eo.ti.

De ſeminatiõe plantarꝫ ꝛica.

P OST Quam de cultura terraruꝫ dicere incepimus cõſequens eſt ut de ſeminatione plantarũ putatiõe & inſertione aliqua dicamus. Et primo ſciẽdum ẽ regulariter quẽ poſſe in fundo ſuo ſeminare arbores herbas plantare uites & arbores putare & alia huiuſmodi facere/quia ĩ re ſua quilibet moderator ẽ & arbiter.l.in re mandata.C.man.& nemo põt prohiberi uti ſua re quocunqꝫ modo uoluerit imo ſi uoluerit põt agere actione iniuriarũ.l.iniuriarũ actio.§.fi.ff.de iniur.&.l.qui penden. uindemia niſi probeť ſeruitus impoſita.l.altius &.l.ſi edibus.C.de ſerui.nõ.Bal.in.c.ii.i.ti.ſi de feu.fue.controuer.in uſi.feu.&.c.ceterum de iudiciis & Ant.de but.in.c.nimis extra de iureiuran. Et ideo ſequitur ex hoc ꝙ ſi mihi debes ſeruitutẽ aqueduct⁹ p fundũ tuũ ad fundum meum. Vel hoc ãno duxi aquam p fundũ ſine uicio/nõ potes in illo fundo tuo fodere/ſerere/ſuccedere/putare,edificare, uel aliud facere per quod aqua ĩquinẽtur,uicieť.corrũpať.deterior ne fiat & ſi hoc fiat tenebris ĩterdicto ď aqua coti.& eſti.ut ẽ tex.in.l.i.§.labeo puta.ff.ď aqua coti.& eſti. Sed circa plantionẽ arboruꝫ q̃ri poteſt an ſit licitũ alicui in ſuo arbores plantare etiã in finibus fundi ſui & ſi radices intrent fundũ uicini uel frondes aut rami protendũt ſupra fontẽ uicini/an uicin⁹ poſſit eas propria auctoritate incidere & ſi fructus arboris mei ciderunt in fundum uicini uide de his omnibus q̃ plene dixi.ſ.ĩ primo libro/in ti.de arboribus & in ti.ď ſerui. ne luminibus officiatur in quarta.q. Quibus adde ſi glans ex arbore tua ĩ fũdũ meũ cecidit & extat licitũ ẽ tibi tercio quoqꝫ die aufferre illã & ſi ꝓhibeã tibi teneor ĩterdicto de glande legenda. Et appellatiõe glandis omnes fructus cõtinẽtur ut.l.unica & ibi glo.Bar.& doc.ff.de glan.le.&.l.iulianus.§.glans.ff.ad exhib.Item ſi non patior te tollere glandem teneor ad exhibendum quemadmo.ſi tuam ĩ agrũ meũ delatã tibi aufferre nõ patiar dicta.l.iulianus.§.glans.

Item ſi ĩmiſo pecore de pacto glandem tuam que in fundo meo cadit ſi dolo malo pecus immiſi ut glandeꝫ commederet teneor ad exhibenduꝫ ut.d.§.glans & etiã actione in factum agere poteris.l.q ſeruandarꝫ.§.glans.ff.de preſcri p.uerb. De irrigatione aliquid dicamus & ſi uicinus qui ortuꝫ ſolebat certo tempore irrigare pratũ illic fecerit ceperitqꝫ aſſidua irrigatiõe uicino nocere ait iuriſcõſultus/neqꝫ damni ĩfecti neqꝫ pluuie ar.euꝫ teneri actione/niſi locũ cõplanauerit eoqꝫ facto citius aqua ad uicinum ꝑuenire ceperit ut eſt tex.nõ. in.l. apud trebatiũ.§.ſi uicinus.ff.de aqua plu.ar.& hoc ĩtelligo ſecũdũ glo.ibi quãdo ĩ alieno aliq̃d faceret tenereť.l.ſi quãdo in fi.ff.ſi ſer.uen.& ibi hoc etiã uult glo. Sed Pau.de ca. ĩtelligit illũ.§.ſi uicinus fũdũ poterat colere aliquid nõ teneretur.l.i.§.de eo opere de aqua plu.ar. Vel ſecũduꝫ Io.de ymol.ille.§.ſi uicinus ĩtelligiť ꝙ ille qui habet ſeruitutẽ actiuam poſſit aquã ex fundo uicini ad ſuũ ducere cauſa irrigandi ex quo fuit ſimpliciter cõſtituta trahiť ẽt ad pratum ꝙ fit in eodeꝫ fũdo ar.l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui. ur.pre. niſi locus cõplaneť ex quo aqua citius decurrat ut in fi.illius.§.& adde que plene dixi.ſ.de ſeruitute aqueductus.

De ſterquilatione ꝛica.

D E STERQVILATIONE uide tex. cũ glo.in.l.ſi q̃ñ.§.fi.& ꝙ ibi nõ.ſi ſerui.uen.& que dixi in primo li.in ti.de ſterquilinio.

De meſſe & uindemia ꝛica.

D E MESSE ET VINDEMIa colligenda quod ẽ licitum cuilibꝫ dño uel colono meſſem & uindemiam in fũdo ſuo uel ſibi locato facere pro libito uolũtatis & ſi ab aliquo prohibeatur põt agere actione iniuriarũ.l.qui pẽdentẽ

uindemiam.ff.de acti.emp.&.l.iniuriarum actio.§.ſi quis prohibeat.ff.de iniur.niſi ex forma ſtatuti uel ex cõſuetudine ſeruaretur cõtrariũ. Quero in quibuſdã locis ſunt ſtatuta ne quis poſſit uindemiare uł meſſes facere etiã in ſuo niſi certo tẽpore & rõ ſtatuentiũ forte fuit ne ante tempus dñi colligerent proprias & poſtea accuſarent ſaltuarios de damno dato uel niſi forte ĩ iſtrumẽto locationis cõtineẽ ut uel colonus uel ptiarius nõ poſſit meſſes ĩcidere niſi preſente locatore uel ſaltem niſi prius ſibi facta notificatione quib⁹ caſib⁹ cõuentiones uł ſtatuta ſeruanda eſſent.l.oẽs populi de iuſti.& iure.&.l.i.ff.depoſiti. Sed nunquid ſit licitum cuilibet ingredi fundum alienum & uuas colligere uł ſpicas dic ꝙ de iur licitũ eſt comeder & non exportar & cõterer ſpicas ſed non mitter falcẽ de conſe.di.v.ſtipulas & notat glo.i.di.oẽs leges in.ꝟ.fas eſt. Et coiter ſunt ſtatuta ꝓuidẽtia circa hoc & dꝫ conſuetudine ſuaẽ etiã illud ius diuinũ uerũtñ ſi anteq̃ quis ĩgrediaẽ fundũ alienũ ꝓhibeaẽ a dño ingredi nõ poterit.l.iniuriaruum actio.§.fi.ff.de iniur.&.l.diuus.ff.de ſerui.ru.pre.& ꝓpterea dicitur.d.c.omnes l.ire p agrũ alienũ fas ẽ ius non ẽ.i.fas ẽ domino non probibẽte ius non ẽ prohibente dño ut ibi nõ.Et adde que dixi ſupra de ſeruitute itineris ĩ pe.q.principali & uide tex. cũ glo.in.l.p agrum.C.de ſerui.

De aucupatione ꝝica.

AVCVPARI AVTEM uł uenari in fundo alieno licitũ ẽ & de cõſuetudine uſurpaẽ ſi tamen dñs uolẽs ingredi i fundũ ſuuꝫ cã uenandi uł aucupandi prohibeat non erit ei licitũ ut eſt caſus in dicta.l.iniuriarum.§.finali & dicta .l.diuus cum glo.&.l.iii.§.plane.ff.de acqr. re.do.& inſti.de rerum di.§.fere.ꝟ.plane.

Sed quid ſi unus in alieno uenando uel aucupãdo aliquid cepit an teneaẽ reſtituere dño fundi glo.firmat iſtã.q.in.d.§.diuus & ibi firmat ꝙ nõ per tex.in.d.§.fere &.l.fi. §.ſed cum.C.de furtis & idẽ tenet glo.in.d. §.Sed glo.in.d.§.fere inſti de re.di.§.plane tenet cõtrarium ſed coiter prime glo.tenentur & dicit Ang.in.d.l.diuus ꝙ gaudent nobiles & pricipales ꝙ poſſint uenari ĩ fundo alieno.Et ẽ ratio quia ſolus ĩgreſſus eſt prohibitus nõ captura.d.§.fere cum aliis ſupra allegatis.Aliqui cõcordãt dictas glo.ut glo. d.§.fere procedat ĩ caſibus poſt ꝓhibitiões Sed dicit Flo.ĩ.d.l.diuus ꝙ iſta cõcordia nõ ẽ tuta quia priuati ꝓhibitio non ĩpedit trãſlationẽ dñii.l.ea lege de cõdi.ob.cau.l.ſi ita quis.§.ſi ea lege ff.de uerbo.ob.nõ.Bar.in.l. qui abſenti.ff.de dona.unde Flo.in.l. diuus aliter cõcordat uidelicet aut fũdus conſiſtebat ĩ uenatione uel aucupatione tũc ſi quis ibi ueneẽ uel aucupeẽ dño prohibẽte non facit captũ ſuuꝫ ita intelligatur glo.d.§.fere aut nõ conſiſtebat in uenatione uel aucupatione & tũc captũ efficitur capiẽtis & ita ꝓcedãt alie glo.contrarie pro hoc allegat.l.uenationes.ff.de uſuca.&.l.uſufructuarium.ff de uſufruc.Et per illa duo iura apparet q̃ñ uenatio ſit in fructu & debeatur uſufructuario. Sed inſurgit aliud dubiũ circa ꝑdicta an poſſit uenator adhuc in fũdo retineri ut rddat quod pcipit & glo.§.fere inſti.de reꝝ di.uideẽ ſentire ꝙ ſic.d.l.diuus dicit ꝙ nõ p.d.§.fere in.l.iii.§.i.ff.de acqui.re.do.& in aũt.ut nulli iudic.§.ſin autem ſed aget actione iniuriarum ſi itrauit eo prohibẽte.l.iniuriarum actio.§.fi.ff.de iniur.Et idem uult glo.l.iii.§.i.ff.de acqui.re.do.Et iſta opinio ẽ uera quã tenet Cy.Bar.in.l.i.§.oia eo.ti.& Ang in.d.l.diuus qui dicit hoc eſſe bene nõ.quia iaꝫ uidit de facto in pſona uni⁹ nobilis de odonibus de Peruſio qui pro apris capriolis nemus alienũ ĩtrauit dño ꝓhibẽte & multas uenationes cepit oĩs enim uẽatio ptinet ad eũ & nulla uiolẽtia per dñum fieri põt ſed tñ mõ actione iniuriarũ cõtra eũ ãgi poterit.Adde tñ ꝙ dñs poterit uolẽtem ĩgredi fũdũ ſuũ manu reſiſtere.l.quemadmo.circa prin.ff.ad.l.acqui.& notat glo.ĩ .l.iii.§.plane ꝟ.iure prohiberi.ff.de acqui. re.do. Sed quid ſi fera beſtia reperiatur ĩ laqueũ alienũ dic ꝙ erit occupantis.l.in laqueũ.ff.eo.ti.Et ideo quod in laqueo meo dꝫtinetur nõ efficitur meũ niſi illud manu capiam ut ibi & ita tenet ibi Bar.in prin.ĩ his tñ ſeruãda ẽ cõſuetudo loci uel ſtatuti ſi reperieẽ aliter tenenduꝫ ẽ quod.ſ.dixi Quia diximus quẽ poſſe ingredi fũdum alienuꝫ maxime cã uenãdi & aucupandi quero an hoc poſſit iure ſeruitutis uel iure cuiuſdam facultatis a iure cõi conceſſe põt ingredi & ꝓpter hoc lies qs pluries iuerit p fũdũ alienum nõ tñ cenſeẽ iuiſſe iure ſeruitutis niſi iuerit p.xxx.dies ĩfra annuꝫ & ſemp põt ꝓhiberi ne uadat ſed poſtq̃ fuit p.xxx.dies

cenſetur eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis
in qua eſt defendendus p.ti.ff.de iti.actuqꝫ
pri.quouſqꝫ actū fuerit cōfeſſoria uel nega
toria ut in.l.i.in prin.§.i.ff.eo.ti.& dixi ple
ne ſupra de ſeruitute itineris ī ultia.q.prin
cipali.Sed in his que nō ſolent cōpetere iu
re facultatis ſufficit ſemel aliquid fuiſſe ge
ſtuꝫ ſciente & paciente dn̄o ut dicat᷑ fuiſſe
ī quaſi poſſeſſione ſeruitutis ut.l.i.§.hoc in
terdictū.ff.de aqua coti.& eſti.& nō.ī.c.cuꝫ
eccleſia ſutrina extra de ca.poſ.& ꝓprie &
ita uult Pau.de ca.in.l.diuus.ff.de ſer.ru.p̄.
Quid ſi quis uulnerat feram beſtiā & aliꝰ
capit cuius debet eſſe dic capientis ut inſti.
de re. diui.§.illud.&.l. naturalem.§.illud.ff.
de acqui.re.do.Et queſtio cotidiana ſi lupus
uel miluus accipiter uel canis accepit aueꝫ
uel pecudem uel aliud aīal unius & quidaꝫ
tercius accepit ſeu arripuit de canibus uel
de ore lupi aut milui &c̄.an teneatur reſti
tuere id quod repauit priori dn̄o dic ꝙ ſic
ut ē tex.notabilis.ff.de acqui.re.do.l.pop̄.in
fi. Sed pone aliā.q.pulchraꝫ quidam acce
pit accipitrem uel falconem cuꝫ ſonaleis ar
genteis ī pedibus iunctis an teneatur reſti
tuere priori dn̄o uide cōſiliū Bar.quod īci
pit oīmodo cū fuiſſet uenatū alias dicit᷑ trac
tatus de falcone editus p Bar.quē habeo in
cōſiliis cōſilio.cxxi.ubi plene uide. Nun
quid autē ſit licitū tēdere recia ſeu laqueos
aut alia quelibet īſtrumēta ad capiendas ue
nationes dic ꝙ non niſi ad urſos apros & lu
pos capiendos ut ē tex.ī.c.nemo etiaꝫ retia ī
ti.de pac.te.in uſi.feu.qui tex.uariis modis
ītelligitur.Nam qdā intelligūt ſolū ī poſſeſ
ſionibus Impatoris ar.l.ii.cuꝫ ibi notatis.C.
de noxali.Sed quia iſta lectura notabiliter
ſeruatur p.l.foueas.ff.ad.l.acquil. Tercio
mō alii intelligūt ꝙ Impator hoc ſtatuit &
ſit priuilegiū militis & nobilium qui cum
canibus & auibus uenant᷑ ut tales habeāt ſo
latiū ut alii inferiores ruſtici nō poſſint ue
nari niſi ad apros urſos &c̄.ſicuti ſunt ſtatu
ta ferarie nec ꝯgruit ti.cōtra.l.Imperatores
ff.de ī diē adiect.& iō Ia.de alua.dat quartū
ītellectū quia multotiēs ex talibꝰ uenationi
bus factis ī alieno dn̄o ꝓhibēte oriunt᷑ rixe
& iniurie quia armata manu dn̄s uolentes
ingredi pōt prohibere ut nō.glo.in.l.iii.§.
plane.ff.de acq.re.do.ex quibus de facili po
tuiſſꝫ ꝑueniri ad uiolatorē pacis de qua lo
quit᷑ ille ti.de pa.te.ideo Imperator ꝓhibet
expreſſe ut nemo in alienis agris poſſit ue
nari.inuito dn̄o niſi ad apros urſos &c̄.qua
ſi uelit ꝙ ſi qs cōtrafaciat debeat puniri tāq̄
turbator pacis ut eo.ti.§.ſi quis autē. Pōt ēt
quito mō intelligi ille.§.quia in.c.precedē
ti induxerat imperator ꝓhibitionē armoꝝ
& qa ī ueātioībꝰ portāt᷑ arma dubitabat᷑ an
ſit licitū uenari cū armis & dicet ꝙ nō niſi
ad iſta aīalia periculoſa & qcquid dicāt de
laqueo & rete tn̄ ītelligas ꝙ ī predictis uēa
tionibus ſunt neceſſaria arma & hoc uidet᷑
ſentire Ia.de ardezoni.de uerona ī ſua elegā
ti ſumma feudorum in ti.de pa.te. & Ia.de
alua.ſequit᷑ eū in.d.c.nemo retia tu autem
cōiungas quartū & qntū ītellectū & habe
bis ueritatē. Quotuplex aūt ſi uenatio
& an & qn̄ ſit licita maxime clericis & mo
nachis uide glo.ordi.lxxxvi.di. q uenatori
bus donare & ibi tex.&.c.i.extra ne cle.uel
mo.&.c.i.&.ii.extra de uenatore ubi bene
nō.& adde quod ī diuinis ſcripturis penitꝰ
nō īuenimus ſanctū aliquē uenatorē piſca
tores īuenimꝰ ſanctos ut dicit beatꝰ Ieroni
mus in pſalmo.c.& habetur.xxxvi.di. eſau
&.xxxiiii.di.quorūdā.Et nō.Ang.ī.l.diuus
.ff.de ſer.ru.pre.tn̄ nō allegat dicta iura.Et
rō ponit᷑ p glo.in.d.c.eſau quia uēatio fit cū
clamore & maiori delectatione q̄ fiat piſca
tio ideo ē ꝓhibita & ꝓpter hāc delectatōeꝫ
nunq̄ uenatoribꝰ fuit cōceſſa īmunitas pa
trimoniorū tex.ē in.l.uenatoribus.C.de ex
cu.mu.li.x.& nō.Ang.in.d.l.diuus. Vlti
mo de matia uenatiōis & aucupatiōis uide
ī.d.c.qui & uenatiōibꝰ & ibi glo. magiſtrā
in.d.c.eſau.ne cle.uel mo.d.c.i.& cle.ne in
agro.§.porro & ibi glo.& doc.de ſta.mo.&
.l.i.C.de uena.ferarum li.xi.& p Io.in ſūma
in ꝑxica de uena.& per Hoſti.ī ſumma d' ca.
poſ.& ꝓprie.§.i.& aliis locis.ſ.allegatis.Cō
uenit ēt ex predictis querere an ſit licitum
foſſas aprorū urſorū ue capiēdoruꝫ cā face
re uel laqueos ponere.Ec dic ſi ī itenaribus
fiūt ī eiſqꝫ bos uel aliud aīal ceciderit factuꝫ
qꝫ deterius ē uel laquei ponāt᷑ in loco pub.
& pecus tuū ī eos inciderit potes agere ꝯ fa
ciētes foueas uel laqueos ponētes .l. aquilia
niſi denūciaſſent prius dn̄o uel niſi p̄dicta
fuerūt ī locis ubi fieri ſolēt ut ē tex.in.l. qui
foueas cū.l.ſe.que īcipit quēadmo.in primo
& ibi doct.ff.ad.l.acqui.& de foueis uide q̄
dixi ſupra primo li.de fouea.ubi etiaꝫ poſui
cuius ſint fouee que ſint inter duos uicinos
uide.l.ii.§.preterea & ibi nō.ff. de aq̄ plu.
ar.Cuius aūt ſint foſſata ſiue foſſe que ſunt

inter uias publicam & fundus priuatũ uide ꝑ Bar. i ſuo tractatu tyberiadis i prima ꝑte de alluuione in.iii.& vii.col.& Bal.i.l.ripa rum in.i.col.in fi.& i.l.lapilli in.ii.cõclusio ne.ff.de re.diui.& ibi etiam posuit cuius ſit uſus foſſaꝝ & an & qñ foſſe debeant mẽſu rari cũ agro uẽdito & an ſit licitũ facere foſ ſas ex quib⁹ aqua plu.noceat.l.uicin⁹.ꝟ.ſz ſi foſſas.ff.de aqua plu.ar.Et adde que dixi s̄ d' irrigatione de ſepib⁹ an ſit licitũ eas face re infinib⁹ fundi ſui dic ꝙ ſic.l.fi.que icipit ſi quis ſepẽ & ibi.nõ.ff.fini regũ.

De montibus rubrica.

VERENDVM EST primo q quid ſit mons & dic ꝙ ẽ locus alt⁹ l.ſi edes.ff.de ſerui.ur pre.quod in tellige de magna altitudine ſecundus Bar.i tractatu ſuo tiberiadis in.iiii.col.ꝟ.mons ẽ locus & dicit᷑ mõs ſecũdũ Bar.ibi & hug.& papiã amouẽdo ꝑ cõtrariũ quia nõ mouet᷑ & nõ itelligas de mobilitate q̃ uniuerſe ter re cõgruit ſed quia nõ mouet᷑ per culturas .i.nõ colit᷑ terra enis que colit᷑ bene moue tur & durat uſqz ad locũ que colit᷑ uel coli i cipit.Penditie ergo mõtium non culte mõ tis appellatiõe cõtinẽtur niſi certi loci uſus aliter ſe haberet ſi tñ inter montẽ eſſent ali qua loca culta montis apellatione totius con tinet᷑ illa ps ut.ff.de rei uen.l.in rem.§.que cũqz Quia i mõtib⁹ lapidicine & argẽtiſo dine & huiuſmõi materie eſſe cõſueuerunt Quõ an ſit licitũ i fundo aliõo lapides cede re & dicas ꝙ nõ niſi conſuetudo uł ſtatutũ aliter diſponeret ut ẽ tex.glo.& doc.in.l.uẽ ditor.§.conſtat.ff.cõi.pre.nec põt quis lapi des ex funde alteri⁹ exportar̄ ẽt ſi ſit ciuitas uel cõe nñ hoc dictet cõſuetudo et prius do mino preciũ cõpetẽs ſoluat᷑ licet añ ꝑcii ſo lutionẽ cedi poſſint ut ẽ caſus notabilis i.d. §.ſi cõſtat. An autẽ quis poſſit in fundo ſuo lapides ceder̄ ita ut fragmẽta lapidũ ꝑueni ant in fundũ alienũ uide.l.ſicuti.§.ariſto.ff. ſi ſer.uen.& que dixi in primo li.i.ti.de ſer. ꝓhibi. Sed quid ſi ſint uene auree aut ar gentee an ſit mihi licitũ fodere in meo & fo diẽdo tranſire ſub fundo uicini & uł ꝙ nõ ꝑ.d.§.ſi conſtat.Item qa ſicuti quis non põt trãſire i agrũ alienum iuito dño.l.per agrũ .C.de ſerui.ru.pre.ita nec ſub agro alieno qa ſicuti predia ſupra terrã ſunt libera dño uſqz ad celũ.l.altius.C.de ſerui.&.l.q lumi nibus.ff.d' ſer.ur.pre.ita dicũtur eſſe libera uſqz ad ꝓfundum.Itẽ pro hoc facit.l.i.C. de ceſa.li.x.&.l.diuortio.§.ſi uir in fũdo.ff.ſo. ma.Sed Pau.de ca.qui habuit iſtã.q.de fac to i uenis corareis borgoniẽſibus conſuluit cõtrariũ uidelicet ꝙ fodiẽtes non poſſint a dñs ipediri ꝑ.l.cuncti.C.de metal.li.x. con iuncta.l.i.&.l.quoſdam eo.ti.Sed Pill.dicit ꝙ ꝓpter publicã utilitatẽ licet mormora & ſimilia fodere ſub fũdo alieno dũmõ dñs ñ ꝓhibeat damnũ nec ob.d.§.in fundo &.d.§. cõſtat quia illa iura loquũt᷑ i lapidicinis q̃ reperiũt᷑ ſine leſione ſuꝑficiei & ubi fodiũ tur lapides multũ utilis qui in paucis locis reperiũtur & in argento uel auro.Et iõ ꝑꝑ publicã utilitatẽ uidet᷑ cõcedi ut poſſit iue nire & fodere ẽt ſub alieno quia hoc fit cuz magna ipenſa & labore nec a dñis ſuperio rib⁹ põt ꝓhiberi ſi nõ recipiũt leſionẽ ut ꝑ glo.i.d.l.quoſdã &.l.ii.eo.ti.i ꝟ.fiſco que di cit hoc eſſe ſpeciale in metallo ꝙ i agro para tur labore.Et propterea ꝓcedũt etiã i uenis corareis & marmoreis ut ibi & ita tenet ele gãter Pau.de ca.i.l.diuortio.§.ſi uir in fũdo .ff.ſo.ma.ubi dicit ita ſe cõſuluiſſe in ciuita te burgonie & habetur i ꝯſilio.clxxvi. cum duob⁹ ſequẽtibus.Et ita tenet Lo.de Ro. in cccclxxxi.ſingul᷑.quod incipit regula ꝙ res alienã ꝑ glo.uelẽs in.d.l.quoſdam &.l.ii. & ita ego tenui in.l.inter publica in prin.ff.d' ꝟ.ſig.ubi limitaui ꝑdicta ꝓcedere qñ un⁹ tercius nõ dñs feciſſet iam impenſaz i fodiẽ do uel reperiẽdo uenas ſecus ſi uellet icipe fodere & uenas reperire & ille qui haberet fũdũ ſupra uellet etiã incipere fodere quia dñs fũdi deberet preferri per.d.l.alti⁹ &.l. q luminibus ex quo ceſſant rões ſupra alle. .ſ.ipenſarum ei⁹ qui uult inuenire uenas & ceſſat rõ publice utilitatis quia idẽ faciet do minus fũdi que faceret extraneus ꝙ eſt ſin gulare & magne utilitatis & adde q̃ dixi in .d.l.iter publica in prin.ff.de uer.ſig.&.s̄.i primo li.ti.d' ſerui.aqueduc.i prin.iiii.q.pri cipalis põt ex predictis decidi & d materia lapidicinarũ an maritus debeat habere lapi des ceſos ex fũdo dotali & quid ſi expendit i cedẽdo an expenſa debet ſibi reſtitui uide .d.l.diuortio.§.ſi uir in fundo &.§.ſi fundus & ibi doc.ff.ſo.ma.&.l.ſi ex lapidicinis.ff.d iure do.&.l.fi.in prin.ff.de dona.inter ui.& que dixi in.d.l.inter pu.in prin.In mõtib⁹ etiam ſilue qñqz reperiũt᷑ & iõ quero prio que dicatur ſilua cedua & ſilua paſcua. Dic

ſilua cedua ē ut quidaȝ putāt que ī hoc eſt ut cedatᷣ Seruius auteȝ ait ſucciſa rurſus ex radicibꝰ aut ſtipitibꝰ renaſcitᷣ.l.ſilua cedua in prin.ff.de uer.ſig.&.l.hec ſilua cedua in prin.ff.de uſufru. Silua uero paſcua eſt que paſcuis pecuduȝ deſtinata eſt ut.d.l.ſilua cedua.§.fi.Et adde ſecundū Hoſti.& Io.an.in c.cuȝ dilecti in glo.i.in nouella extra de dona.ꝙ foreſta dicitᷣ latū nemus ſine clauſura & ſine aqua & ita ītelligitᷣ tex.ibi. Quādo uero ē ꝓpe fluuiū dicitᷣ ſilua.Sed qn̄ īcludi tur muro uelᷣ palis uocatᷣ Barcꝰ. Deinde queritᷣ ſecūdo quid ſi creditori ſilua pignorata ſit & debitor ex ea nauē ulᷣ aliā materiā fecerit an illa nauis ulᷣ materia pignori erit dicas ꝙ n̄ niſi noiatim cautum fuiſſet ut pignori ſint q̄cūq; ex ſilua facta nata ue ſint ut.l.ſi cōuenerint.§.ſi quis cauerit.ff.de pigno.ac.& ibi per glo.& doc.hoc tamen limitat ſingulariter.Gu.de cu.qn̄ debitor non eſſet ſoluēdo ulᷣ eſſet extincta actio pſonalᷣ & tūc in ſubſidiū nauis ītelligitᷣ eſſe pignori obligata p.l.q occidit.§.i.ff.ad.l.acquil.q tex.parū facit ſecundū Raf.ful.in.d.§.ſi quis cauerit dic.tn̄ magnā eſſe auctoritateȝ Gui. cū nemo contradicat & magis ip̄ȝ mouet ī gratialis auctoritas Gui.q̄ ille tex.et hoc dictū ē bene nō. Queritur tertio an poſſit creditor ꝓhibere debitorē ne ex ſilua nauē faciat Bar.& doc.in.d.§.ſi quis cauerit in fi. tenēt ꝙ creditor debet uti re pignorata tāq̄ bonus pater familias.l.ea igitur.ff.de pig.ac. unde diſtinguitur aut ſilua erat cedua & debitor uult cedere ſecūdū modū conſuetum & nō pōt p creditorē ꝓhiberi p.l. Itē ſi fundꝰ ī fi.ff.de uſufr.&.l.cū tabernā ī prin.ff.dᷣ uſuf.pig Aut nō erat cedua & uolebat ultra modū ꝯſuetū cedere & tūc p creditorē pōt prohiberi per.d.iura dicit tn̄ Roſ.in.d.§.ſi quis cauerit ī fi.ꝙ arbitratur ip̄m creditorē p ypotecariam poſſe aduocare poſſeſſorem ſilue & cōſequenter ne cedat quia tūc creditor debet fructū pcipere nō debitor ut.l.ſi pignus.§.ſi predio.ff.de pig.ac.&.l.ſi cum uenditor in prin.ff. de euic. Queritur quarto nūquid uſufructuarius ſilue poſſit īcidere arbores & pedamēta pro uſu ſuo.& ēt uendere dic quedam ſunt arbores non altiores ſilua & iſta continentᷣ ſub noie ſilue & ideo pedamēta ſuccidi poſſunt ſicut ipſa ſilua ut.l.ex ſilua cedua.ff.de uſuſfr.Quedā ſunt arbores que in altitudine ſiluam excedunt et idē his fructuariꝰ n̄ ſumit ramos ſȝ pedamēta ſuccidit.l.ſed ſi glandes que ſeqᷣ dictā.l.ex ſilua cedua prima materia lȝ aliq̄ eſſent grandes arbores ibi nam ſilue debēt cedi cum aliis quando alie eſſent mature. Quedā ſunt arbores uetuſte & tūc nec pedamēta nec rami ſuccidi poſſunt arboribus etiam euulſus ulᷣ ui uentoꝝ deiectis ad uſū ſuum & uile ut eſt tex.cuȝ glo.in dicta.l. arboribus in prin.que intelligit.d.tex.quādo ſilua nō erat cedua quia tunc pōt ſumere ēt ex ſilua.ꝓ uinea ſua dummō fundū deteriorem nō faciat ut dicta.l.ex ſilua cedua in fi. & in hoc caſu tn̄ habebit uſuarius quantū uſufructuarius ſecūdū glo.ibi ſed.quando ē ſilua cedua tunc plus habet uſufructuarius quā uſuarius quia uſufructuarius poteſt cedere & uendere & locare ultima neceſſitate ſua.Vſuarius autem non pōt uti niſi ꝓ ſe & neceſſitate ſua ut inſti.de uſu & habi. in prin.&.§.i.&.l.diuus in princi.ff.eō.ti. ubi habetᷣ etiam ꝙ uſufructuarius ſiluā poteſt cedere & uendere puta qn̄ eſſet in remotū quia ſi non poſſet uendere nulla eſſet utilitas ſilue & perinde eſſet ac ſi non haberet uſumfructū ſilue ut.d.l. Queritᷣ quinto an emphiteota q recipit ī ēphiteoſim ſiluā uel nemus an īuito dn̄o poſſit extirparē ſiluam & nemus & reducere ad prata ulᷣ culturā & plantare uites uel arbores fructiferas iſtam.q.format Nicol.de ma.& Bal.in.l. .i.in fi.C.de iure emphi.& uidetᷣ primo qdᷣ ſic quia qui accipit in emphiteoſim accipit ad melorādū ſed hoc mō melioratᷣ ſȝ Nicola.de ma.dicit cōtrariū qa melioratio pmittitur dūmodo nō mutet formam.l.ſi cuiꝰ.§. uſufructuarius.ff.de uſufruc.&.l. hactenus .§.neratius eo.ti.& ſecūdū hoc emphiteota aree nō poterit ibi domū ſuper edificare.qa forma aree mutaretᷣ.l. repeti.§.fi.ff.q. mo. uſu fruc.amittatᷣ ſed Bal. in dicta.l.i.in fi. dicit hoc credere uerū eſſe quia tacite ineſt ut poſſit meliorari ut auten.ſi quas ruinas .C.de ſacro ſan.eccle.&.l.ii.C.de alluuio.& pallu.&.l.inter utile.§.fi.ff.de mino.Et ſi tu dicis non pōt mutari foma.Reſpōdetur ſecūdū Bal.forma ſuperficialis mutari pōt in melius quia iſte cōtractꝰ ad hoc ē inuētꝰ ut melioretᷣ & abſurdū eſſet dicere ut qui debet reȝ etrnaliter poſſidere nō poſſit reȝ meliorare meliori forma ītroducta ſub maiori.tn̄ Bal.cōcludit ī dicta.l.i.ifi.ꝙ mutatio ſilue extirpando fieri nō pōt ſȝ ī edificādo domuȝ fieri pōt & eſt rō quia domꝰ poteſt

reduci ad areaꝫ demolita domo. Sed uinea extirpata nõ erit ſilua ut prius erat.l.q̃ſitũ.§.illud fortaſſe de le.iii.& ita tenet Bal.in dicta.l.i.Sed Flo.in dicta.l.hactenus.§.nera cius.ff.uſufruc.refert omnia predicta & tã dem cõcludit ꝙ adhuc ẽ ꝑplexus qd teneat Ego uero in hac.q.ita.dicerem. Aut loqui mur i area & ſto cũ Bal.ut emphiteota poſ ſet domũ edificare niſi aliud de mẽte cõtra hentiũ appareat. Aut loquimur de ſilua & tũc ſi de hoc ſpecialiter eſt cõuentũ illi ↄuẽ tioni ſtãdum eſt.l.ii.C.de iure emphi.con iũcta.l.i.§.ſi conuenerit.ff.depoſi. Aut nul la eſt cõuentio & tũc aut eſt ſtatutum uel ↄ ſuetudo i loco & illi ſtãdum eſt.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de regu.iuris & padue obſeruat᷑ de facto qa emphiteote extirpãt nemora & ſiluas & nulla eſt conuentio ſta tutũ ſeu cõſuetudo & tũc aut nõ eſt utile ſi fiat pratũ uel terra aratoria qa forte maior eſt utilitas uel erit uel tanta percipi poterit ex nemor̃ quãta ex pratis & terris aratoriis & tũc ñ poſſet emphiteota ſiluã exſtirpar̃ ex quo nõ eſt melioratio imo potiꝰ deterio ratio & maxime quia in inſtrumento inue ſtiture ſole apponi clauſula ad meliorãdũ & nõ peiorandũ & ita põt ꝓcedere opinio Bal.Aut exſtirpando ſiluã fundus efficitur ualde melior & tũc aut ẽ in cõtractu emphi teotico dictũ ut pro uictu ſoluere teneatur tot plauſtra lignoꝝ de illo nemore & tunc non poſſet reducere ipſum ad prata uel cul turã quia nõ poſſet ſoluer̃ uictũ & ſic tacite uidetur actũ inter eos ut nemus nõ deſtru atur ut.l.debitor.§.ueriſimileꝫ.ff.de ↄtrahẽ. emp.&.l.legata.§.uerisimilẽ.ff. de uſufruc. le.Aut nõ fuit dictũ de illo nemore.Et ideꝫ credo maxime qñ emphiteota nõ haberet alia nemora ex quibꝰ nõ poſſet ſoluere per dicta iura eadem ratione. Aut penſio debꝫ ſolui i pecunia uel i aliis rebus que i ſilua ñ reperiũtur & etiaꝫ ſi eſſet maior utilitas ex ſtirpando ſiluaꝫ tenerẽ quod poſſet ex quo habet ad meliorandũ nec obſtat ꝙ mutet᷑ forma que non ſit reducibilis facilitate ad ſuã materiã.l.repeti.§.muta.ff. quibus mo. uſuf.amitta.&.l. hactenus.§.neracius.ff. de uſufruc.& illa iura loquuntur in uſufruc.q habet iura debilia que faciliter corrumpun tur & finiunt᷑.l.corruptionẽ.C.de uſufruc. &.§.finitur inſti.eo.ti.& ſic minus iuris hꝫ quã emphiteota & ideo i uſufructuario di cẽdũ ẽ ipſum nõ poſſe extirpare & formaꝫ mutare qa mutata forma mutatur uſufruc. qui propter hoc perit ut dictis iuribus non ſic in emphiteota qui habet plus iuris uide licꝫ utile dominiũ & ꝑpetuũ.l.iiii.ff.de ſer uitu.cõiuncta.l.i.§.q ꝑperpetuum.ff.ſi ager uecti. Querit᷑ ſexto ſi aliquis uendidit ne mus uel ſiluã cũ pacto d' retrouendẽdo iux ta.l.ii.C.de pac.inter emp.&.l.qui fundum .ff.de contrahen.emp.an iſte emptor poſſit ſiluam exſtirpare & in hac queſtione puto eſſe cõſiderãda uerba pacti de retrouendẽ do ſi enim dicerent ꝙ teneatur dictã ſiluaꝫ uel nemus retrouẽdere & tũc iudicaret ipꝫ nõ poſſe exſtirpare quia nõ poſſet ſeruare pactũ de retrouẽdendo & ſic illa iura nõ lo quũt᷑ de ſilua ſed de fũdo uel ſimpliciter & tunc aut eſt pactũ ad certum tempꝰ breue puta.v.uel vii.uel.viii.ãnorum ita ꝙ eſſet maior utilitas emptoris habere ligna quam fructus fundi ad culturã reducẽdi & maius eſſet damnũ uẽditoris.Et idem per ea que dicta ſunt i precedẽti.q.Aut eſt pactũ in ꝑ petuũ & tũc aut emphiteota ſciebat ł ueri ſimiliter ſcire debebat uenditorẽ debere re trouendere & ut cõſequeret᷑ emptor maio rem utilitatẽ anteq̃ reuenderet fecit exſtir pare totã ſiluã & non poſſet.& tenetur ad damnũ & itereſſe ipſi emptori retro emẽti arg.l.i.§.i.& quod ibi nõ.Bar.ff.ſi quis teſ. lib.eſ.iuſ.fu.&.l.nomen debitoris.§.i.ff.d' le ga.iii.cũ ibi nõ.&.l.ſi filie mee & ꝙ ibi nõ. .ff.ſo.ma.& quod nõ.Pau.de ca.in.l.ſi filio. §.fi.eodẽ ti.Aut emphiteota neſciebat nec ueriſimiliter ſcire potuerat uenditorem ha bere animũ de proximo retroemẽdi & tũc dubiũ eſſet an poſſit ſiluã exſtirpare & tũc diceret᷑ aut uẽditor cõtradicit qa aſſerit ſe cito retroemer̃ qa tũc nõ poſſet exſtirpare eadem ratione arg.l.ſi fundũ cum ibi nõ.C. de rei uẽdi.Aut dñs non contradicit uel ẽt ignorat & tunc diſtingue ut dixi de emphi teota in precedẽti.q. Queritur ſeptimo an maritus poſſit exſtirpare nemꝰ ſibi datũ in dotem & reducere ad culturã dicas ꝙ ſic quia ꝓpter hoc reddit fũdũ fructuoſiorem quia ex cultura plus percipit q̃ ex nemore ut ꝓbat᷑ in dicta.l.diuortio.§.ſi uir i fundo cõiuncta glo.in ꝟ.fructuoſiorem.ff.ſo.ma. &.l.fi.ff.de iure do.Sed ſi non efficeretur fũ dus fructuoſior tunc dic ut dixi in duabus queſtionibus ꝓceẽtibꝰ. Querit᷑ octauo an maritus emphiteota uel feudatarius uel ſimiles qui habent ius i reˀ poſſint arbores

fructiferas incidere & uidet̃ ꝙ ſic quia ha
bent utile dominium.l.i.ff.ſi ager uec.&.c.i.
§.rei autẽ in ti.de inueſti.de re ali.fa. Sed in
re ſua quilibet ẽ moderator & arbiter.l.ĩ re
man.C.man. In contrariũ facit.l.diuorcio.§.
ſi i fundo.ff.ſo.ma.&.l.ſi uir in fraudẽ.§.con
ductor.ff.de iure fiſ.l.forma.§.ſi uites.ff.de
cenſi.l.ſi ita.§.fi.ff.de uſufr.&.l.creditor la
ſecunda.ff.de pig.ac.Et hãc ultimã partem
tenet Dy. Bar.& doct.i.d.§.ſi conductor &
Bal.i aũt.qui rem i fi.pe.col.C.de ſacro.ſan.
eccle.Ang.ĩ.l.ſi colonus.ff.ar.fur.ceſ.Et idez
dicas ĩ patre quo ad bona filii & in uſufruc
tuario & ꝑ Ang.ĩ.l.fi.§.ſin autẽ legata in fi.
C.de bo.qꝫ li.& ꝓbat̃ in.d.l.equiſſimum.§.
uſufructuariꝰ & idem ẽt dicas & multo ma
gis in uſufructuario.l.fi.ff.de uſu & habita.
Sed predicta oĩa ĩimita niſi predicti uelint
ĩ loco demortuaꝝ uel inciſarũ alĩas plãtare
ut dicit Ang.i.d.l.ſi colonus per.d.§.conduc
tor & idem Pau.de ca.ĩ.d.l.diuortio.§.ſi fun
dum & pro hoc optime facit.l.agri.&.l.ue
tus fuit qõ cum duabus ſeq.ff.de uſuf.&.l.ex
ſilua cedua eo.ti. Sed põt dubitari circa
predicta an ſi emphiteota uel fructuariꝰ uł
ſimilis ĩcidũt fructiferas arbores eo caſu qᵒ
nõ pñt an ꝑꝑ hoc cadãt a iure ſuo Et uidet̃
ꝙ ſic.quia deteriorant rem ſibi conceſſam a
dño ꝑ autẽticaꝫ qui rem.C.de ſacro ſan.ec.
& ita tenet Bar.in.d.l.diuortio.§.ſi fundum
Inno.dicit ibi ꝙ hoc ẽ ſpeciale ĩ fundo eccle
ſie.Lodo.autem de Ro.ibi tenet opi.Bal.qñ
emphiteota uel feudatarius fuit monitus ut
deſiſtat ab inciſione & nõ deſiſtit per tex.ĩ
c.i.§.quicũqꝫ aduocatꝰ in tĩ.de pac.te.in uſi.
feu.Et licet ille tex.loquat̃ ĩ alia materia tñ
eius rõ multũ facit ꝓ opinione Bal.ꝗ puto
uerã ꝑ.l.eadẽ cũ ibi notatis.C.loca.per.c.qa
ꝓpter extra de locato.& ꝑ notata ĩ.d.autẽti
ca qui rẽ & ꝑ.l.hoc amplius.§.fi.ff.de dam.
infec.& ꝑ.l.ii.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.
iur.& inſti.eo.ti.§.fi.cũ ſy. Queritur no
no ſi cõceſſi alicui ut poſſit de nemore meo
ligna ĩcidere & ad ſui libitũ accipeř an poſ
ſim poſtea alteri cõcedere ligna dic ꝙ ſic ſi
ligna nemoris utriqꝫ ſufficiũt alias nõ arg.l.
ii.§.fi.ff. de ſerui ru.pre.&.l.lucio.ff.de aqua
coti.& eſti.pro hoc uide que dixi ĩ.i.li.ĩ.iii.
.q.pricipali.⁊.& quod dixi ꝙ dñs poſſit in
ponere ſeruitutẽ. Queritur decimo ẽ ꝓ
miſſum alicui ut poſſit incidere de nemoř
meo quedã ligna an poterit ꝓ libito ſuo in
cidere in eo.Gu.de cu.ĩ autẽ qua in ꝓuincia
C.ubi de cri.agi.oportet dicit in fi.pone tu
habebas bona iuxta nemus meum recipie-
bas ligna de nemore meo ĩiuſte abſentaſti
te & dixiſti famulis tuis ut inciderent ſicut
tu qui habebas ius iꝑi fecerũt ut fuit eis dic
tum & iniuſte quod remediũ mihi dabitur
dico ꝙ aget̃ cõtra iſtos tñ & ſi iſti petẽt di
lationẽ ad certificãdũ dñm dabitur & ſi po
ſtea nõ uenerint iꝑi cõdennabunt̃ & ſi nõ
ſunt ſoluendo fiet ĩ reſiduo executor cõtra
dñm ꝑ.d.autenticã qua in ꝓuincia ĩ qua ita
põt poni caſus quod dicit eſſe notanduꝫ qa
cotidie de facto põt euenire. Queritur
undecimo ſi unus miles uult in nemore al
terius colligere ligna uide Hoſti.ĩ ſũma de
cõſue.§.qualiter ꝓbãdũ. Queritur .xii.
ſi i nemore alieno capreoli cerui uł alia ani
malia capiũt̃ dño ignorante uł cõtradicẽte
an efficiãtur capiẽtis uel dñi nemoris & an
ꝓpria auctoritate dñs poſſit eaꝫ retinere ui
de Ang.& doc.ĩ.l.diuus.ff. de ſerui.ru.pre.
& quod dixi ſupra de uenatione & aucupa
tiõe. Queritur.xiii.ſi ruſtici dicũt ſe fuiſ
ſe uſos nemore tanto tẽpore quo non extat
memoria an iuuat eos ut dicãtur acqſiuiſſe
ius utendi fruendi in illo nemore Cy. for-
mat hãc.q.in.l.fi.in.iiii.q.C.de preſcrip. lõ
tem.x.uel.xx.an.& uidet̃ dicere ꝙ non qa
uſufr.perditur lõgiſſimo tẽpore.l.cõruptio
nem.C.de uſuf.ergo eo tẽpore quo perdere
tur nõ acqritur facit.l.ticio cũ morietur.ff.
de uſuf.& tñ cautella ẽ ut ruſtici non dicãt
ſe habere uel acquiſiuiſſe ius utẽdi fruendi
ſed dicãt ſibi cõſtitutã fuiſſe ſeruituteꝫ pro
ius uel habere ius ut poſſint incidere ligna
ĩ dicto nemore qñcũqꝫ iuxta.l.iii.ĩ pri.ff.de
ſerui.ru.pre.Et ad probãdũ iſtã conſtitutio
nem ſeruitutis uel iuris allegẽt & ꝓbent ſe
uſos fuiſſe dicto iuř accipiẽdi ligna per tñ
tẽpus cuius inicii memoria nõ exiſtat quia
tale tẽpus hẽt uim ꝯſtitutionis & tituli ſeu
priuilegii.l.hoc iure.§.ductꝰ aque.ff.de aqᵃ
co.& eſti.&.c.ſuper quibuſdam.§.preterea
de ⁊.ſig.&.c.i.de preſcrip.li.vi.imo plus al
legãdo titulũ & probãdo poſſeſſionẽ ł qua
ſi ꝑ.x.an.iter pñtes &.xx.iter abſentes ꝓba
ret̃ titulus & ſeruitus cõſtituta ut ꝓbatur
ꝑ glo.nõ.i.l.ſeruitꝰ predioꝝ & ibi per doc.
ff.de ſerui.& ꝑ glo.Bar.& doc.in.l.i.§.deni
qꝫ el.ii.ff.de aqua plu.ar.& ꝑ ea ꝗ habẽtur
ꝑ Bar.& doc.in.l.qui in aliena.§.ſed ſi non
adierit.ff.de acqui.here.& per glo.& cano.
ĩ.c.ꝑuenit extra de cenſi.& adde que dixi.ſ

in ti. de ſerui. aqueduc. ꝟ. circa terciam qñ nulla ē cōuentio. Queritur. xiiii. & ultimo ſi ruſtici uł alii hñt uſum nemoris alieni puta qa ī eo ꝯſuetū ſūt accipere ligna lōgiſſimo tēpore qñ expiret iſte uſus uid Ci. & doc. in. d. l. fi. in. iiii. queſtiōe. C. de pſcrip. lon. temp.

De collibus ꝛ͞ica.

uIDIMVS DE MONTibus ī genere uerū quia colles ēt montes dicunꝰ ſcribiꝰ eim ē montis colł ideo de ipis ēt collibus dicēdū ē. Et dic̄ Bar. ī tractatu teberiadis ī ꝟ. v. colł. ab altitudie mōtis dici pōt. Proprie autē collis dicitur a colēdo quaſi mediocres mōtes q colunꝰ ut exponit gloſa ſcripture diuine ſub pſalmo Dauid & xiii. ꝟ. illo montes exultauerunt ut arietes & colles ſicut agni ouiū. Sūt enis montes magne altitudinis & coīter inculti. Colles uero mediocris altitudinis & coīter ſunt culti. Et ītelligo colles hñtes altitudinē ꝓpriā cōtinuatam cū mōtibus nō hñtibus maiorē altitudinē. Si eis cōtinuaretur tūc ſi eſſent culti diceretur pēdicie mōtiū. Horū cā in nonnullis ptib⁹ locus magne altitudinis lꝫ cultus dicitur mōs & locus parue altitudinis lꝫ incultus dicitur collis. Diſtinguitur aūt mons a colle altitudine uel cultura uel extimatione colētiū. l. i. ff. de fluminib⁹ & ꝓpterea p celū figurāꝰ hi q ſue uite ſub limitate ceteros ſupragradiūꝰ p montes hi figuraꝰ qui nō ſunt alte uite p colles hoies ītelligunꝰ īferiores uite ut ē tex. cū gl. ī ꝟ. celū montes & colles. C. de ſum. tri.

De ualle ꝛ͞ica.

uALLIS DICITVR LOCus collibus uel mōtibus circundat⁹ a uallo uallas quod ē circundo & eſt locus planus parue uel mediocris magnitudinis planus uero dicꝰ a grece quod ē latū ſeu latitudo ſecūdū Hugu. dicitur eis planicies. i. coequalitas ſecūdus papiā. Duo ergo reqrūtur. Primus ꝙ ſit latū. Secūdo ꝙ ſint ei⁹ partes equales. i. equaliter plane ita ꝙ una alias nō ſuperexcedat. Diſtinguitur itaqꝫ uallis a plano ex circūdatiōe. Pōt enis planus eſſe nō circūdatus montib⁹ nec altitudine alia. Item differt & a latitudine quia ſi ſit locus pue latitudinis mōtib⁹ ł collib⁹ circūdatus dicꝰ ualis. Si autē ē magne latitudinis dicꝰ planities. hec autē opiniōe circūcolentiū extimāꝰ ar. l. i. ff. de flu. Differt ēt ab equalitate quia uallis dicꝰ ēt ſi habet ꝯcauitatē. plan⁹ aūt equalitate equiperatur equalitas aūt plani qualis eſſe debeat dubitari pōt puto nō omnimodā equalitateꝫ requiri ſed ſufficit ſi nōbiłr ī unaꝫ parteꝫ nō uergat facit. l. cui deus. ff. de edi. edic nōbłr aūt ī unā pteꝫ uergere ꝓbabiłr dici pōt qñ īñ aqua multū de terra aufert ita ꝙ uſum & culturā deteriorē faciat ar. ff. de aqua plu. ar. l. i. §. fi. & ff. de edi. edic. l. i. §. ſciendum foſſe autem agrorum & uiarū & ripe ipi⁹ plani ſunt & loquor de plano totali ut ſi dꝛ plano tiberis loquamur ſicut enim foſſe que ſunt in fundo fundi ſunt ita q̄ ſunt ī totali plano ſunt plani. l. predia. §. ita legatū. ff. de fundo inſtruc. & ſi ſtatuta que loquūꝰ in his que ī plano tiberis cōmittunꝰ locuꝫ haberent ēt ī his que ī dictis foueis & ripis cōmitterētur

Quid ergo ſi cōmitterenꝰ ī eo loco qui p atractionē aque uerſus flumen uergit an ī plano tiberis dicēꝰ cōmiſſum uideꝰ ꝙ nō dicit enim lex pe. ff. de flu. ex quo a plano uergere incipit ſed dictio a ſepationē denotat. ff. de ac. emp. l. non auteꝫ. §. fi. ergo ille locus ſic uergens ē ſepatus & diſtinctus a plano. dic ſi queraꝰ an talis locus appellatione agri cōtineatur & dicendū ē ꝙ non p rōnē predictaꝫ. Si uero queriꝰ an totalis plani tiberis appellatione contineaꝰ aduertenduꝫ ē ſi quodā flumē planū uadit ita ut ab utra q̄ parte fluminis planū tiberis appelletur quod ī dicto loco fieret ī plano factū eſſe diceret quinimo ēt quod ī ipo flumine fieret ī tali plano ſub totali applanatiōe nomiato factū eſſe dicereꝰ cū enim in ipꝫ flumē additur & exitus aliter q̄ p ipſum flumē non habeaꝰ merito ipius plani appellatiōe cōtineꝰ ut ī ſimili ī multis caſibus iura dicunt. Sic ēt ager cū totos qui ſunt ab utraqꝫ parte unius plani appellatione cōtineret ergo & ipm flumen. Alias flumē mediū diuideret nec eſſet unus planus ſed plures ar. ff. de uer. ſig. l. recte dicimus facit ad hoc quia qdꝛ fit ī aqua putei ī ipa re factū uideꝰ. l. is qui ī puteū in prin. ff. qui aut clam & habetur p Bal. in tractum ſuo tiberiadis in. v. coł. ꝟ. uallis dicitur. Sed ibi ēt Bar. dicit quid ſi ab alia parte fluminis eſſent mōtes uel colles dicit ꝙ tūc ille locus ꝓpter aque attractiōeꝫ uergēs plani appellatione ñ cōtinētur. ſed

ibi planus deſinit & locꝰ ille ripe fluminis
cedit ut dicta.l.pe.ff.de flu.ēt ſi ipſum flum̄
aliūde habeat aditum ar.ff.uti poſſi.l.ſi duo
.§.ſi.s̄.edes cū ſy.Et adde p̄dictis ꝙ uales ēt
dicūtur ille q̄ nō ſunt montibus uł collibꝰ
circūdate ſed ſunt in locis iferioribus uel ꝯ
cauis aquoſis & ut plurimū concauitatis de
quibus dicā.j.in elemento aque in titulo đ
uallibus aquoſis.

De aqua ꝛ̄ica.

Qua ſecūdum nos eſt elementuꝫ
a īō poſt terram de aqua conſequen
ter ꝓ maiori noſtra ꝑfectione uī
dendū eſſe putaui.Sed in omnibus ordinē
ſeruemꝰ prius a mari tāq̄ digniori exordiū
capiamus poſt reliqua que i primis ad ſer
uitutē aq̄ pertinēt ut etiā ordo requirit bre
uiter perquiramus ſi tn̄ prius unum dixeri
mus ꝙ in aqua mirabile uidetur nam lꝫ re
gul'r qcquid ſolo ſuperponitur cedat ſolo.l.
adeo.§.cum in ſuo.ff.de acqui.re. do.tamen
ſecus eſt i aqua q̄ eſt ſupra ſolum quia tunc
ſolū cedit aque que ſupra iponitur.d.l.adeo
§.inſula ibi cuiꝰ & ipſuꝫ flumē & ē ſpeciale
in flumine & in mari & i certis aqs in qbꝰ
locū hēt ius alluuionis ſecūdū Bar.i tracta
tu de alluuio.i.vi.col.& Bal.in.l.ſi plures
in.iii.col.i fi.C.de ſer.uide etiam Bal.in.l.la
pilli in prin.ff.de rerū di.

De mari ꝛ̄ica.

ARI quod natura omnibus patet
ſeruitus priuata imponi non pōt
.l.uenditor in prin.ff.cōi predi.qa
maris cōis eſt uſus omnibus hominibus ut
aeris.l.littera.§.i.ff.ne quid in loco publico
& Inſt i.de reꝝ diui.§.i.&.l.iniuriarū actio
.§.ſi quis prohibeat.ff.de iniur.Sed a prin
cipe imponi ſeruitus mari pōt ut dicit glo.
in dicta.l.uenditor in prin.per.l.ſeruitutes
.§.pub.ff.de ſeruitu. Sed licet priuatus in
mari ſeruitutē cōſtituere non poterit tn̄ ſe
& ſuos heredes per ſtipulationes uel ꝯtrac
tus obligare pōt ut nō niſi in aliqua parte
maris liceat ſibi uel heredibus ſuis piſcari ł
aliquid aliud facere ut eſt tex.cū glo.in.d.l.
uenditor in prin.& ideꝫ intelligit ibi Pau.
de ca.i qualibet alia aqua publica eadē rōne
Et eodē mō pōt quis ſe obligare ad nō ipe
diendum alium priuatū i aqua publica uel
loco publico aliqd facer̄ non erit tn̄ ſeruitꝰ
realis uel predialis ꝑ notata in.l.ut pomum
ff.de ſerui &.l.pecoris.ff.de ſer.ur.predi.&
.l.mella.§.fi.ff.de ali.& cib.le.& ſimilit̄ pōt
quis uendere domum hoc acto ꝙ emptor
nō poſſit ibi exercere taleꝫ artē & ualꝫ iſta
cōuentio ſecūdum Bar.An.Flo.& doc.in.d.
.l.uenditor in prin.& per Pau.de ca.in.l.
quotiens la.i.ff.de ſerui.Et his caſibus nō po
terit promittens uel eius heredes cōtraueni
re ſue ꝓmiſſioni & ſic cōtra factuꝫ ſuum ꝓ
priū quatenꝰ intereſt eiꝰ facta eſſe promiſſio
licet reſpublica ꝓ ſuo intereſſe poſſit cōueni
re.l.iuriſgē.§.ſi paciſcaris &.l.ius publicum
.ff.de pac.ſecundū doc.in.d.l.uenditor i pri.
Sed ubi nō eſt a pricipe mari ſuitus impo
ſita nec a priuato aliqua obligatio ꝯſtituta
tūc mare paſſiꝫ omnibꝰ patet ut.d.l.uendi
tor in prin.& eiꝰ uſus cōis eſt omnibus ho
minibꝰ ut aeris.d.l.littera cum ſy.& iō ſi qs
in mari ꝓhibeat̄ nulla.l.priuata uł publica
cōtradicēte uel in mari retia imittere uł du
cere pōt agere acti.iniuriaruꝫ.l.actio.§.ſi qs
ꝓhibeat.ff.de iniur.&.l.ii.§.ſi qs in mari.ff.
ne qd in loco pub.imo plꝰ qs pōt i mari piſ
cari etiaꝫ an̄ edes meas uel pretoriū meum
nec ipſum ꝓhibere poſſum & ꝓhibendo ſi
militer teneor acti.iniuriarū ut eſt tex.i.d.§
ſi prohibeat.℣.ſi quem tn̄. Sed queritur
nunquid in mari uel litore maris poſſit qs
edificare & an hedificiū efficiat̄ ſuū & qn̄
& dic ꝙ pōt & edificiū ſtatim fit ſuū cū pi
las iactauit nec requirit̄ rei ꝑfectio.l.ergo.
§.fi.ff.de acqui.re do.Nā & ille eſt tuendus
qui in littore edificat uel in mari.ff.ne qd
in loco publico.l.ii.§.aduerſus.ubi utitur
uerbo pn̄tis temporis.ſ.edificat ergo ſufficit
ſi in pn̄ti edificet & opus ꝓſequat̄ n̄ aūt ē
opus quod nō ꝑficit & ita uult Bar.in.l.quo
minꝰ in.v.coł.i.fi.ff.de flumi.ubi ēt đclarat
qn̄ quis dicat̄ opus ꝓſequi.Et ꝓpterea dicit
Bal.i ꝛ̄ica.ff.de re.diui i.iii.coł.ꝙ ſic faciunt
ueneti qui ſunt fundati i mari & de iure gē
tiū ciuitates fundare i mari ſunt ipſoꝝ edi
ficātium.l.interim in prin.eo.ti.Et hac rōe
dicit elegāter Bal.ꝙ ueneti pretendūt liber
tateꝫ.quia nō edificauerūt i ſolo alicuiꝰ.ſꝫ ſi
i ſolo iuriſdictionali alicuiꝰ edificat illiꝰ dici
tur ſubditꝰ ut nō.Spe.in ti.de edi.domu.℣.
quid ſi petitur ciuitas.Et predicta uera in
tellige niſi mari aliqd fiat quo portꝰ ſtatio
iterue nauigo deterius fiat.l.i.§.ſi in mari.ff
ne quid i flu.pu. Sed nunqū poſſit aliqs

preſcribere mare uel aliquem uſum maris aut iuriſdictionē. Et uidetur ꝙ non quia nō ē ſcriptus loco tēpore quia loca iuris gentiū longe poſſeſſionis preſcripta acquiri non pñt ut eſt caſus i. l. fi. in prin. et ibi hoc notat Ang. & doc. ff. de uſucapio. Sed an poſſit ꝑſcribere tāto tēpore cui⁹ inicii memoria ñ exiſtat. Et uidet̃ ſil̃r ꝙ non. ex quo mare ē cōe omnib⁹ ut dixi. ergo uidet̃ ꝙ ↄtra īfan tes & nūdum genitos ī poſſibile ſit ꝑſcribi poſſe qa nō ualēti agere ñ currit ꝑſcriptio l. i. in fi. C. de āna. preſcrip. Ite3 quia iſtud ui det̃ ēē cōtra ius naturale. ergo ꝑſcribi non poteſt ar. d. l. fi. i. l. iura ſanguinis. ff. d' re. iur.

In contrariū uidet̃ ꝙ imo tāto tempore poſſit acquiri quia in mari ita eſt iuriſdic tio ſicut ī terra ut nō. i. c. ubi ꝑiculū de elec. l. vi. in. ℣. territoriū ergo preſcribi pōt. l. ui ros. C. de diuer. officiis lib. xii. Et ita notat. Bal. ī ꝓ̃ica de re. diui. i. ii. col. Ite3 quia poſſeſ ſio uel quaſi cui⁹ nō exiſtat memoria hab3 uim tituli ſeu priuilegii aut cōſtituti. l. hoc iure. §. duct⁹ aque. ff. de aqua coti. & eſti. &. c. ſuper quibuſdam. §. preterea. extra der. ſi gni. &. c. i. de preſcrip. in. vi. & hoc uult tex. cu3 glo. in. l. uſum aque. C. de aqueductu. li. xi. & glo. fi. ſecūdū primū ītellectū. l. diligē ter eo. ti. Sed ꝑti & priuilegiū poſſit ꝑ prin cipē concedi ut quis ēt priuatus haberet iu riſdictionē in mari. l. uenditor ī pri. cū glo. ff. coia predi. & dixi ſupra in prin. ergo poſ ſeſſio ul' quaſi dicti temporis ꝑdit̃ ſicut pri uilegiu3 uel alius titulus S3 qa mare & alia flumina per ↄſuetudinē pñt preſcribi et ac quiri ut nō. glo. i. e. l. uſu3 ergo potuerūt ēt per poſſeſſionē tāti tꝑis cui⁹ ñ exiſtat me moria que habet ui3 cōſuetudinis preſcrip. ut dicto. c. i. de ꝑſcrip. in. vi. cōiunctio. c. fi. & ibi nō. extra de conſuetu. & ita tenet Bar. & Ang. & doc. in. l. ſane ſi maris. ff. de iniuriis. & Bal. ī ꝓ̃ica. ff. de rerum diui. in. ii. col. &. Ang. in. l. fi. ff. de uſuca. & ī conſilio quod ici pit thema per quo conſilium queritur &c. ita etiam tenui ſupra i. i. li. in. v. q. ꝑcipali Et ex predictis ſequitur quod ueneti qui gulfu3 maris adriani cui⁹ ñ exſtat memoria poſſiderūt ip3 mare quo ad eius iuriſdictio nem preſcripſerunt & ſimiliter Ianuenſes ī mari ſuo ut nō. doc. ī dictis locis. Sed ꝑdicta intelligo uera qñ allegat̃ titulus ſeu priui legiū īꝑatoris uel ꝙ credāt ſe uel maiores ſuos habuiſſe ius in mari ar. eorum que nō. Bar. in. l. celſus. ff. de uſuca. Bal. in. l. iudicia. C. de rei uen. Secus ſi confiteretur ſe ad ma iores ſuos nunq̄ habuiſſe aliquē titulu3 uel nec aliq̄d ius ſed tantū ꝑſcripſiſſe ꝑ dictu3 tēpus nam tunc non ſufficeret. quia potius corruptela eſſet q̄ preſcriptio ut in autē. ut nulli iudicū. §. i. & ibi glo. colla. ix. & quādo longiori tꝑe poſſediſſent tāto maiori culpa tenerētur ut. c. fi. extra de conſue. quia licet preſumptio eſſ3 iuris & de iure tñ admitte ret̃ ꝓbatio in contrarium per confeſſionē partis ut nō. in autē. Sed iam neceſſe que ē ī corpore unde ſumit̃. C. d' dona. ante nup. & glo. in. l. ī contractibus in prin. C. de non nu. pe. ſicut in ſimili Inno. & doct. in. c. quia pleriq3 extra de imu. eccle. &. c. cū bertold⁹ extra de re iudica. & quia eſſent in mala fid̃ c. fi. de preſcrip. &. c. malefidei poſſeſſor d' re. iuris in. vi. & licet ꝑſumat̃ bona fides de xxx. anno. l. fi. C. unde ui. & ibi per Bar. in fi. tñ contra iſta3 preſumptionē pōt ꝓbari mala fides maxime ex cōfeſſione partis poſ ſidentis. Item predicta intellige quo ad uſū & iuriſdictionē non autē quo ad ꝓprietatē quia illa nō pōt ꝑſcribi aliqua preſcriptiōe l' cōſuetudine. l. diligēter ī fi. C. de aq̄ductu li. xi. quia ſunt de iure gētiū & publico & ī uſu publico ut mare flumina nauigabilia nullo tempore acquirūtur niſi cōceſſio ceſa ris aut ſenatus īteruenerit & hoc tenet glo. ī l. fi. ff. de uſuca. quā ſequit̃ Ang. in. l. ſane ſi maris. ff. de iniuriis. Sed hoc intelligo qñ q̄ſ uellet ſe fundare in preſcrip. ſimpliciter. S3 ſi uellet ſe fundare iri ti. ſeu priuilegio ceſa ris & ad ipſum probādum allegaret ratōe3 uel quaſi tāti temporis cuius non extat me moria ſufficeret etiam ad acquirēdū domi niū. c. ſuper quibuſdā. §. preterea. de ℣. ſig. & per. c. iii. de preſcrip. in. vi. & per. l. hoc iu re. §. duct⁹ aq̄. de aqua coti. & eſti. iūcta glo. notabili in. l. ſeruitutē prediorꝝ cū ibi nō. & per doc. ff. de ſeruitu. Et adde oīno que dixi ſ. ī ti. de ſeruitu. aq̄duc. i. viii. q. ꝑcipali ℣. & ex ꝑdictis ſequit̃ deciſio multarū. q. uſq3 ad ℣. &. q. ex predictis deciditur ubi poſui quāto tempore ꝑſcribāt̃ loca publica & ius paſcēdi in fluminibus. S3 dubitari pōt qūo quis dicat̃ poſſediſſe uel quaſi mare uel ali quā ī eo iuriſdictionē dic ille q̄ hab3 iperiū in mari dicit̃ mare poſſidere ꝙ patet ꝑ. l. q̄ permittūt ſoli principi diſponere de his. ff. de uer. ob. l. cōtinuus. §. cu3 quis. ff. de ↄhen. emp. l. ſed & celſus in prin. &. l. quo minus ff. de flumini. & ita eleganter nō. Bar. ī trac

tatu tyberis in ti.de allueo.℣.publice iuriſ
gentiũ & idem in effctu tenet Bal.i.l.ſi plu
res in.iiii.col.in prin.C.de con.inſer.ꝙ tene
menti quia hoc allegaui cõtra briſieſes ꝙ la
cus garde eſſet totus de territorio ueroneſi
quia ſemp ueronoſes & pricipes qui dñati
ſunt uerone exercuerũt iperiũ & iuriſdicti
onẽ ſuper toto lacu & ita fuit iudicatuȝ per
excelſuȝ ꝯſiliũ rogatoꝶ uẽtiaꝶ & ideȝ dico
de culpho maris ꝙ cuſtoditur per uenetos
ẽt ſuꝑ illo exercuerũt atqȝ exercẽt iuriſdicti
onẽ in dicto culpho & ita ẽt obſeruatur.Sȝ
nunqd hoc pretextu poſſint ueneti nauigã
tes ꝑ mare ad uiaticũ i culpho cũ mercibus
imponere gabellas & cõfiſcare merces con
ductas ꝯtra uenetoꝶ ſtatuta Bal.format in
ꝶica de re.diui.in.ii.col.ad fi.℣.ſed nũquid
& uideť quod nõ ꝑ.l.i.C.no.uecti.impo.ñ
poſ.Iteȝ quia ius fiſcandi nulli cõpetit niſi
principi.C.de bo.uacan.l.i.li.x.&.c.i.in ti.q̄
ſunt regalia in uſi.feu. In̄ contrarium ui
detur quod ſecũdũ Bal.totus mũdus hodie
hoc iure utitur & derogatus eſt.ll.cõtrariis
facit.l.colonus.§.nauẽ.ff.loca. Item quia iſta
ſpecialis cõfiſcãdi cõſuetudo ſpetiali princi
pis ꝑmiſſioni cõparať ut nõ.in ſimili i autẽ
de man.prin.§.iudicare colla.iii. Itẽ quia ue
neti i eoꝶ imperio hñt regalia & iura fiſci
nec ſuperiorẽ ſaltẽ de facto recognoſcũt iõ
in mari predicto pñt imponere gabellas &
confiſcare merces & bona ſicut i ciuitate ue
netiarũ quia tãtam iuriſdictioneȝ hñt i illo
mari quãtam in ciuitate uenetiaꝶ per ea q̄
notat Bar.i tractatu de inſula in.i.&.ii.col.
& dicã in.q.ſequenti.Sed ubi non eſſet iſta
conſuetudo uel ubi non haberẽt impiũ uel
ſi haberẽt re cognoſcerẽt ipſuȝ a ſuperiore
tunc nõ poſſent imponer̄ gabellas ut i toto
titulo.C.no.uecti.impo.non poſ. Quid
aũt de mari in quo aliquis nõ exercuit iuriſ
dictionem tanto tempore ut poſſit dicere ꝑ̄
ſcripſiſſe aliquaȝ iuriſdictionem an licet ſit
nullius rõne dominii an ſalteȝ quo ad iuriſ
dictionis ius ſit alicuiꝰ ut maleficia q̄ ibi cõ
mittuntur poſſint punire & an gentes que
ibi ad habitãdũ accedũt poſſint iudicar̄ Iſta
queſtio formatur per Bar.in eo tractatu de
inſula in.ii.col.qui dicit quod pro deciſiõe
huius.q.eſt uidenduȝ an ille qui habet iuriſ
dictionẽ in territorio coherẽti mari & uſqȝ
ad ꝙ ſpatiũ & uideť dicit i ꝑ̄e quod nõ quia
mare cõe eſt omnibus ut ſepe dictum eſt.

In cõtrariũ dicit eſſe ueritateȝ quia ſicut
preſes prouincie debet purgare ꝓuinciam
malis hõibus ꝑ terram.l. cõgruit.ff.de offi.
ꝑ̄ſi.ita per aquã.l.i.C.de claſſibꝰ li.x.Et ibi
Bar.dicit ꝑ illũ tex.ꝙ ſicut qs põt punir̄ de
linquẽtẽ i ſuo territorio ita delinquẽtem in
mari ꝙ ſubdit illi ciuitati uel prouincie al
legat.l.ceſar.ff.de publi.& ita nõ.Bar.& Io.
an.& doc.i.c.ubi periculuȝ in ℣.territorio
de elec.in.vi.& uide plene per Ang.oĩno i
l.ſane ſi maris.ff.de iniu.& Bal.in.l.arbor
.§.de ueſtibulo.ff.cõi diui.& Ang.in.l.inſu
la italie.ff.de iudiciis qui dicit ꝙ per illam
.l.fuit deciſuȝ piſis de cõſilio Bar.ꝙ delictũ
cõmiſſum in mari propiquo portui ciuita
tis piſaꝶ debereť ibi puniri quia ẽ ꝑticula
maris ꝙ itelligebať ſubiacere ciuitati piſaꝶ
imo plus dicit ibi Ang.ſi illa ꝑticula maris
eſſȝ i remoto mari ſi tñ nulli loco terreſtri
erat ꝓpiquior ubi exercetur imperium dȝ
piſis puniri.Et idẽ dicit de aliis ciuitatibus
cũ ſimilis caſus accideret.l.i.C.d claſſi.li.xi.
quã dicit nõ eſſe alibi.Circa ꝙ adde q̄ dicaȝ
in ſe.q.Et ex hoc apparet ſecũduȝ Bar.in.d.
tractatu ſi in mari quis habet iuriſdictionẽ
multo magis hȝ ẽt i inſulis que ſunt i dicto
mari.Inſule eñi illius ꝓuincie ꝓpinque q̄
modico ſpatio diſtant illius ꝓuincie eſſe di
cunť.d.l.iſule italie.&.l.nocioneȝ.§.i.ff.de
uer.ſig.& nõ.Ang.& doc.i.d.l.iſule. Que
aũt dicať inſula propinqua uel modico ſpa
cio diſtare dic ſecũdũ Bar.i dicto tractatu ꝑ
centũ miliaria Vicinus eñi tunc diciť.l.iiii.
.§.ſi tam uicinum.ff.de damp.ifec.& extra
de ꝶptis.c.non nulli ubi diciť quod i duas
dietas non diciť locus remotus Cõſtat aũt
quod cẽtũ miliaria ꝑ mare ẽ minus duabus
dietis & ꝙ uſqȝ ad cẽtũ miliaria dicať locus
ꝓpinquus probať in.l.quicunqȝ de epiſ.&
cle.& hoc ſingulr̄ tenemẽti ꝙ habẽtes iuriſ
dictionẽ i territorio coherente mari dicũť
habere iuriſdictionem etiã i mari & i iſulis
q̄ ſunt in mari uicino uſqȝ ad cẽtuȝ miliaria
& poſſunt ita capere & punire deliquẽtes i
mari uſqȝ ad cẽtũ miliaria ſicut i terra i ſuo
territorio Quod nota qa habui de facto ꝓ
uentis cõtra Ianuenſes. qa dñs Lauredanti
cepit Mauritiuȝ catonium Ianuẽſem qď
capi nõ poterat qa nõ erat i mari uenetorũ
& petebat.xxiiii.milia ducatorum pro ſibi
dato. Ego iter alias feci unaȝ poſitionem
quod mare in quo captus fuerat nõ erat ꝓ
pinqor alicui loco terreſtri ſeu territorio q̄
ipi modono & confeſſus eſt creditor non

potuiſſe capi ex quo non erat ī culpho uenā
torū & allegaui Bar. & Ang. de quibus. ſ.
ꝙ de modico uenerūt ad cōcordiam. Sed
quid ſi iſula maris eſſet i mari alto a qualibꝫ
regione diſtās ultra cētū miliaria Bar. in d.
tractatu. l. iſula. i. ii. col. dicit ꝙ hoc caſu non
pōt nobis dici uicina uel ꝓpinqua p. l. pe. §.
paulus rn̄dit. ff. de acqr. re. do. & l. iſulaꝫ eo.
ti. & per notata i ſimili iſtitu. de re. diui. §. i
ſula Et ideo cōcludit ꝙ inſula ſardinie italie
dicitur licet ab italia modico freto diſtat. Si
aūt nec alicui regioni nec alteri iſule ē uici
na tunc non poſſumus dicere ꝙ aliquis in
ea habeat iuriſdictionē niſi ipator q̄ ē dn̄s
tocius mūdi. l. deprecatio. ff. ad. l. ro. de ia.
Vn̄ dicit Bar. ꝙ talis iſula occupanti conce
dereť quo ad dominiuꝫ. Sed ſi quo ad iuriſ
ditioneꝫ pro magiſtratu uel rectore ſe geſ
ſerit abſqꝫ qrincipis iuſſu Intellige i illa iſu
la remota icideret in. l. iuliam maieſtatis. l.
iii. ff. ad. l. iul. ma. & hoc ſecūduꝫ iura ciuilia
Sed ſecūdū iuſgētiuꝫ gentes que dictam iſu
lā occuparēt facerēt ſibi regem. l. ex hoc iure
gentium de iuſti. & iure. & illos mān regia
regeret. l. ii. circa prin. ff. de ori. iur. Et hoc ē
uandum eſſet inter gentes qn̄ iure romano
nec alio iure utuntur. Et ex predictis notat
Bar. uelle hn̄tes iuriſdictionē i terra habere
etiam in mari uſqꝫ ad cētum miliaria tm̄. ul
tra uero ſit ſolū iuriſdictio ipatoris Sꝫ ang.
i. d. l. iſule italie de iudicis ut dixi in. q. prece
denti uult ꝙ habeant etiā iuriſdictioneꝫ in
mari & eius inſulis ualde remotis dūmodo
alii loco terreſtri nō ſint magis propinqui
Facit ad predicta glo. i. in. c. qm̄ & ꝙ ibi nō.
extra de deci. Et adde que notat Bar. i. l. ii. C.
de naufra. li. xi. Vn̄ ex hoc ſequitur ſi papa
morið i mari i illa ciuiuitate debꝫ fieri ellec
tio ſucceſſoris dicti pape ſecundū Io. an. i. c.
ubi ꝑiculū de elec. in. vi. & Ang. in. l. ſane ſi
maris. ff. de iniuriis. Item ſi impator donat
mihi ciuitatē uideť donare & oēs ptinētias
de quibus loquiť Inno. in. c. cum ad ſedem
extra de reſti. ſpo. & tam i mari q̄ i terra qa
mare ſicut terra diſtinguiť ut nō. i dicto. c.
ubi ꝑiculū & l. i. C. de claſſi. li. xi. & l. depre
catio. ff. ad. l. ro. dꝰ iac. & ita nō. Bal. in. l. bene
fitiū in. ii. col. in prin. ff. de oſti. prin. Sed
quid ſi iter duas ciuitates punctualiter eque
diſtantes eſſet delictū cōmiſſuꝫ in mari dic
tūc diceť eſſe cōmiſſuꝫ in cūfinio ꝙ eſt cōe
utriuſqꝫ ciuitatis. l. arbor i prin. & §. de ueſ
tibulo. ff. cōi diui. Et ideo pariter ad utrāqꝫ
ſpectat cognitio criminis & cōtractꝰ ſicuti
qn̄ punctualiter in cōfinio pluriū ciuitatū
i terra deliqueť uel cōtrahitur ſm Ang. in
d. l. ſane ſi maris. Sed quid ſi in eadē par
ticula maris plures habitent uel pertinent
tunc quilibꝫ poterit recognoſcere & erit lo
cus preuētioni. l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. &
preueniſſe intelligiť qtū ad imperiuꝫ ille
qui delinquētem capit in mari. nā per pſo
nalem capturam itelligitur iuriſdictio eſſe
cōuenta ſecūdū Io. an. in. c. i. dꝰ obli. i nouella
quem ſequitur Ang. in. d. l. ſane mare in fi.

Si oritur ɔtētio de his q̄ geſta ſunt i ma
ri uel ad mare ſpectāt qualiter erit iudcādū
uel faciēdum. Dic ꝙ maris conſuetudo ſer
uāda eſt ut eſt tex. nō. in autē. de uſu. nauti.
§. fi. colla. xi. & hoc nō. glo. ꝙ intelligit qn̄
non repugnant iuris legibus & ſic dicit de
bere itelligi. l. deprecatio. Et quod maris cō
ſuetudo ſit ſeruāda tenet Bal. i. l. obſeruare.
§. anteq̄ per illuꝫ tex. ff. de offi. ꝓ conſul. Et
hoc inducit in argumtū ad curſuꝫ brauii ue
netoꝝ cū fieri debeat per mare ſicut uſitatū
eſt & alii ſimiliter p mare cū baliſtis ſolent
ludere alibi cōſuetū eſt. Et uide apud mura
num que eſt prope ciuitatē uenetiaruꝫ ubi
fiūt pulcra uitra. Vltimo ꝓ complemēto
ā patria maris ſubitio aliquas queſtionēs q̄
licet nō tangant proprie ſeruitutis materiā
utiles tn̄ erūt pro ipius declaratione. Et pri
mo quero quid ſit mare ſecūdū Bar. in trac
tatu de inſula i prin. eſt collectio multaruꝫ
aquarū ſalſarū proprie enim mare ab ama
ritudine diciť. & oportet ut cum mari cōti
neať alias enim licꝫ mare appelletur mare
tn̄ non eſt. ſed potius ſtagnum uel lacus &
tunc eſt iuris priuati uel publici ut de fluīe
diciť. Secūdo quero an reperianť fines
dic qꝫ ſic ut nō. i. c. ubi periculū de elec. in. vi
& nō. Bal. i. l. ſi teſtm̄. C. de condi & demon.
ſubditione. Tertio q̄ro qualiter deſigna
bitur mare. dic p terrā ꝓpinquā cui mare
magis adheret & ſub qua diſtingui conſue
uit ſecūdū Bal. i. d. l. teſtm̄. allegat in auten.
ut oēs obe. iudi. §. i. Quarto quō an ap
pellatione territorii alicuiꝰ ciuitatis cōpre
hendatur etiā mare & diſtrictus per illam
ciuitatem & uideť ꝙ ſic maxime in fauora
bilibus ut nō. i. d. c. ubi ꝑiculū & ibi p dn̄m
Marcū & doc. i. §. porro. Quinto quero
an ciuitates maritime etiā i mari habeāt di
ſtrictꝰ. dic ꝙ ſic. ut nō. Io. mo. i. d. c. ubi peri
culū. Sexto quero an exiſtens i mari qdꝰ

regitur per ciuitatem martimā puta ꝑ ue-
netos uel Ianuenſes dicatᷣ eſſe extra diſtric
tum. dic ꝙ nō imo pōt ius reddi ſicut uene-
cus & Ianue. ut per Bal. in .l.i. C. de ſen. ex
pe. reci. Septimo & ultimo quero an ma
re rubrū reperiatᷣ dic ꝙ ſic. Tex. eſt in. l. &
ſi non ſit. §. fi. ff. de au. & ar. lega. Cetera cir-
ca materiam maris uide que ſcribit bar. in
tractatu de inſula. & que dicam in tribus ſe
quentibus titulis.

De littore maris Rubrica.

L ITTVS MARIS eſt quatenus
hibernus fluctus maximus excur
rit. l. litus. ff. de uerb. ſig. & inſti. dē
rē. di. §. flumia ſicuti mare naturali iure cōe
eſt omniū ita & littora maris cōia ſunt. l. i. ī
fi. de re. di. & inſti. eo. ti. §. i. & propter hoc
nemo littꝰ maris accedere prohibetᷣ dūmō
a uilliſ & monumentiſ & edificiiſ ſe abſtine
at. l. nemo. ff. de re. diui. & .d. §. i. Littora in q
bus populus Ro. hꝫ imperiū populi Ro. ēē
dicūtᷣ. l. littora. ī. in prin. ff. ne qd in lo. pub.
que intellige quo ad iuriſdictionē uel pro-
tectionē ſed quo ad uſum ſunt coīa ut. d. §. i.
& ibi glo. in ℣. per hoc & glo. in. d. l. littora
quo uero ad dominium ſeu ad proprietateꝫ
ſunt in bonis nullius ut. §. littorum inſti. de
re. diui. & ita etiam uult Bal. in. ℞ica. ff. eo.
ti. in. iiii. col. ℣. ſed quid ſi edificium ſicuti ē
nullius iuriſdictio eſt ceſaris & ſic iſta tria
ſunt diuerſa ꝓprietas uſꝰ & iuriſdictio ſeu
ꝓtectio ut dicit Bal. ſecūdū Iaco. de ra. ī. l. q̄-
dam. ff. de re. diui. In littore maris licitum ē
caſaꝫ ponere ī qua piſcatores ſe recipiant. l.
riparum. §. fi. ff. de re. diui. Et licitū edificare
ſicut ī mari ut fecerūt ueneti ut dixit Bal. in
℞ica de re. di. in quarta colᷣ. & dixi in ti. pre
cedēti in prin. Et q̄ quis ī littore maris edi-
ficauerit ipius erit. ſꝫ ſublato edificio ulᷣ col
lapſo iure quaſi poſtlimini reuertitᷣ locus ī
priſtinā cāꝫ & ſi alius ī eodē loco edificaue-
rit eius fiet. l. in tm̄ in prin. ff. de re. diui. &
.l. que in littore in prin. ff. de acquir. re. do.
ſecus ſi ꝑ parte tm̄ eſſet collapſū uel ſi fūda
mēta in totū remāſiſſent. uel ꝓ maiori pte
ut ibi ſecūdū Bal. & qa dixi licitū eſſe ī litto
re edificare Intellige niſi uſus publicus īpe
diret. l. in littore. ff. ne quid ī loco pub. Item
intellige qn̄ edificādo nemo ſentit damnū
.l. ii. §. aduerſus eo. ti. Et ītelligitur quis edifi
care qn̄ ī littore pilas iactauerit nō aūt req
ritur rēi pfectio. l. ergo. §. fi. ff. de acquir. re.
do. ut dixi ī ti. precedēti. ℣. ſed queritᷣ eniꝫ
in mari. Item licitū ē ī litore maris retia de
ſicarē & ex mari ad littꝰ deducere. l. riparum
in prin. ff. de re diui. & īſti. eo. ti. §. littoruꝫ.
Item lapilli & gēme ceteraq; ī littore iuēta
iure naturali ſtatī noſtra ſunt. Itē qd de ter
ra que eſt ī mari uel arena maris. dic ideꝫ q̄
dixi de mari uel littore ut. d. §. littoruꝫ in fi.
Et iō licitū ē cuilibet accipere gēma lᷣ arenā
maris & efficitur occupantis & exportātis
ſecus ē de lapidibus & aliis que ī littore ex
cauſa naufragii uel ex uehiculo alicuius ce
ciderūt qa nō licet ea cape. imo qui accepit
aīo ſibi acquirēdi magis q̄ fur eſt ut. l. i. & .ii
.ff. de incen. ru. & na. De qua materia uide
ī. l. eum. & autem. nauigia. C. de fur. & Fre.
de ſenis ī conſilio. cii. ꝙ īcipit dn̄e franciſce.
Iddeꝫ eſſet qn̄ ex ui fluminis ligna ulᷣ rates
ulᷣ alie res ad littꝰ maris ulᷣ ad fundū alicuiꝰ
peruenerit & ibi dicit eleganter quod ſi in
funduꝫ alicuiꝰ ꝓiecta ſunt lignamina ulᷣ ue
getes uel alie res ex īpetu fluminis & agro
noceāt. ſi dn̄s agri uult fas & licite facere cō
ſiliū eſt ut per iudicē fieri faciat ꝓclamatio
nes ī locis uicinis ut dn̄s res illas tollat īfra
certū termiuꝫ. alias ille res ꝓ derelictis habe
antᷣ & occupāti concedātur. maxime ſi ille
res ſunt uiles. ex cauſa namq; quis cōpelli
poteſt agere ut nō. ī. l. y. C. ut nemo inui.
Hic aūt ſubeſt cauſa quia ille res nocēt agris
alienis dicit tn̄ ꝙ ſecurior uia eſſet ut poſt
aliquod tp̄us poſt dictā ꝓclamationē uēdi
cētᷣ dicte res & p̄ciū pauperibus erogaretᷣ
ar. c. cuꝫ tu extra de uſu. cū ſy. q̄ nō. qa ſepe ꝯ
tigit ubi ſunt flumia rapida & torrētia.

De portu ℞ica.

P ORTVS EST locꝰ ꝯcluſus
quo importantᷣ merces atq; in
de exportātur. ea quoq; nihilo
minus ſtatio ē cōcluſa atq; mu
nita. Inde angiportus. l. portus. ff. de uſufru.
Et dicitᷣ locꝰ cōcluſus. i. locꝰ ubi lacꝰ moran
tur et ſtant ſecūdū glo. ibi Statio uero dicitᷣ
a ſtando & ideo ſtationis uerbo is locus de
mōſtratur ubicūq; naues tute ſtare pn̄t ut
.l. i. §. ſtationem. ff. ne quid in flumine pu.
Angiportus dicitur ſtrictus portus. Portus
& flumina publica ſunt. l. nemo ī fi. ff. de re
diui. & inſti. eo. §. i. Et iō ius piſcandi cōe eſt
oībus ī portu fluminibusq; īſti. de re. diui.

.§.flumina.quo ad iuriſdictionē port⁹ ſunt ceſaris uel illius dn̄i uel ciuitatis uľ territorii i q̄bus ſunt ut.c.i.i.prin.i.ti.que ſint regalia in uſi.feu.& ideo uectigalia ſeu redditus illius port⁹ ꝓuenie̅tes ex mercibus ſunt de regalibus & dicu̅ť publica uectigalia ut.d..c.i.&.l. inter publica .§.fi.ff.de uer.ſig. Et propterea ſpecta̅t ad ceſarem ut.d.c.i.ꝙ itelligo niſi dn̄s ciuitatis uel territorii illius loci in quo ē portus habet regalia quia tu̅c ad eu̅ ſpectant illa regalia.Et qn̄ papa uľ impator facit aliquez regez queruntur ſibi oīa regalia quaſi ſpecialiter co̅ceſſa ſecu̅duz Bal.i dicto.c.i.circa fi. Et uide que ſtatim dicam infra ꝟ.ſi.ſed quero iuxta predicta. Hodie uero ciuitates italie ſibi de co̅ſuetudine preſcripſeru̅t meru̅ imperiu̅ & ita port⁹ & flumina licet de iure cōi ſint principis ut.d.c.i.Pro quo facit glo.magna in fi.§.iuſiura̅du̅ i au̅t ď defen.ciui.ſecu̅du̅ Bar.i.l.quo min⁹ in.ii.coľ.i.fi.ff.de flu.& dica̅ in ti.ſequenti. Et adde ꝙ oēs portus in ſalo ſunt inſule.l.ceſar.ff.de publi.Et ideo dicit ibi Bar.ſi quis i portu inſule ciuitatis piſane deprehendať pōt puniri i ciuitate ſub qua ē inſula. Circa quod uide que dixi in ti.de mari. Sꝫ q̄ro iuxta predicta an port⁹ maris igēio hoīu̅ fabricati ſint publici oīm populoꝝ.an uero edificātiu̅.Et uideť ꝙ ſint publici p ea que ſupra dixi.In co̅trariu̅ uideť ꝙ ſint edifica̅tiu̅.l.in tm̄ in prin.ff.de re diui. Item uideť ꝙ ſint cōes ſicut aqua ē cōis dic ſecu̅du̅ Bal. i ꝑica.ff.de re.diui.in.vi.coľ.in prin.ꝙ edifitia ſunt edificantiu̅ ſed portus ſunt publici. Et ex his iſurgit una pulchra dubitatio an teſtm̄ factu̅ in portu cuiuſda̅ ciuitatis ſoldani dicatur factu̅ i terris ſolda̅i et Bal.ibi dicit ꝙ tempore ſuo hoc fuit reuocatu̅ i dubium & dicebatur ꝙ non.qa portus ē publicus & ita xp̄ianoru̅ ſicut ſaracenorum na̅ hoc ē introductu̅ ď iure gentiu̅ Conſequentia au̅t i ferebať ex p̄dictis.l.hoc legatu̅ de le.iii. ſed Bal.in.l.iuſticia ante fi.pricipii.ff.de iuſti. & iure dicebat ſe co̅ſuluiſſe ſup teſtō cuiuſdam facto in barbaria coram duobus teſtibus ip̄m ualuiſſe quia cuz nō appareat que forma teſtandi ibi ſeruetur preſumitur qď ſeruetur iuſgen.tanq̄ equiſſimum ar.l. oēs populi in fi.ff.de iuſti.& iure.Idē uult bar. i.l.i.C.quēad.teſta.aper.q̄ ſimiliter dicit ꝙ de facto conſultus fuit ſuper quodam teſtō unius mercatoris de anthena facto in terra ſoldani babilonie & dixit ualere teſtam̄tuz factu̅ ſecu̅du̅ meru̅ ius gentium ꝙ p̄ſumiť ibi uigere niſi cōtrariu̅ ꝓbeť cuius tale ius gen.aput oēs ſicut co̅ſuetudo i dubio preſumenda naz iſtud ius.genē.ē bonu̅ & equuz ideo ſeruandu̅.& potius ſeruare debem⁹ i⁹ ca.q̄ ciuile.quia iſtud inheret iuri ſed ſub.l. diuina ſunt oēs populi & nationes.ſed ius ciuile nō uiget ubiqꝫ locoru̅.Facit.c. ꝙ.ſup extra de uoto.Et adde q̄ nō.Bar.& doc.in.l. quia a latronibus i prin.ff.de teſta. & Ang. & doc.i.d.l.ii.C.quēad.teſta.ap.& doct.in.l. ſi nō ſpetiali.C.de teſta. Reperiuntur ēt moles i mari proiecte cauſa facie̅di uel muniendi portus quas i mari q̄s iacere poteſt maxie ea de cauſa ut.l.ii.§.aduerſa.ff. ne q̄d i lo.pub.& ſi maritus haberet i dotē ciuitatē uel territoriu̅ iuxta mare & iaceret moles i mari pro portu facie̅do uel muniendo uel pro munie̅dis muris ciuitatis uľ caſtelli dotaľ diceret impenſa neceſſaria ut.l.i.§.inter neceſſaria.ff.de impen.Et de iſtis molibus loqť Virgilius in primo eneydos dum de cartagine loque̅s dicit mirať molem eneas magalia quonda̅ & ciuitas neapolitana hꝫ iſtam molez & mare que uulgariter & molo appellatur.q̄ Alfonſus rex mirifice .iſtaurauit itra q̄ ē nōbiľ pōt⁹ciuitatis neapolitane

De naui Rubrica.

ERVITVS Seruitus naui iponi non pōt ut cu̅ erit i portu ſemper teneať deferre merces.qa ſeruituſ nō pōt imponi rei que de facili extiguitur & ſic nec naui ex quo de facili co̅ſumitur & modicu̅ durat licet ex nouis tabulis ꝯficiať ut nō.Ang.i.d.l.foramen.Nec ob.quod domo imponitur ſeruitus & tm̄ aliq̄n ruit qa illud raro contingit.ideo nō co̅ſiderandum .l.nam ad ea.ff.de.ll.& ita uult glo.& Ang. in.d.l.foramen i fi.Et ex p̄dictis ſequitur ſ̄uitutem iumentis imponi nō poſſe nec hoībus quia de facili moriu̅tur & perpetua̅ ca̅s nō hn̄t & ideo lex appellat operam ſeu miniſteriu̅ ſerui nō ſeruitutē.Et intellige i p̄dictis ſeruitutē imponi nō poſſe iure proprie ſeruitutis ſed bene poſſunt ualere iure obligationis perſonalis per nō.i.l.ut pomu̅ .ff.de ſerui.&.l.pecoris.ff.de ſeruitu. ruſti. p̄di.&.l.mella.§.fi.ff.de ali.& ci.le.Seruitus autē nauigandi ſi locus perpetuus i tuto fu̅do eſt ut perueniatur ad fu̅du̅ meum iponi pōt.l.uia co̅ſtitui.§.ſi lacus.ff de ſer.ru. pre.

Sed que eſt rō ꝙ ſeruitus aque ductus ex
lacu fieri non pōt ut.d.l.foramē.§.oēs & tñ
ſeruit⁹ nauigii iponi pōt ut ibi ꝛ̈ndeo ſecū
dum heinricū quia qñq; erit nauigiū qñq;
nō aq̄ductus cōtinue uel hoc fauore nauigii
Vel dic & tercio ꝙ ꝑ nauigiū non minuit̄
aqua ſed ꝑ aqueductū ſic ita notat glo.in.d.
§.oēs ut.d.l.uia cōſtitui.§.ſi lacus in ꝟ.naui
gādi licitū eſt nauigantibus naues ad ripas
applicare funeſq; arborib⁹ ibi natis religare
.l.riparū in prin.ff.de re.di.& inſti.eo.§.ri-
parū eo.ti. Sed quid ſi dñs uult incidere
arbores & nauta uult ligare nauē arborib⁹
uide glo.i.d.iuribus & Bal.in.l.lapilli in pe.
col.i fi.ff.de re.diui.& quod dicam in ti.de
ripa.Nauis uſufructu legato nauigatione
uti pōt.licȝ naufragii ꝑiculū imineat nauis
enim parat̄ ut nauiget̄.l.arborib⁹.§.nauis
ff.de uſufr.dūmodo nauiget̄ tēpore nauiga
tionis & nō alio.ff.de rei uen.l.nō utiq;.§.fi.
&.l.nauis &.C.d' offi.rec.ꝓuin.l.l.ciuitas &
dicit̄ tēpus nauigatiōis eſſe a chalēdis apri
lis uſq; ad chalēdas octobris ut.l.quotiens i
fi.C.de naufra.li.xi.& nō.glo.fi.in.l.qui peti
torio de rei uen.Dicit tñ Bar.in.d.l.quotiēs
in fi.& i hoc ſtanduȝ eſſe conſuetudini ſi fa
cit illud qđ feciſſet diligēs nauicularius qñ
illa lex nō ſeruat̄ in tēpore quod eſt aptuȝ
maxime apud uenetos q omi tempore naui
gant Redditus nauigiorū ſunt de regalibus
ſicut plauſtroruȝ.c.i.q ue ſunt regalia & ibi
nō.Bal.hodie ſecus ē in italia qa ciuitates d'
cōſuetudine ſibi hoc ꝑſcripſerūt ut dixi i ti.
ꝑcedēti.ꝟ.hodie ciuitates.& de priuilegiis
nauiculariorū.& qñ priuilegio uti liceat.ui-
de.l.ſemp.§.nauigatores cuȝ glo.magna.ff.
de iure imuni.& Hoſti.i ſūma i ti.de pegri.
& de materia nauigatiōis & nauiculariorū
uide i toto ti.C.de nauicula.& ti.ſe.de ꝑdi.
naui.& i aliis ſe.uidelicet in ti.de nauibus ñ
excu.& d' naufra.& de claſſi.li.xi.& toto ti.
ff.naute.ca.ſta.& titulo.ff.&.C.d' nauti.fen.
& in aūt.de nau.uſu.colla.ix.&.ff.ad.l.ro.d'
iac.l.i.&.l.ii.&.l.ſchafam.ff.de euict.Bal.in
.l.i.§.de exercitoribus.ff.nau.cau.ſta.

De lacu ꝛ̈ica.

[L]ACVS EST Qui perpetuam
habet aquā.l.i.§.lacus ut in flu.pu.
na.lice.& glo.i.l.foramē.§.i.in ꝟ.
lacus.ff.de ſer.ur.pre.dicit lacus ē q uiuam
habet aquā nō tñ inde exeunte allegat.d.§.
lacus appellat̄ ſicut ē lacus garde qui habet
aquā exeuntē & facietem initiū.& hoc atte
ſtat̄ plini⁹ dicēs lacus ē italie natus in agro
ueronēſi initiū omne trāſmittēs.Stagnuȝ ē
quod tꝑalem continet aquā ibi ſtagnātem
quidē plerūq; hieme agit̄.d.l.i.§.ſtagnum
& nō.glo.i.d.l.foramen.§.i.i.ꝟ.lacu.& de
utroq; habetur ꝑ glo.i.l.uicinus.§.lacus.ff.
de aqua plu.ar.Ex lacu uel ſtagno ſeruitus
aqueduct⁹ cōcedi non pōt.d.l.foramē.§.i.
Et ibi ponit̄ rō in tex.& glo.Sed ſeruit⁹na
uigii iponi pōt.l.uia cōſtitui.§.ſi lacus.ff.de
ſer.ru.pre.Et que ſit rō drie ponitur in glo.
& dixi i ti.precedēti ꝟ.ſeruit⁹ autē nauigā
di.Sed an ſeruitus aque tollēde per totū ex
lacu iponi poſſit uide tex.glo.& doc in.l.ii.
ff.coia pre.Interdictū de fōte hēt locū etiaȝ
in lacu.l.i.i prin.ff.de fonte & dicam īfra de
fōtibus.Lacus nec creſcit nec decreſcit licet
qñq; aqua creſcat uel decreſcat.l.uicinus.§.
lacus.ff.de aqua plu.ar.Et iō lacus & ſtagna
lȝ interdū creſcāt interdum decreſcāt ſuos
terminos tñ retinēt iō in his ius alluuionis
locū ñ hēt.l.lacus & ſtagna in prin.de acq.
re.do.&.l.rutilia polla.ff.de cōtrahen.emp.

Sed circa hoc cōclude quidā lacus & ſta
gna priuata ſunt.tūc nō ē dubiū ꝙ ꝑ alluui
onē neq; uni detrahit neq; addit ſȝ loc⁹ille
qui aque lacus uel ſtagni iundatur remanet
eius cuius primo fuerat.d.§.lacus &.d.l.lac⁹

Quidaȝ ſunt lacus & ſtagna publica &
hoc duobus modis eſſe pōt qñq; enim ſunt
publica.i.rei pu.ut ibi nullus piſcari poſſit
niſi ille cui res.p.cōmiſerit.ut i lacu ꝑuſino
& tūc idē ſi priuatus.l.ſed & celſus.ff.de cō
trahen.emp.Qñq; ſunt publici & in uſu
publico quia ꝑ eū quilibȝ tranſit & i eo piſ
cat̄ quilibet ad placitū tūc addit & detrahit
ꝑ aliuuionē ſicut flumina pu.ff.de ꝟ.ſig.l.
littus.ff.ut in flu.pu.na.li.l.i.& ita nō.Bar.i
tractatu tiberiadis in.iiii.col.ꝟ.de lacu uō
& ſtagno & uide Bar.& doc.in.d.l.lacus &
.d.l.rutilia polla. Sed pone emi a cōi pu
ſii fructus lacus cōe autem habebat ibi pro
prias naues ad piſandū quaꝝ uſuȝ uolo cōe
negat qđ iuris dic ꝙ debeo habere qa redi
gor ad inſtar uſufructuarii uel cōductoris.
ff.loca.l.ſed edes.§.illud facit.ff.de uſuf.l.itē
ſi fundi.§.ſi uiuarios ſecūdum Bal.i.l.fundo
.C.de uer.ſig.in lacu peruſino uide glo.in.
l.eodem.ff.de fundo inſtruc.

De fluminibus ꝛica.

f LVMINA Quedaꝫ ſũt pẽnia
quedã torrentia.Perhẽne eſt illud
quod ſemꝑ fluit.Torrẽs ẽ quod in
hieme currit ſi tñ aliqua eſtate aruit q alias
ꝑ hiemẽ fluebat non iõ minuſ ꝑenne.l.i.§.
itẽ fluminũ.ff.ne quid in flu.pub.facit.l.i.§.
duo ſunt genera.ff.dꝰ aqua co.& eſti.Flumi
nũ quedã ſunt publica quedam nõ publica
Flumen ẽ ut caſſius diffinit qdꝰ perenne ſit
d.l.i.§.fluminũ.Sed oĩa pene flumina ꝑen
nia ſunt.l.nemo.§.fi.ff.de re.diui.Et dicitur
ꝑenne ꝑ ꝑ ea flumina que ad tẽpus fluunt
ut rappo & melon ʒolon que ſunt priuata
ut dicit glo.& ẽ in.§.flumina inſti.de re.di.
qui dicit flumina oĩa publica ſunt debet in
telligi de fluminibus ꝑpetuis uc eſt padꝰ &
renus ſecũdũ glo.ibi priuata uero flumina
ſunt que manu extracta ſunt.l.i.§.ſi foſſa.ff.
de flu.& nõ.glo.in.d.l.nemo.§.i.&.d.§.fluĩa
que exemplificat de foſſatis in agris poſitĩs
que creſcunt & decreſcunt.Fluminuꝫ que
dã ſunt nauigabilia quedã nõ.l.i.§.in flumi
nũ cũ.§ ſe.&.l.quo minus.ff.de flu.&.l.i.ff.
ne quid in lo.pu.Flumen a riuo magnitudi
ne diſcernẽdum ẽ.aut exiſtimatione circũ
colentiũ ut.l.i.§.i.ff.de flu. quem tex.nõ.ad
ꝓbãdũ ꝙ ſit flumẽ aut in cuiꝰ territorio ſit
quia recurrẽdũ ẽ ad extimationẽ ſeu opini
onẽ circũcolentiũ & ꝓpterea debẽt accipi
teſtes flumĩs.& ẽt ẽ faciẽdũ qñ dubitaẽ de
aliquo opere de quo ñ extat memoria ut ꝑ
Mar.ſili.& Raf.ful.in.l.ſi arbiter in fi.in ℣.
audiſſent.ff.de ꝓba. Dicamus primo de
flumine publico & primo cuiꝰ ſit ꝓprietas
& uſuſfruc.& dic ꝓprietateꝫ eſſe ceſaris qa
flumina ſunt de regalibus.c.i.que ſint rega.
&.l.flu.ĩ prin.ff.de dam.infec.& ibi Ang.tꝫ
hoc.Sed hodie ciuitates lombardie cuꝫ ſibi
de conſuetudine uel ex priuilegio pacis con
ſtantie acquiſiuerint ſibi merũ imperiũ &
regalia ut dicit glo.nõ.in aũt.de defẽ.ciui.§.
iuſiurãdũ in glo.magna ĩ fi.& per Bal.i.c.i.
in prin.in fi.ii.colꝰ.in.ti.de pace te.& late ꝑ
Ang.de aretio in.l.illud la.ii.de appella.lꝫ
Bal.in.c.dño guerrã ante fi.prin.in ti.hic fi
niẽ lex incipit conſue.re.aliter dixerit & q̃
ſunt i lõbardia ſunt illiꝰ ĩ cuiꝰ territorio flu
unt & ita tenet bar.in.l.quo minus i.ii.colꝰ.i
fi.ff.de flu.qui plus dicit ꝙ etiam ciuitates
totiꝰ italie p̃ſcripſerũt ſibi merũ iperiũ &
flumina ſecũdũ ciuitates lõbardie põt etiaꝫ
iuuari titulo de pace cõſtatie & adde q̃ dixi
s̃.de portu .℣.hodie uero ciuitates italie &
titulo de nauigio circa finẽ.Alie uero ciui
tates extra italiã que ſi habẽt rgalia dicunẽ
habere ꝓprietatẽ fluminũ qui ſunt in eaꝝ
territorio & nõ alie & hic uult Ang.in.d.l.
fluminũ iprin. Et ex predictis ſequitur
ꝙ ſicut i loco pub.regulariter nõ licet edifi
care.l.i.&.ii.ff.ne quid in loco pu.ita nec lꝫ
i flu.pub.edificare niſi auctoritate publica
puta principis uel ſenatꝰ.l.ii.§.ſi qs a prin
cipe.ff.ne quid in loco pub.&.l.ſi in pu.§
fi.&.l.quod prĩcipis iuſſu.ff.de aqua plu.
ar.ulꝰ auctoritate populi ꝑ cuiꝰ territoriuꝫ
diſcurrit ſi ille populus hꝫ regalia ut popu
lus bononienſis.Vnde i flumine reni licite
cõcedet potãtem edificãdi molẽdinũ priua
to dũ tñ ſine incõmodo cuiuſcunqꝫ fiat.d.l.
fluminũ in prin.&hoc nõ.Ang.& doc.Idẽ
ſi cõcedaẽ ꝑ.l.municipalẽ.i.ſtatutũ.d.popu
li.l.ii.in ℣.lege.ff.ne quid in lo.pub.&.l.ꝓ
hibere.§.plane ibi nõ.lex municipalis.ff.ꝙ
ui aut clam.Idẽ ſi concedaẽ ꝑ adminiſtrato
res ciuitatis que habet regalia.d.§.plane.Et
uide que ibi nõ.bar.ſed ſi populus aut ciui
tas nõ haberet regalia ſeu merum imperiũ
nõ poſſet cõcedere ius edificãdi i flumine
pu.ex quo publica flumĩa ſunt de patrimo
nio ceſaris.d.c.i.q̃ ſint regalia ſecũdũ Ang.
ĩ.d.l.fluminuꝫ.& dixi ſupra circa prin.et p̃
dicta intellige in flu.pu.nauigabili Secꝰ ſi
ẽ flumen nõ nauigabile nam flumina ſunt
pub.iuris cõis qa de iure cõi in flmine pu.
ſine cuiuspiã iĩuria abſqꝫ alia impetratiõe
edificari põt ſi nõ ẽ nauigabile nec ſpecialꝰr
uebeẽ ꝑ principẽ uel ſenatũ & ſimiles.l.q°
minus.ff.dꝰ flu.et uide que nõ.bal.in ꝝica.
ff.de re.di.in.v.colꝰ.cum ſeq.ubi ponit an &
qñ quis poſſit i flu.pu.edificare & adde p̃
dictis oĩo que plene dixi.s̃.in ti.de ſeruitu.
urbaĩs i.q.x.cum.v.ſe.ubi plene examinaui
an & qñ loca puta uĩe & flumĩa poſſint uẽ
di ſeu alienari & qñ edificaẽ i flumine pu.
an debeat caueri de dam.infec.uide in.d.l.ĩ
fluminum in prin.& ibi doc.Vſus autẽ flu
minũ publicorũ cõis ẽ ſicut uiarũ publica
rum & littorũ ut ꝓbaẽ in.l.ii.§.i.ibi loca eĩs
publica utiqꝫ priuatorũ uſibus deſeruiũt.ff
ne quid in lo.pub. Et iſta cõio hoc inducit
ut ius piſcãdi oĩbus cõe ſit ut fluminibus &
portu.§.flumina inſti.de re.diui.& ibi glo.
& doc.& Bal.i.l.lapilli in.ii.q.ff.eo.ti.& ui
de que.dixi ſupra de ſerui.aqueduc.i.viii.q.
prin.℣.& ex predictis ſequiẽ deciſio mul
tarũ.q.circa finẽ.Itẽ iſta cõio iducit ut locus

ſit preoccupationi.l.ii.§.i.ff.ne quid in loco
publico & per hoc patet deciſio de duobus
plauſtris inuicē ſibi obuiantibus quia deſe-
rendum eſt ei ꝙ primo uiā intrauit quia p̄
occupauit ſibi uſū et apꝓpriauit Sꝫ ſi ſimľ
locꝰ erit ḡtificationi.et ſi uia ē capax āborū
curruū iuicē ſibi cedere debēt ſecūdū Ang.
& doc.in.l.fluminū.& de dictis plauſtris ſi
bi obuiantibus.uide glo.& doc.i.l.per agrū
.C.de ſerui.& glo.in.d.l.ii.§.i.ff.ne quid in
loco pub.& idē dicas de duabus nauibus in
uicē obuiantibus in flumine uel riuo eadē
ratione.fluuius ē ip̄a aqua fluēs q̄ ē eadem
ſicut uinuꝫ licet de dolio i doliū ſit mutatū
Ita dicit Bal.i ꝛ̄ica.ff.de re.di.in.xiii col.in
fi.℟.fluuius autem allegat quod nō.in.l.
uſufruc.ciuitatis .ff. qui .mo. uſufruc .amit.

Et quero quō agnoſcať qn̄ alueꝰ ſit mu-
tatus.dic qn̄ deſinit eſſe prima forma.i.qn̄
ſic excreuit ꝙ aqua nō fluit.l.adeo.§.qđ ſi
ī toto. ff.de acquir.re.do.ſed non credo ſim
pliciť eſſe uerū ꝙ flumē ſit aq̄ fluens imo
cōſtat ex aqua & alueo.l.pe.& ibi glo.ff.de
flumi.& facit ꝙ dixi ſupra de lacu circa pri.

Sed pone ſtatutū dicit ꝙ gētes loci tene
anť ſeq usqꝫ ad alueū nouū fluminis & an
ultra alueū deſicatū teneanť ſequi gentes.
Vide Guil.de.cu.in.l.de quibus.ff.de.ll.ubi
etiam declarat ſi flumē mutauit alueū an iꝰ
ꝙ primo habebať ſuper eo remaneat.Et đ
iſta mutatiōe aluei fluminis.uide q̄ pleniſ
ſime ſcripſi ſupra i ti.de ſeruituti.vii.q.pri.
Caput fluminis dicitur unde naſcitur aqua
Tex.eſt in.l.i.§.hec interdicta.℟. caput.ff.
de aqua coti.& eſti.ut ē tex.cū glo.i.l.ſerui
tus aq̄.ff.de ſer.ru.predi.& ita uult Bar.in
tractatu de iſula in.vii.coľ.qui dicit ꝙ caput
fluminis eſt unde flumē originē capit ut
ſi ex fōte ip̄e fons ſit caput & ibi diciť eſſe
prin.ſeu iniciū i.d.℟.caput et eodē mō peſ.
Et finis fluminis diciť locꝰ ubi terminatur
ſilicet mare i quo itrat uľ aliqđ flumē.ff.de
flu.l.fi.ff.de ſer.ruſ.predi.Et habeť pleniꝰ
per Bal.i.l.i.i.xi.coľ.℟.& ē notādū ꝙ agri
.ff.de re.diui.Flumina publica dicūť cōia
eo ꝙ omnibus animātibus ꝑmittiť his uti
publice ſicut cōibus & i lauādo & i bibendo
uel ſimilia faciēdo ut nō glo.i.l.lapilli.ff.de
re.di.Item aqua fluminū publicoꝝ eſt cōis
quia cōcediť occupāti & aialibꝰ irrōnabili
bus. ut nō.glo.i.d.l.lapilli .ff. de re.diui Et
propterea dicit ibi Bal.ꝙ licitū ē exportar̄
aquā de flumine & exportātis efficiť niſi
propter hoc efficereť oīno deterior nauigā
di.l.quo minus.ff.de flu.& ſimiliter ex aqua
fit ſal ſi extrahitur de flumine uľ mari uel
arena & efficiť occupātis Quod nō Natu-
ra fluminū ē quia cēſuatorū uice funguntť
nam ex priuato in publicis adducunt & ex
publico i priuatis & ſic uni dat & alteri au-
fert.l.ergo.§.flumina.ff.de acq.re.do Sed
nunquid ſi flumen ducit lignamina i agrū
meum an efficiantur mea uel quid iuris ſit
uide que ſcripſi ſupra de litore maris in fi.
& Bal.i ꝛ̄ica.ff.de re.di.i.ix.coľ.i fi.℟.ſed &
nunquid trabes & ligna & uide doc.maxie
pa.de ca.i.l.hoc amplꝰ.§.de his.ff.de damp.
ifec.Si dn̄s alicuius uille uel caſtelli locauit
dicta uillā ľ caſtellū uľ territoriū ľ terrena
nō uideť locare flumina uel riuos aquaruꝫ
nec pōtes nec alia loca ſilueſtria ad culturaꝫ
penitus inhabilia niſi in quantuꝫ aqua ē ex
pediēs ad culturā & de reſiduo dicte aque
poterit uti dn̄s ꝓ colibus & prediis ſuis ut
eſt caſus menti tenēdus in .l.i.C.de manci.
& colo.li.xi.Et ibi hoc nō. Bar.ſingulariter
Et idē tenet Lo.de ro.in ſuo ſingulari .lxiii.
ꝙ incipit ſed nō.mirabilē caſū q plꝰ dicit ſi
cōcedo tibi caſtrū cū toto territorio i ea cō
ceſſione nō uenit locus ſilueſtris nec uſus
per .d.l.i. Sed aduerte ne decipiaris quia
ſi Lo.intellexit uerbū conceſſione plenaria
puta donatione uel uenditione ſicut capiť
in.l.fi.ff.de dona. forte non diceret uerum
qa eo ipſo ꝙ princeps donat caſtrū cū terri
torio donar̄ uideť etiā loca ſilueſtria & flu
mina per.c.i.cū ibi plene nō.per Bal.in ti.
de capita.qui.cu.uendidit & per ea que nō
bal.in.c.i.§.ad hec in ti.de pa.iura.fir.&.c.i.
§.ſi quis de manſo.i coľ.iii.ti.de controuer.
iueſti.ubi diciť ꝙ cōceſſo caſtro itelligūť
cōceſſe etiā munitiones que ſunt ad defēſio
nem caſtri ubi poſita perpetua patris ſui đ
ſtinatione quāuis nō ſint ifixa ut machine
baliſte & ſimilia ꝙ nō.Sed ſi itellexit ℣bū
cōcedo ꝓ locatiōe uel emphiteoſi ſicut loq
tur.d.l.i.diceret uerū & ita loqtur Bar. ibi
& ita ſaluari pōt dictū Lo.quia uerbuꝫ ꝯce
do generale eſt & accipiť ſecundū naturā
cōtractus cui addiciť ut nō.Archi.in.c.i.in
uerbo cōcedat de uſu.li.vi. facit .c.i.de iiur.
eo.li.In diuiſionibus regnorū ueniūt & ce
dūt fluīa ſecūdū Archi.xiii.q.i.ecľias queꝫ
ſequiť Bal.in.c.i.§.ſi quis de māſo i pe.col
ad fi.i ti.de cōtrouer.i ueſti.& Alber.de ro.
in ꝛ̄ica.C.fini.regū. Itē nūqd fluīa ueniat i

cõceſſione feudorũ regaliũ ſi forte cõcedãt̃ uſqȝ ad tale flumen uł de tali flumine uſqȝ ad tale. & Archi. format iſtã. q. i. d. c. eccleſia qui dicit quod ꝑ illã dictionem de & uſqȝ utrũqȝ flumen uenit & unde incipit. & ubi finit de dictione ad ſatis põt dici ꝙ ſit adiũctiua ſecũdũ eũ. ut refert & tenet Bal. in. d. §. ſi quis de mãſo pe. colł. & Albri. i. d. ℞ica. C. ſi. regũ. Si flumẽ eſt i ꝯfinio duaꝝ ciuitatũ uel territoriũ i dubio cõe preſumitur eſſe & iuriſdictio cuilibet ciuitati cõpetit ł dño in ipo flumine uſqȝ ad mediũ fluminis qa oĩa ſũt i ꝯfinio eoꝝ qui ab utraqȝ parte poſſident. l. arboribus. ff. cõi diui. l. ii. §. preterea. ff. de aqua plu. ar & . l. adeo. §. fi. ff. de. acquire. do. Vnde circa ea que cõmittunt̃ in ipſo flumine quilibet hȝ iuriſdictioneȝ uſqȝ ad mediũ fluminis. & ita tenet Bar. i tractatu tyberiadis in x colł. ꝟ. itẽ uidẽdũ eſt. & idẽ no. Bal. i. c. ex̃ his i pe. colł. ad fi. ex. de proba quod intellige niſi apparet cõtrarium puta quia alter dñoꝝ uel una tãtũ ciuitas totum flumen poſſediſſet dñando ipſuȝ ut dixi. ſ̃. de mari. ꝟ. ſȝ dubitari põt uel niſi eſſet flumen priuatũ unius. quia tũc idẽ iudicari ꝺ beret ſicut de fũdo priuato ut ſtatim dicet̃ de flumiue priuato Si flumen eſt nauigabile nõ, põt pretor cõcedere ductũ aq̃ ex eo fieri. qa flumẽ minus nauigabile efficiat Idemqȝ ẽ & ſi propter hoc aliud flumẽ fiat nauigabile. l. ſi plures. §. fi. ff. de damp. infec. & ibi doc. & . l. quo minus. & ibi per glo. & Bar. plene. ff. de flu. Nemo tñ poterit edificare i flumine publico etiã nõ nauigabili puta faciẽdo cluſam molendini imittendo trabes uel cementa i ripa uicini eo iuito qm̃ imittens habet ſolũ uſũ uicinꝰ aũt proprietatem & uſuȝ. ergo eo iuito uſufructuarius edificare nõ põt. quãtũcunqȝ conditionẽ ꝓprietarii melioreȝ faciat. l. uſufruc. nouum riuũ. ff. de uſufruc. & . l. fi. ff. de uſu. & ha. & ita uult Ang. i. l. fluminũ i prin. ff. de dam. ĩfec. & habet̃ ꝑ Bar. i. d. l. quo minꝰ. & adde que dixi ſupra i. ti. de ſeruitute aqueduc. in. v. q. i prin. & in primo li. iii. q. in prin. & q̃ no. Bal. in ℞ica. ff. de rerũ diui.

## De flumine priuato ℞ica.

(d) IXIMVS DE FLVMINE publico Nunc dicamꝰ de priuato Priuata flumia ſũt q̃ ad tẽpꝰ fluũt ut rappo & melõzolon. l. i. §. fluminum. ff. de flu. Itẽ illa q̃ ſunt manu facta. l. i. §. ſi foſſa. ff. eo. ti. & ita nõ. glo. i. l. nemo. §. i. ff. de re. di. & ideo etiã dicuntur flumina priuata ut foſſata in agris poſita que creſcunt & decreſũt i. l. i. §. ii. ff. de flumi. & . d. l. nemo in fi. & nõ. glo. i. §. flumina. inſti. de re. di. & dixi ſupra circa prin. & idem no. Bal. in. l. lapilli in. ii. concluſione. ff. de re. di. qui dicit ꝙ priuatũ flumẽ ẽ quatenus i ſuo ingreditur & nõ ſemꝑ fluit ut ſũt gurgites & q̃dã foſſata que cõtinuationẽ nõ hñt Que eni creſcũt publica ſunt. d. l. nemo. §. i. & uide Bal. i. d. l. lapilli i. ii. colł. ad fi. Itẽ flumẽ priuatũ dicit̃ qñ eſſet i dominio unius tm̃ puta qa icipit ex fonte qui agro ſuo orit̃ & diſcurrit per ſua predia uſqȝ ad flumẽ publicũ uel mare ar. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uen. Item põt dici flumen priuatũ ꝯ proprietas uel iuriſdictio cõpetit uni tm̃ dño ł ciuitati tãq̃ eius quia reſpectu alioruȝ eſt priuati iuris illius dñi uel ciuitatiſ i cuius territorio ẽ uel qui i eo habet iuriſdictionẽ. & ꝓpterea ꝑ alluuionẽ hoc ẽ ꝑ adictionẽ ł detractionẽ que fit a flumine nõ addit uel detrahit̃ iuriſdictõi ſicut dictũ ẽ de lacu. ff. de cõtrahẽ. emp. rutilia polla. & . ff. de aqua plu. ar. l. uicinus. §. lacus & . ff. de acquir. re. do. l. lacus & ita uult Bar. in tractatu tyberiadis in. x. colł. ꝟ. item uidendum eſt Cuius aũt ſint iſta flumina priuata & foſſata uide. ſ̃. i ti. de foſſatis ſiue foſ. Et nũquid foſſata debeant cauari & mõdari ꝑ colonũ uel dñm uide plene ꝑ Bar. in. l. pe. ff. de impe. in re. do. fac. & Bar. i cõſilio cclxv. qꝫ icipit cõe lucignani locauit. Cetera circa materiã fluuioꝝ uide i toto ti. ff. ꝺ flu. cũ duobus ti. ſeq̃n. & Bar. in. l. quo minus. ff de flu. & i tractatu tyberiadis & Bal. i ℞ica ff. de re. diui. i. l. lapilli & . l. riparuȝ, eo. ti. de ſeruitute aqueductu.

## De inſulis Rubrica.

(q) VIA Inſule ĩ mari & in fluminibus ſunt Ideo poſtquã de mari & fluminibus diximus ꝯñter etiã ꝺ inſulis dicamus. Et in primis ſciendũ ẽ inſulã tribus modis accipi poſſe. Vno mõ ꝓ domo i mari poſſita qa i ſalo. i. in ſalſo poſita eſt ſecundum yſidoruȝ & nõ. glo. in. §. inſula inſti. de re. diui. & glo. i. in. d. l. ſi inſulã de ꝟ. ob. & Bar. in tractatu de inſula pro q̃libet domo ut. l. ii. §. ſi quis inſulã. ff. de acq. reruȝ do. & . l. iii. §. effracture in ꝟ. inſuł. de

offi.p̃ſec.ur.& ita accipit̃.l.ita ſtipulatus in
prin.ff.de ꝟ.ob.Et de iſtis inſulis hic trac-
tare nõ conſtitui.qa iſte nõ ſũt ꝓprie iſu e
ut dicit glo.i.d.§.effracture. Tertio modo
dicit̃ inſula locus undiq; circundatus aq̃ ut
in.§.inſula & ibi glo.hoc dicit &.l.adeo.§.
inſula.ff.de acq.re.do.& nõ.Bar.in tracta-
tu de inſula in prin.& iſta inſula dicit̃ ici e-
mentu3 diſtictũ ad differẽtiã alluuionis q̃ ẽ
latens incrementu3 diſtinctũ ad differẽtia
ut nõ.Ang.i.l.ſi fũdi.§.i.ff.de uſuſfruc.& de
iſta tractabim⁹ hic qa ẽ inſula ꝓprie ut nõ.
glo.in.d.§.effracture. Secũdo ſciẽdu3 eſt
quotuplex ſit iſta inſula aquis circũdata &
in primis ẽ duplex.una q̃ in mari naſcit̃ q̃
raro accidit.Altera q̃ in flumĩe nata ẽ q̃ fre
quẽter cõtingit.l.adeo.§. inſula.ff.de acq.
re.do.& inſti.de re.diui.§.inſula q̃ i prin.q̃
declara ut per bal.i tractatu de inſula que3
poſui ſup.d.l.adeo.§.inſula.Itẽ inſula q̃dam
ẽ natalis q̃ ſẽp fuit ut corſica ſardina creta
q̃ dicit̃ candia & ſil'es.Alia ẽ caſualis & acci
dẽtalis que in flumine ſepe naſcit̃ ſed i ma-
ri rariſſime ſecũdũ Bal.in ꝶica.ff.de re.di.
in.x.col'.ꝟ.nũc uideam⁹ de alueo. Ter-
tio ẽ uidẽdũ quot mois iſula cõtingat & di-
cas trib⁹ modis.Primo cũ circũdat̃ agger q
nõ erat alue⁹.Secundo cũ alueum dereliqt
ſiccũ & icepit circũfluere.Tertio cũ paulatĩ
eminẽtẽ locũ facit ſupra alueũ.l.ergo.§.tri-
bus modis.ff.de acq.re.do.& nõ.Bar.i trac-
tatu de inſula .i.v.col' i flumĩe. Quarto
o3 intelligere qñ dicat̃ eſſe inſula.& dic qñ
ẽ nata ut.d.l.adeo.§.inſula.& nõ.quod dixi
qñ ẽ nata ut dicũt illa iura nõ qñ ẽ naſcitu-
ra qa p hoc apparet ꝙ nõ iſpicim⁹ iſulã qñ
incipit apparere ſed tũc cũ opi.circũcolẽtiũ
incipit reputari ar.l.i.§.i.ff.de flumi.que de
clara ut p Bal.in tractatu de inſula.v.col'.

Quinto inſpiciam⁹ cui⁹ ſit inſula maris
uel fluis.Et primo de inſula maris dic nã-
les inſule ut corſica & ſardina ſunt pricipis
nõ in domino patrimonialis ſed i domino
iuriſdictionali.l.iſule italie.ff.d iudi.et no.
in.l.utilitatis.§. uniuerſas.ff.de offi.p̃ſi.ſecũ
dum Bal.in ꝶica.ff.de re.di.& Bal.in.l.i.in
ti.que ſint regalia.qui dicit ꝙ inſule ſũt pri
cipis q̃ itellige quo ad iuriſdictionẽ ut dic-
tum ẽ.Caſualis uero ſiue accidẽtalis que in
mari naſcit̃ q̃ raro accidit in nulli⁹ bonis ẽ
reſpectu ꝓprietatis ſed occupãti ꝯcedit̃.d.
l.adeo.§.inſula ſed reſpectu iuriſdictiõis ẽ
ſub iuriſdictione illi⁹ quod illud mare di-
ſtinguit ut.d.l.inſule italie & ibi nõ.Et ui-
de ad hoc ẽt Bal.in.d.ꝶica i.x.col'. ad finem
& ꝓ hoc.l.ceſar & que ibi nõ.bar.& doc.ff.
de pub.& que dixi ſupra de mari ꝟ. & ex
hoc nõ.ac ſingulariter tene mẽti ꝯ uer. ſeq.
Inſula uero que i flumĩe nata ſi qdẽ mediã
fluminis ptẽ tenet cõis ſit eorũ q ab utraq;
pte flumis prope ripã p̃dia poſſidẽt ꝓ mõ
latitudinis cuiuſq; predii.ꝙ ſi alteri predio
ꝓximior ſit eorũ ẽ tm̃ qui ab altera pte pro
pe ripã p̃dia poſſident ſed ſi ab uno latere
ruperit flumẽ & ab altera pro riuo fluere
ceperit.deĩde ibi nouus iſte riuus i uetere3
ſe cõuerterit i formã inſule erit eius cui⁹ fuit
tex.i.d.l.adeo.§.inſula & inſti.de re.diui.§.
inſula & nõ.Bar.in trac.de inſula in prin.
& uide.l.inſula cũ ibi nõ.ff.de acquir.re.do.
& que nõ.Ang.in.l.fluminum in prin.ff.d
de dam.infec.Et predicta intellige de iſula
nata i fluie q̃ ſolo cohereat.S3 ſi.ſ.aq̃ ſtaret
ut qñ accidit publica eſſ3.ff.de acqr.re.do.l.
pe.§.i.& ita nõ.bar.in tractatu de inſula.y.
col'.ꝟ.i fluie in ſi.illius.ꝟ.que nõ.qa ita ui
di in lacunis territorii paduani i qbus ſunt
certe iſule q̃ nõ coherẽt ſolo ſ3 aque & mo-
uent̃ de loco ad locum p dictas lacunas.
Cuius aũt ſint portus inſule dic eius inſule
eſſe uident̃.l.ceſar.ff.de pub.& dixi ſupra
de portu & mole maris. Sexto quia dixi
mus cui⁹ ſit inſula reſpectu ꝓprietatis & iu
riſdictiõis nũc dicam⁹ cuius ſit reſpectu uſ⁹
Et dic ꝙ uſus inſule ẽ pub.ff.de acqui.re.do.
.l.pe.§.i.quod intellige ſi inſula ẽ ita ꝙ tota
poſſit dici ripa uel ripe accedere pp attrac
tionẽ aque.ff.de flu.l.pe.Sed ſi inſula eſſet
magna ita ꝙ i ea eſſent predia culta tũc pu
to ſolũ ripas eſſe in uſu pu.nõ predia eadẽ
rõe qa cetera p̃dia.Itẽ p̃dicta uera niſi eſſẽt
agri limitati ut.ff.de flu.l.i.§.ſi inſula.Et ita
tenet Bar.in tractatu de inſula.ix.col'.ꝟ.ſit
eorũ. Septimo uideam⁹ qũo acqrat̃ do-
miniũ iſule p occupationẽ dic qñ eo aĩo qs
ingredit̃ inſulã ut tota occupet non tñ ẽ ne
ceſſe ꝙ oẽs glebas inſule circũdet.l.iii.i pri.
.ff.de acq.poſ.Et nõ.bar.ꝙ ille dicitur occu
pare qui ſic incipit occupare ꝙ põt obſerua
re & poſſidere aliter dicit̃ occupaſſe ar.l.i
laqueũ.ff.de acqui.re.do.& ſi plures p̃occu
pant debellãdo uictor qui ſtetit p tres dies
ĩponere dicit̃ ar.l.iii.§.cum igit̃.ff.de ui.&
ui.ar.ille q ñ põt tenere niſi capiat aliques
locũ principal'r nõ dicit̃ occupaſſe ar.d.l.i
laqueũ.Et ẽ argumẽtũ ꝙ ſi un⁹ tenet eccl'iã

alter cāpanile quod ē forteliciū ille qui eſt
ingreſſus eccleſiā uñ de facili poſſit expelli
ñ dicit̃ adhuc adept⁹ corporalē poſſeſſionē
beneficii.ſi tñ ille ē ita icaſtellat⁹ ꝙ euadere
nō pōt tūc cū ipo nō dicat̃ tenerĩ ſed teneri
ut p3 ex nō.in.l.i.§.pe.de ui.& ui.ar. dicam
ipm ponere priuatū & ſic iponere & tñ nō
poſſidet.facit.l.ſi qs antea.ff.de acq.poſ.ſe-
cūdū Bal.qui ita ſinglr notat i ꝝica.ff.de re.
di.x.col.q̄ ꝑpetuo tene mēti qa facit ad plu
ra. Quo aūt ad iuriſdictionē an poſſit qſ
iſulā occupare.uide bar.in trac.de iſula.ii.
col.& Bal.xv.col.& quod dixi i ti.de mari
℣.ſed quid ſi iſula maris eſſet i mari alto.

Octauo ēt queram⁹ qualr poſſeſſio iſule
acquiratur.dic licet naſcatur iſula in medio
fluis & cōis iure dominii iter eoſq ꝓpe ri
pam p̄dia poſſidēt ut dixi in.v.q.tñ non eſt
cōis iure poſſeſſionis.quia cū ſit ſepata inſu
la a primo fūdo p poſſeſſionē primi fundi
illa nō uidet̃ poſſideri niſi apphēdat̃ & oc
cupet̃.l.adeo.§.inſula ibi ꝙ ſi alteri ꝓpinq
or.ff.de acq.re.do.&.l.iii.in prin. cū glo.in
uerbo qualibet.ff.de acqui.poſ.Pōt ergo &
debet apprehendi poſſeſſio inſule .l. cum
heredes.ff.de acq.poſ & ita tenet Bar.in tra
ctatu de inſula in.viii.col.℣.cōis ſit eorum
&.l.quo min⁹ ibi aduerte tñ ad unū.ff.de
flu.ubi oīo uide.Et adde ꝙ in dubio predia
ex utraq; parte ꝓ diuiſo poſſidēt iſula3 &
hñt dominiū certū.l.pro regiōe.ff.de acqui.
re.do. & notat glo in.§.inſula in uerbo ab
utraq; pte inſti.de re.di. Nono ē neceſſa
riū ēt intelligere qualr fieri debeat mēſura
tio iſule ut cognoſcat̃ cui⁹ ſit & pro quāta
q̄titate eoꝝ qui ꝓpe ripa3 predia poſſidēt
& dic hoc declarari p iuriſconſultū i.l.inter
eos.ff.de acqui.re.do.uidelicet ut quatenus
ē latitudo p̄dii iuxta ripā eatenus per dirre
ctā lineā extēdat̃ ſupra iſulā.Si ergo finis
agri iuxta ripā ē larg⁹ licet poſtea p̄diū i ſe
artet̃ ul̃ econtra ſolū latitudo q̄ ē iuxta ripā
attendit̃ & ſecūdū illā deb3 duci liea recta
d.l.inter eos Sicut enim diuidit̃ alluuio in
ter eos qui ab utraq; pte predia poſſident.
ita illa pars iſule cedit p̄diis q ſunt ab una
parte & debēt diuidi.& ita uult bar.i tracta
tu de iſula.x.col.℣.ſi ꝓ mō latitudinis cui⁹
q3 cū.℣.ſe.Et ex hoc ultimo dicto nō.ꝙ idē
iuris ē de inſula nata in flumine qđ ē in al
luuione q̄ prodeſt ad mlta.& iſta mēſura
tio pōt fieri accepta cōdula ut nō.glo.in.d
.§.inſula &.l.nō ſolū.§.ſed ut probari.ff.de.
no.op.nun.Pōt ēt fieri p peritos in arte &
ruſticos ut p glo.nō.iſti.de re.di.§. preterea
per alluuionē &.l.i.de uen.inſpi.&.l. ſemel
C.de remi.ubi habet̃ ꝙ peritis i arte ſtādu3
ē. Decimo & ultimo itelligam⁹ qñ iſula
deſinit eſſe iſula dic qñ aquis deſinit circū-
dari ut.l.inſula i fi.ff.de acq.re.do. & tenet
Bar.i tractatu de inſula.Cetera uide plene
p Bar.in tractatu de inſula &.l.quo min⁹.ff
de flu.& Bal.in ꝝica.ff.e re.diui.& que no.
glo.& doc.in.l.adeo.§. inſula.&.l. inter eos
&.l.inſula de acqui.re.do.&.l.i.ff.de flu.& i
ſti.de re.di.§.inſula.

De alueo Rubrica.

a LVEVS PROPRIE eſt uenter
flumis ut dicit bar.ſecundum Hu-
gu.i tracta.de alueo in pri.& ſicut
ſtomacus cōtinet uinū ita alueus ſupra ſe ↄ
tinet aquā nūc alueū lectu3 fluis uulgariter
appellam⁹ qa ibi flumē cubat ut dicit bal.i
ꝝica.ff.de re.di.xii.col.in prin.℣.nunc ue
niamus ad uidendū i quibuſdā ēt locis cana
le fluminis.Alueus pluribus modis dicitur
Primo nāl.i.cōſuetus.ff.d flumini.l.i.§.ripa
& ibi nō.ꝙ naturalis curſus eſtate diſcurri
tur potius q̄ in bieme.l.i.§.is autē.ff.ne qd i
loco pu.ſecūdu3 Bar.i.d.trac. de alueo circa
prin.Itē dicitur alueus naturalis.i. antiqu⁹
ad driam noui Et ita pōt accipi.l.adeo.§.iſu
la.ff.de acq.re.do.&.§.inſula inſti. de re.di.
Itē dicitur alueus nouus i dictis iuribus ad
driam ueteris.Vnde & ſi ꝑ multos ānos ſte
terit nouus appellatur donec alius nou⁹ ſu
peruenerit.l.ex uſu cu3 .l.ſe.ff.de tri.& ole.
le.& ꝑ nō.i.l.cū quid.ff.ſi cer.pe.alias dicit̃
nouus iſolitus.l.rem nō nouā.C.de iudi.Itē
dicit̃ alueus prior i cōpatione ſequētis.d.l.
adeo.§.inſula ꝓbat̃ i.l.i.§.priorē.ff.de aqua
coti.& eſti.& ideo ſi flumē ſe celaſſet alue⁹
derelictus nō eſſ3 alueus prior & tūc hēret
locū.d.§.iſula ut ꝓbat̃ i.d.l.i.§.hac eſtate ut
no.bar.i.d.trac.ii.col.℣.prior quidem .Ite3
alueus dicit̃ q nō ē naturalis & appellat̃ i
undatio ſecūdū bar.i.d.trac.de alueo i prin.
ii.col.Itē alueus dici pōt qui nō ē modo ſed
iam fuit p.l.inſula in fi.ff.de acqui.re.do. &
.l.diuortio in prin.ff.d neg.geſt.ut idē bar.
dicit in.d.trac.in.ii.col.qui ſcribit hoc facerĩ
pro notario & teſtib⁹ dicētib⁹ talis fili⁹ ticii
cū ticius eſſet mortuus.quia ſubintelligitur
uqōdā de quo per Bal.& doc.in.l.eius qui i

ꝓuintiam in prin.ff.ſi cer.pe.&.per An.de but.& doc.i.c.ex parte.B.de ſo.compe.Iſte alueus ē iuris publici q̄ diu flumini ſeruit quia eiuſdem iuris ē ſicut eſt flumē.l.adeo .§.inſula ꝟ.nouus autem alueus preallegato & inſti.eo.§.inſula Et hoc tenet Bal.in dicta ꝛ͡ica.x.col'.in prin.& bar.in tractatu de alueo.vii.colū.ꝟ.cuius & ipm flumen quia dicit hoc eſſe mirabile.nam regulariẗ quicquid ſuper iponiẗ ſolo cedit hoc ſolū autem cedit aque q ſuper imponiẗ & ē ſpe ciale i flumine & mari & ceteris aqs & ideꝫ uult bal .in.l.ſi plures in.iii.col'.in fi.C. de condi.inſer.& dixi.s̄.in ti.de aqua. Quo modo autem intelligaẗ alueuꝫ eſſe publici iuris. Dic ꝙ oēs gentes iſto iure utuntur & talia loca ſūt publica & i dn̄io eius q ibi habet impiū ſecūdum Bar.d.vii.col.ꝟ.pub lici iuris & bal.in.d.l.ſi plures.iii.col'.i prin & dixi.s̄.de mari.ꝟ.ſed dubitari pōt alueꝰ fluminis an dicaẗ eſſe cōis nō ſolū Vbi oīo uide per Cy.in.l.quedā.ff.de re.di.ubi hoc pleniſſime ēt elegāter examinat & aliquid per Bal.in.c.i.circa principiū que ſint rega. & adde op.tex.in.l.i.§.nō enim i flumine qui dicit in fi.impoſſibile eſſe ut alueꝰ fluminis publici nō ſit publicus & hoc ē utile ſcire ut intelligamus an quilibet de alueo fluminis poſſit arenā extrahere & exporta re. Sed quid ſi flumen alueū oīo dimittit Dic ꝙ alueus deſinit eſſe publici iuris ēt ſi dimittat cū impetu & omnibꝰ uidentibꝰ & eorū efficitur q iuxta alueū hn̄t ꝑdia ſua .l.adeo.§.ſi toto.ff.de acq.re.do.inſti.eo.ti. .§.inſula Et ita uult bar.in ꝛ͡ica.de re.diui. xii.col. Sꝫ pōe ꝙ ipetꝰ fluminis abſtulit mihi ſimul & ſemel ul' ſucceſſiue totū agrū meū n̄ applicādo uicino ſed ſibi ipi flumini fecit alueū ſeu lectū & poſtea in breue tp̄s uel longū alio impetu locū mutauit nunqd ager meus mihi de equitate reſtituetur an uero uicini lucrabūẗ Q uidā dicūt ꝙ mihi debet reſtitui per.d.§.ꝙ ſi toto Alii dicūt contrariū ſi in totū ꝑdidi Pro prima opy. facit.l.& actilicinus.ff.de ſer.ru.predi.& ē caſus ſecundūꝫ unaꝫ lec.in.l.ſi ager cum .l. ſe.ff.q.mo.uſufr.amit.nec ē ſil'e d' alluuiōe qa ibi eſt iā ius ſꝫ in alueo nihil ē queſitum priuatū ſed ſolū ut ita dixerim militi.Cum ergo flumen hēat quodāmō iſtum alueum ꝓ derelicto equm eſt agrum reſtitutum ad ſuum dn̄m reuerti magiſqꝫ ex lucratia cā circū collētibus applicari ar.d.l.adeo.§.i.&

hanc opy.tenet Dy.ſecus ſi paulatim & uicino aducendo qa tunc eſt alluuio Et iō nihil recupero de uigore uel equitate quia al terius factum eſt Et ita tenet bal.i rubrica .ff.de re.diui.xii.col'.ꝟ.ſed pone quod impetus Vel poteſt aliter diſtinguere ſecūdū bar.in tracta.de alueo.ii.col'.Aut flumē re ceſſit cum impetu reſtituiẗ primo dn̄o.Et ita loquiẗ dicta.l.adeo.§.ꝙ ſi toto & ibi glo. iii.& ibi ſo.Et eſt ratio quia magis uidetur eſſe inundatio q̄ alueus.ut dixi circa prin. Aut non receſſit cū impetu.Et tunc aut ap paret forma primi agri & dn̄o reſtituitur ut i.ii.ſolu.glo.Ratio ē qa n̄ deſinit ex quo remāet forma.Aut forma nō appet & tunc aut de rigore loquimur & non reſtituitur primo dn̄o ſecūdum Azo.in.d.§.ꝙ ſi toto. Q ue tn̄ Bar.intelligit niſi flumen fecerit ibi alueū ꝑ.x.ānos iter pn̄tes &.xx.iter ab ſentes.Sicut.n.qlibꝫ hoc tēpore ꝑſcripſiſſꝫ ita & flumē cū hēat titulū de iure gen.l.in bello.§.ſi qs ſeruum.ff.de capti.Ites ſicut're cuperat fūdū ita & per partē fundi facit.l.q̄ de tota.ff.de rei uend.Cōtra iſtud tn̄ facit ꝙ nō.bal.c.i.§.ſi quis de manſo.vi.col'. ꝟ. ſed nunquid aqua in ti.de cōtro.inueſti ubi dicit ꝙ aqua per ſe fluēs nō pōt iducere ꝑſcri ptionē uel cōſuetudinē per.l.per fūduꝫ.ff. queād.ſerui.amit.& dixi ſupra i ti.de aqua i fi.& per eādē rōeꝫ eqtatis uidetur habere ius acqſitōis aluei dimiſſi l' eiꝰ q̄ adderetur per alluuionē.Et dicit Bar.ꝙ Iſta ē mēs.d.§ ꝙ ſi toto ſi bn̄ iſpiciaẗ. Q uid aūt ſi alue us ē mutatus an dicatur nouū flumē Pone eni ꝙ priceps cōceſſit mihi ut poſſim i tali flumine colligere pedagiū an potero alueo mutato Q uidā dn̄t ꝙ n̄ per gl.i.§.iſula ꝟ. nā ēt.ff.de acqr.re.do. In cōtrariū uideẗ quia idē uidetur eſſe flumē ar.l.filie.§.fi. de cōdi.& demō.Si uno ipetu receſſit diciẗ no uum flumen Secus ſi paulatiꝫ.ff.de aqᵃ coti. & eſti.l.hoc iure.§.ſi aque In pōte aūt indiſtincte loco mutato alius erit pons.ff.de eo ꝙ cer.loco.l.iii.§.itē iulianus &.l.fi.ff.d' ſer. ru.pre.Nā pōs dicitur a pono ponis & ſtabilitate Et iō amoto pōte a loco ſuo nō ideꝫ pōs ē Ita uult notabiliter Bal.in ꝛ͡ica.ff. de re.di.i.ii.col'.in fi.ꝟ.ſꝫ an mutato Q uibus adde que nō. Bar.l. quo minus.xvi.q.ff. de flu.& uide ēt tex.& ibi Bar.in.l.hoc iure.§. ſi aqua.ff.de aqua coti. & eſti. Sed dubitari poſſet circa ꝑdicta qn̄ dicatur alueꝰ mu tatus uel relictus bar.in trac.de alueo circa

prin.℟.relicto dicit ꝙ reqrit̄ ꝙ ſit intotuꝫ & pſecte relictus & mutatus que conſtare pōt in hieme ſicut p ꝯriū alueū eſſe cōſtat in eſtate qn̄ aqua ē minor q̄ſi arguēdo a mi nori qa ſi ſic in eſtate de qua minꝰ uidebat̄ detinetur talis locꝰ fluie occupatꝰ ergo mlˡto magis detinetur i hieme ſed hoc ar. non cōluderet in agro Veronēſi circa flum athe ſis qui cōiter in hieme eſt ſꝫ in eſtate maxi mus nō ꝑpt̄ pluuias ſꝫ ꝑt̄ liq̄factas niues i montibus adeo in eo totum cōtrariū ēēt i ſpiciēdū uidelicet iūdatio aq̄ꝝ eſtiuarū. Itē itelligitur alueus derelictus & mutatꝰ ſi alī quātulū aqua fluat p alueū antiquuꝫ Si tn̄ aqua eſt ita modica ꝙ fluminis nomē perdiderit qd̓ ex opinione circūcolētiū diſcernit̄. l.i.§.i.ff.de flu. Si.n.aqua inde currens nō ē flumē ergo ille locus fluminis ꝙ alueꝰ ſit relictꝰ ſine ſpe reuertendi Nam ideo qa aqua ducit̄ ad molēdinū ceſſat ire ad alueū nō per hoc efficit̄ priuatꝰ alueus cuꝫ in po teſtate ſit ducētis eā aquā i alueū remittere Et ſic ſufficit ꝙ poſſit ire per alueū licet nō uadat. l.i.§. cottidiana.ff.de.aq̄ cotti.& exti. Et ideo ſi reperit̄ aliquod flumē quod aliquo tp̄re fluat & aliquo nō ſicuti dicit Bar. ſe uidiſſe curſie ubi ē flumē quoddā cuius nomen eſt curpido qui. VII.annis fluit & vii.ocultat̄ & ſic factū Et ꝙ poſſit ēē allego tex.in.l.unus ex ſociis.§.fi.cū.l. ſe.ff.de ſer. ru.ꝑdio. Certe illo tp̄ore quo ocultat̄ non dicit̄ alueus derelictus pp cōſuetudinem reuertēdi ar.l.naturalem.§.in his aūt.ff.de acquir.re.do. Tertium reqrit̄ ꝙ flumen ueterē alueū r̄liqrit & per aliū locū pſecte fluat.l.adeo.§.ꝙ ſi toto fluere cepit eo.titu. quod uerbū eſt p̄teriti ſubiūctiui ſignificās rem pſectā.l.i.§.i.ff.ꝙ quiſq̄ iu.&.l.ſi quis ſtipulatus ſit ſticū in prin.de uerbo.ob. Et hoc ideo cōtingit quia nō dimittit̄ alueus niſi alius aſſūmat Sed ſi cōtigat ꝙ flumen ocultet̄ & p aliū locū non flueret ēt alueuſ derelictus eorū eſſet qui ꝓpe predia poſſiderēt Et idē ſi ꝓbartur i iudicio ſoluꝫ ꝙ alueꝰ ē diuiſꝰ licet no ꝓbet̄ ꝙ alio loco fluer̄ ceperit Nam tūc agens obtineret quia ſuffi cit primū ſi a primo icipias.ſ.ab alueo relicto Sed ſi inciperes a ſecūdo.ſ.ꝙ alio loco ce perit fluere tūc r̄qritur.uerū quia pōt eſſe ꝙ per duo loca fluat & in quolibet retineat nomē fluminis Et ita cōtingit in mlˡtis locis athesis qui diſcurit p territorium ueronēſe Facit ad predicta.l.queadmodū & ibi nō.ff. de acquir.poſ.&.l.potuit.C.de iure delibe. & bar.trac.de alueo.ii.colˡ.ubi idem uoluit ℟.fluere ceperit Cetera circa iſtā materiaꝫ uide plene per bar.in.d.trac.d̓ alueo & bal. in ꝝica.ff.de re.diui.& tex. in.d.l.adeo.§. in ſula &.l.ergo.§.tribus.ff.de acq̄r.re.do.&.§. iſula.ff.de re.diui.&.l.i.§.ſiˡi mō cū.§.ſe.ff. de fluminibus.

De alluuione ꝝica.

a LLVVIONIS materia q̄ āpla ē & ſubtilis poſt aluei materiam de qua ꝓxie diximus ſatis cōueniret qa ex alueo paulatim relicto ꝓcedit.l.alueo .§.p̄terea.ff.de aqr.re.do.& inſti.de re.di.§. preterea per alluuionē Verū quia ſubtilit̄ & abūde declarata eſt ēt p.xxii. qōnes per Bar.in ſuo ellegāti tractatu tyberiadis i pri ma parte que ēt de alluuione inſcribitur Iō ſuperuacuū eſſe putaui hic de ea ſcribere ꝯ ſufficere uideatur Bar.cōmemoraſſe ad quē unuſq̄ſq̄ꝫ recurrere poterit & ad ea que ſcri bit etiam Bal.in ꝝica.ff.de re.di.viii.colˡ. in pri.℟.nūc de rebus ſingulorum &.l.nemo eo.ti.&.c.i.§.ſi quis de manſo & maxime i .iiii.colˡ.℟.ſe.in.§.ſe.qui incipit rurſus in ti. de cōtro.iue.i uſi.feu.& i dictis duobus.§.po nit̄ quādo icremētū alluuionis icedit i fundo feudali Adde etiam.l.hoc amplius.§. de his & que ibi nō.per doc.ff.de dam.īfec.ui de.l.adeo.§.preterea &.l. ergo.§. alluuio.ff. de acq.re.do.&.§.preterea inſti.de re.di.& toto ti.C.de allu.& pau.de caſt.in.l. item ſi fūdū.§.ii.ff.de uſufrc.

De ripa ꝝica.

r IPA ē que flumē cōtinet naturalē rigorē curſus ſui tenēs.l.i.§.ripa ea putat̄ eſſe que pleniſſimuꝫ flu men cōtinet.l.pe.eo.ti.& dicit̄ ripa a rapio is eo ꝙ uel ab una parte rapiatur lˡ ipediat ne aqua ꝑdia rapiat & deuaſtet ut dicit bal. in ꝝica.ff.de re.di.in.xii.℟.de ripa aliquid dicamꝰ. Cōfinia ripe ſunt a loco quo pri mū a plano uergere incipit uſq̄ꝫ ad aquā.d. .l.pe.in fi. Sed qd ſi flumē diſcurrat iter duos mōtes Videt̄ ꝙ a culmie mōtis ſint ri pe ex quo uergit uſq̄ꝫ ad aquā glo.i.d.l.pe. tenet cōtrariū quia nō uergit p attractiōeꝫ aque & ſic nō oēs pēdencie mōtiū dn̄t ripe qn̄ naturalˡr uergūt uſq̄ꝫ ad aquā. Et ita tꝫ

ẽt.Bar.in trac.tiberiadis in.iiii.col' Sed ſi p attractionem aque uergeret quatenus uergeret uſq; ad aquã eſſ; ripa Sed ſi nihil uergit pet attractionem aque quia ſaxũ ẽ uſq; ad aquã tunc ripe erũt uſq; ad locũ quo pleniſſimũ flumen excurrit Ita uult glo.i.d.l. pe.per illũ tex.& per.l.littus.ff.de uer.ſig.

Quãdo aũt dicãt' ripe mutari Dic ſi flumen nãliter creuit ut perpetuũ icremẽtu; in actione ſit uel alio flumine admixto uel aliqua alia ratione Dicẽdũ eſt proculdubio ripas mutaſſe queãdmo.ſi alueo mutato al' ceperit curre Sed qñ uel pluuiis ul' ibribus uel mari ul' q̃uis rõe ad tempus excreuit ripas nõ mutat Nemo deniq; dixerit nilũ q incremẽto egiptũ coopit ripas ſuas mutare l' ampliare Nam cũ ad perpetuã ſui mẽſurã redierit ripe aluei ei⁹ minuende ſũt ueterũ in.l.i.§.ripa.ff.de flumi.& adde que dicam in ꝟ.Itẽ etiam dubitari cõuenienter põt cui⁹ ſint ripe fluminũ Dic reſpectu ꝓprietatis ſũt illoꝝ quorũ pdiis adherẽt.l.riparũ in prin.ff.de re.di.&.§.riparũ iſti.eo.ti.Et ideo arbores ibi nate eorundem ſunt ut ibi dicitur & nõ.Bar.i.l.quo minus .vii.q.de flu. Sed quid ſi uia publica eſſ; i medio inter flumen et agrũ uel domũ ſicut ẽ uerone apud põtem nauiũ in cõtrata caude lõge Reſpõdeo idem ut ripe ſint eorũdem ar.l. martius.ff.de acqui.re.do.Et ita uult glo.in dicto.§.ripaꝝ in.ꝟ.adherẽt & Bar.in.d.l. quo min⁹i.vii.q.ꝙ facit ad ſtatutũ padue loquens de preſentatione coherentium ut locum habeat etiam ſi uia ſit i medio.De qua dic ut dixi.s.de ſerui.uie.x.q.Et eadẽ ratiõe dicit Bar.in trac.tyberiadis i.iii.col'.idẽ eſſe de foſſis que ſũt inter uiã & fũdũ ille enim foſſe ſunt eoꝝ quorũ prediis adherẽt per.d. .l.marti⁹ & glo.§.riparũ ad fi.i.col'.Sed uidetur ꝙ iſta proprietas ſit iutilis cũ riparũ uſus ſit publicus ut ſtatim dicã ſicut dicim⁹ ſi quis h; ꝑpetuũ uſũfruc.in aliqua re proprietas eſt inutil'.l.iii.§.ne tales.ff.de uſu fruc.Solue hic loq̃t' de certo uſu.ſ.ponendi retia & ſicãdi & applicãdi tñ ſi ibi ſũt arbores fructifere ꝓprietas nõ eſt inutil' qa ſũt ſue & ſic fructus ſimpliciter erũt ſui ut dicit Cy.& Bal.ſecũdũ Iac.de are i.d.l.riparu; in fi.Et ex predictis ſequitur ꝙ unuſ de populo nõ põt in ripa fluminis aliquod nouũ edificiu; facer' iuito eo cui⁹ pdiis adheret & ſi fecerit põt dñs ripe ꝓpria auctoritate deſtruere .l.queãd.§.i.ff.ad.l.aq.& ita nõ.bar. in.l.quo minus in.vii.q.ff.de flu.Item ex p̃dictis ẽt ſeqtur qñ uẽditur fundus ueniũt ẽt ripe & foſſe ſeu foſſata ẽt ſi uia ſit in medio ut nõ.Bar.in trac.tyberiadis in.iii.col'.l. riparum.ff.de re.di.Et plenius per eunde; bal.in ꝛ̃ica eiuſdẽ ti.xii.col.ubi omnino uide. Sed dubiũ eſt an ripe ꝯmenſurari d' beãt cũ fundo puta ſi uendidi fũdũ & affirmaui eſſe cẽtum iugeru;.Et uidet' ꝙ ſic qa ripe & foſſe ſunt uẽditoris ut dixi & cedũt i uenditione ut.l.idq;.ff.de pericu.& cõmo. rei.uen.&.l.fũdi in prin.ff.de acti.emp.& ita tenet Vber.de bo.Ricar.malũ.& Cy.in addi.i.d.l.riparũ.Sed bar.i trac.tyberiadis i .iii.col'.al'r dicit Et pro pria parte affirmatiua allegat.l.predia.§.ita legatus cum ibi nõ. .ff.de fu.iſt.In cõtrarium allegat.l.littora.ff. de con.emp.ubi dicitur ꝙ littora & uie publice ñ mẽſurãt' cũ re uẽdita.Et poſtea concludit ꝙ ripe nõ debeant cõmenſurari niſi dictũ ſit ſicut dicimus i limittib⁹ fũdi q coherent uiis publicis.l.idq.§.i.ff.de pi.& co. rei.uen.Et aſſignat ratiõe; qa ripe nõ uẽdũtur ſed magis accedunt rei uendite ꝙ apparet quia per ſe uendi nõ põt cũ riparũ uſus ſit publicus de iure gen.ut.d.l.riparum.Nã ꝓprietas ſola ꝑ ſe eſſet iutilis ut ſupra dixi per ſe nõ cẽſetur & alteri cedit.& hoc uult dicere tex.i.d.l.id.q.§.i.Et ꝙ dictum eſt de ripis idẽ dicẽdũ ẽ de foſſis ut ille nõ debeãt mẽſurari ſi ſunt extra fundũ qa ſil'r eſt eaꝝ uſus publicus ſicut uiarum quia q̃libet põt aialia ſua ducere ibi ad bibẽdũ de illo foſſato.S; ſi eſſent foſſe i agris iter fũdũ tunc qa ꝓprietas eaꝝ & uſus eſt i pi⁹ dñi fũdi cũ fũdus uenditur uenit i mẽſura.& ita t; Bal.i dicta.l.riparũ & in ꝛ̃ica eiuſdẽ ti.i.xii.col'. S; qual'r iſte foſſe que ſunt iter fũdum mẽſuretur ꝯ fũdo.s.an m̃ſuretur ſuperficies q̃ ẽ a latere fouee an mẽſurẽtur cu; toto agro ſicuti foſſe plane eſſet Bar.format iſtam.q. in.d.tractatu tyberiadis i.iii.col'.ꝟ.ſed dubitatur.Et dic ꝙ ager dicitur ab agendo ꝼm ug.& ſic ab actu qa ꝑ eu; ꝑnt boues & alia aialia duci que etiã important nomen act⁹ Si igitur fouea eſſet ita ampla & eius latera ita lata ut laborẽtur uel laborari poſſent cũ bobus tunc etiã eſſent mẽſurãde Si uero ut accidit ſepe ripe foueaꝝ ſunt ita ut ꝑ eas iri & agi nõ poſſit tunc fouee non mẽſurãtur cũ fũdo ſicuti ſi plane eſſẽt & ita obſuatur Idem dico de ripis que in fũdo eſſent ut ſi quidem cũ bobus earũ ſupſicies uenit m̃ſu

rāda Sec⁹ ſi eſſet ita erecte ut coli nō poſſit
tunc.n.nō mēſuraret̄ ſolū q̄ ripa continet
ſicut ſi in fundo mur⁹ ēēt eadē ratione Et
predicta uera ſunt niſi al'r actū ſit ex p̄ſſe ꝟ
tacite.l.id quod.§.i.de picu.& como.rei uē.
Et tacite dicit̄ actū ut ad m̄ſurā uēdat̄ ali
quod p̄dium mōtuoſū ſaſoſū ul' ripoſum
licet.n.hoc ꝓprie ager non dicat̄ qa p eum
agi nō pōt tn̄ mēſurat̄ ſic.n.actū uidet̄ De
cōcauitate uero ſulcorō q̄ fiūt cā culture ul'
aque deriuāde cā mēſura nō eſt hn̄da.l.i.
.§.de eo ope.ff.de aqua plu.arcē.qa culture
cā factū dicit̄ ut ibi Fouee uero agris ad per
petuā rei utilitatē fieri dn̄t.l.i pēſe.ff.de ipē
Et qa dixi p̄diū ripoſū ul' montuoſum eſſe
mēſurādum intellige niſi eſſent ripe flumi
num que a plano incipiūt uergere uſq; ad
ripam p attractōem aque Sed ſi inter duos
mōtes fluit flumē pēditie mōcium nō ſunt
ripe qn̄ natural'r uergūt ad aquam.l.pe.&
ibi glo.ff.d' flu.& dixi.s̄.circa prin.& adde
q̄ nō.Bal i ꝵica de re.di. Item et dubitari
pōt extra p̄dicta q̄d ſi ripa predii uerſus flu
mē natural'r ſe extēdit qr forte ibi erat lapi
dicina creſens de qua dicit̄ in.l.diuorto.§.ſi
uir in fūdo.ff.ſo.ma.& tex.in.l.fi.i prin .ff.
de fundo do.& euidēter uidet̄ apud mōtes
piſcinū in lapidicinis marmoreis uel forte
terremotu in flumie ubi ripa crepat cor
ruit & ipa iuncta p̄dio remanens fluminis
alueum per eū locū ceſſare facit Bar.in trac.
de allu.viii.col' ꝟ.ſed q̄ro quid ſi ripa dicit
totum locum dn̄o p̄dii accedere ſicut per
alluuionem oēs.n.iſte acceſſiones que di
uina natura opāte obueniūt nullo facto hu
mano iteruenīente eiuſdem natur ſūt.l.ite
ſi fūdi.§.i.ff.de uſufruc.Et hoc uidetur ſen
tire Azo.in ſūma inſti.de re.diui. Siue.n.
flumē predio meo addat & ꝑter hoc ab eo
recedat ſimpl'r nihil addēdo nobis accreſcit
.l. martius .ff.de acquir.re.do. iſtud autem
incremētū qn̄ ripa natural'r excreſcēte cōti
git poteſt dici alluuio qa latēs icremētū eſt
Quādo uero ruina ul' ṫremotu accidit pōt
dici icremētū aluei recedētis quia cū repēti
ne fiat nō eſt alluuio.l.adeo.§.i.de acqrr.re
do.&.§.preterea p alluuionē inſti.de re.di.
Sed cōtra predicta poſſet oppōi appēdices
ſecūt̄ naturā ſui ꝓprii & naturalis ſubiecti
ergo ſi flumia ſūt publica ripe fluminū q̄
ſūt appēdices ſimiliter debēt ēē publice &
non ſingulaꝝ perſonarū quarū prediis ad
herēt.l.ripaꝝ.ff.de re.di.Sed dic q̄ diuerſa

eſt rō in ripa q̄ ſit in ipō fluie Nam ripe ho
minum cultura & cura recipiunt icremētū
fluia i ſe ipſis fluunt & riparū incōmoda p
tinēt ad uicinos ſi modo ripe latiores fiāt er
go ſecundū naturā ē ut ꝯmoda & icōmoda
ſequātur eoſdē.l.ſecundū naturam.ff.de re.
iu.Item non intereſt reipub.quod ripe ſint
publice Et ex his ſequitur q̄ ſi cōceſſa ſunt
mihi bāna malorū i flumie cōmiſſorū nō
uenient bāna cōmiſſa i ripa fluis.l.i.§.i flu.
ff.de flu.ſecūdū Bal.i ru.ff.d' re.di.col'.vi.ꝟ.
ſed dubitatur riparum autē uſus public⁹ ē
iure gētiū ſicut ipſius fluis.l.ripaꝝ.ff.de re.
di.&.§.riparū inſti.eo.ti.Et ꝑpterea naues
ad eas ligare & funes ponere retia ex fluie
deducere & ripas ſiccare cuilibet l; & ſic p
ipm̄ flumen nauigare ut in dictis iurib⁹ di
citur & dixi etiam.s̄.de littore maris notat.
bar.in.l.quo minus in.vii.q.ff.de flu.Ex hoc
ſequunt̄ plures cōcluſiones. Prima eſt q̄
licet ꝓprietas ripaꝝ ſit ipſoꝝ quoꝝ prediis
adherent tn̄ non pn̄t facere d' ripis q̄cquid
uolūt ſicut alii dn̄i in re ſua.l.in re mādata.
C.man.quia uſus eſt public⁹ & ideo deteri
orare non pn̄t ar.l.pe.& fi.ff.de uſu & habi
ta. Secunda concluſio q̄ ſi ripa fluis que
adheret p̄dio tuo ita eſt naturaliter ordiata
q̄ aquā ad me pellit & poſſū ad meū molē
dinum aquam ducere ſine aliqͣ clauſura tu
formaſ dicte ripe uis mutare ita ut per hoc
aqua ad me nō ueniat nō pōt ex quo uſus ē
cōis ut nō.Bar.in.l.quo minus in.ix.q.

Tertia concluſio q̄ lic; ripe ꝓprietas ſit
ei⁹ cui⁹ p̄dio adherēt & ꝑpterea poſſit i ripa
molendinū cōſtruere aut tigna uel trabes
imittere tn̄ ſi ꝑpt̄ hoc uſus publicus naui
gantiū ipediret̄ diuertendo aquā uel alio
modo nō poſſet ut nō.Bal.in ꝵica.ff.de re.
di.col'.vi.ꝟ.ex.his appa. Quarta.ꝯcluſio
ē q̄ dn̄s ripe nō pōt in ea aliquid facere ꝑp
que impediat̄ iter pedeſtre nauigatiōis q̄
eſt iuxta aquā quo it̄ qn̄ funibus trahendo
nauem q̄ reſtora dicit̄ uel piarda uulgarit̄
de eo p que deſcendit̄ & eſt iter ad aquam
ſine naui ut eſt tex.cum glo.in.l.i.§.ſi pede
ſtre iter.ff.de flu. Quita cōcluſio q̄ hn̄s
ꝓprietatē ripe non pōt in ea aliqd conſtru
ere ꝑpter quod uſus piſcatiōis impediatur
forte ſi ibi erat ſolitū piſcari uel ſiccari retia
ar.eorū que habent̄ in.d.l.riparum &.d.§.
riparum cum ſe.cū glo.& ita uult bal.i ꝵica
ff.de re.di.vi.col.q dicit quod hoc intelligit
eſſe uerū ſi ibi publice piſcatur & utile &

conſuetū eſt piſcari Nō.n.ſi uni ſingulari
prodeſt cenſendū eſt publicū cōmodū uel
incomodū Et ideo aptitudo littoris ē conſi
derāda Aptitudo enim facit aptū & ab apti
tudine ſumit formā denoīationis qlitatis
rerū & aptitudine deficiēte fōma rei uidet̃
mutata.l.quid tn̄.§.agri.ff.qui mo. uſufruc.
amitt. Sexta concluſio ꝙ uicini quorum
prediis ripe adherēt etiā ſi riua publica ē ī
medio nō pn̄t ripas claudere & ibi ortulos
facere ſi icōmodat̃ uſus publicus dictarum
riparū. Septima cōcluſio ꝙ uicinus non
pōt concluſā uel reſtim in ripa mea īfigere
uel appogiare ut nō.bar.in.l.quo minus in
vii.&.x.q.ff.de flumini. & Bar.in.l.lapilli ī
pe.col.in.fi.ff.de re.di. Octaua concluſio
ꝙ ille qui habet ī utraqʒ ripa fluminis pub
lici domū nō pōt pontes priuati iuris facer̄
.l.fi.ff.de flu.& adde que dixi ſupra de ſer-
ui.xii.q. Nona cōcluſio ꝙ quis nō pōt li
gare nauē ſuam cū catena in ripa alterius ſi
impedimento ē licet cū fune ligar̄ poſſit ut
per glo.in.§.litorū inſti.de re.diui. ſecūdūʒ
Bal.in.d.l.lapilli.pe.coll.ī fi.que nō.quia ſi
habes molēdinū nō potes ipſū ligare cū ca
tena que trahat̃ per uiā publica ita ut im-
pediat̃ additus publicuſ niſi cōſuetudo lo-
ci ſeruaret cōtrariū ar.l.an ī totū.C.de edi.
pri.cum ſy. Decima concluſio ꝙ flumen
quod ē principale non trahit ad ſe ripā niſi
quo ad uſum neceſſariū fluminis non aūt
quo ad uſum extraneū.l.riparū.ff.de reruʒ
diui.& nō.Bar.in ꝝica eo.ti.vi.col.in fi.Sed
ſi ripe ſint eleuare ꝓpter inundationē aqꝝ
an poſſint etiā deprimi.Vide que dixi.s̄.
de ſerui.aquedu.iiii.q.principali ī fi.&.viii.
.q.pricipali.℣.quero nūc de alia.q. ordina
ria in ℣ circa ſecunduʒ ī fi. Que autem
poſſint fieri l' nō fieri ī ripis ꝑ dominos uel
alios Vide plene per bar.in.d.l.quo minus
& bal.in.d.l.lapilli pe.col. Vltimo d' ma
tia interdicti de ripa minuēda uel reficiēda
uide i.l.unica ff de ripa minuēda & plene ꝑ
Rof.in libellis ſuis ī ti.de īterdicto ut liceat
ripas publicas fluminis reficere uel minu-
ere ubi poīt quot reqrāt̃ ad hoc ut compe-
tat illud interdictū & libellū & poſitiones
Dic, ut ibi per eū Et de mā.ripe uide Bar.ī
dicta.l.quo minus & ī trac.ſuo tiberiadis &
Bal.in ꝝica.ff.de re.di.in.xi.&.xii.col.& .d.
.l.lapilli pe.col.in.d.l.riparū.Et uide tex.in
.l.ſi finita.§.i.de damp. infec. De uado
aūt quo flumine tranſit uide per tex.glo.
& doc.in.l.fi.ff.de ſer.ruſti.p̄.&.l.ſi prius.§.
licet.ff.de aqua plu.ar.

De aggeribus.ꝝica.

a GGERIBVS Sūt ualla fluiuʒ
ut.l.i.C.de nili.agge.non rumpe.
comata eſſe dicūt̃ ageres & īſtru
menta qbus aqua diuiditur Coma.n. dicit̃
diuiſio nā diuidunt.ſ.aggeres ſeu comata lo
ca adiuicē ut ē tex.cum glo. in.l. ſacularii.§.
in egipto &.§.fi.ff.de extraor.cri.Si in agro
meo iferiori magna ſit abundātia aquarum
ꝓueniens ex agro ſuperiori an liceat agge-
res & foueas habere ut aqua uerſus aliā par
tem uadat & agger meus ea euacuetur Re-
ſpondeo licet ſi aliqua alia conuentio non ī
teruenit ut ē tex.cū glo.in.l.i.§.deniqʒ ait.ff
de aqua plu.ar.Sed quid ſi uicinus inferior
habʒ aggeres in fundo ſuo ex uetuſtate uel
pcō an dn̄s ſupior poſſit cogere iferiorē ag
geres minuete Dic ꝙ nō ſed i agro ſuo pōt
minuere.l.i.§.fi.& ibi glo.& doc.ff.de aqua
plu.ar.que dixi ſupra ti.de ſer.aq̄duc.iiii.q.
principali in fi. Quid autē ſi aggerē q ī
fundo uicini ſupioris erat uis aq̄ deiecit ꝑ
ꝙ effectꝰ ē ut aqua pluuia mihi noceat. Va
rus ait ſi naturalis agger fuit poſſe me uici
nuʒ cogere aq̄ plu.ar.actione ut cuʒ repōat
uel reponi ſinat Idē ſi manu factuʒ ſit neqʒ
memoria eiꝰ extaret.l.i ſumma.§.itē uarus
in prin.ff.de aqua plu.ar Vtil' tn̄ actio mihi
cōpetit aduerſus uicinum ſi ueli aggereʒ re
ſtitui ī agꝝ eiꝰ ſi mihi ꝓdeſt & ſibi n̄ nocʒ
ut.d.§.item uarus ī fi.Sed ſi memoria extat
in fi.tenetur aque pluuie arcēde.Et ſi agger
manu factus ſit etiam ſi memoria nō extat
cogi pōt ut reponat ut.d.§.item uarus ℣.ſʒ
ſi extet. Si aggeres iuxta flumē in priua
to facti ſint ī arbitrio aque plu.ar. ueniunt
etiā ſi trans flumē nocēt ſi memoria eorum
extat & ſi fieri nō debuerūt.l.que pricipal'
.§.fi.ff.de aqua plu.ar. Sed qd ſi flumen
publicū multum excreuit ꝓpter ꝙ ſolet mi
hi dare damnū ex p̄dia mea iūdare an poſ
ſim aggerē adhibere ul' aliā munitionē face
re ut predium meum tuear Dic ꝙ ſic tex.ē
ualde notabil' in.l.i.§.ſed ſi aliqua.ff.ne qd
in loco pub.& uide Bar.in.l.quo minus in.
xi.q.ff.de flu.& que dicam in.q.ſe. Que
ſtio eſt quotidiana ſi propter inundationē
aquaꝝ ego ī aggeribꝰ meis feci cōnellas ele
uādo ipſas ne aqua excedens aggeres conſu

tos inundaret fundum meum que facere potui ut dixi in qõe precedēti nõqd eas ꝑ arbitrio meo & ꝓpria auctoritate poſſiʒ im pune remouere Ego teneo ꝙ ſic ſi auctoritate mea ꝓpria facte ſunt nec teneor pati ut reponãt̃ niſi ſeruitus ẽẽt ipoſita per tex. in .l. in ſũma.§. idẽ ait ſi in agro tuo &.§. apud manuſam cum ibi nõ. ff. de aqua pl u. arcen. & idẽ tenui. s. de ſer. aqueduc. viii. q. principali i. q. que icipit q̃ro nũc de alia. q. quot tidiana. Circa ſecũdum in fi. quero qua pena puniũt̃ rũpẽtes aggeres flumiis nili qui eſt in egipto Rñdeo pena ignis ut flãmis cũcremet̃ tex. eſt. in .l. unica .C. de nili agge. nõ rũ. & ibi Bar. de ſali enuẽrat alios xii. caſus in quibus pars flammarũ penam patit̃ aut ſunt ageres quos quilibet in ſuo predio facit qñ ceteris tẽporibus aqua nili egredit̃ flumẽ per predia aquã i ſuo predio cõtineat & tũc rũpẽs illos ageres punit̃ pena extra ordinaria eſt tex. cũ glo. de utroqʒ in .l. ſacularii. §. in egipto. ff. de extraor. crimi. Aut ſunt agegeres alteriꝰ fluminis Et glo. in. d. l. i. dicit idẽ ẽẽ de eqtate ſecundum Vgo. ſed Pe. queʒ ſequitur Ci. & Sali ibi dicit hoc non eſſe uerũ quia non ẽ alibi tanta cura aque ſicut in egipto ubi eſt nilus quia in egipto nonq̃ pluit. ut dicit glo. in. d. §. in egipto Itẽ quia interp̃tatõe legũ pene ſunt molliẽde. l. interp̃tatõe. ff. de penis Itẽ pro hoc facit dicta ꝛ᷑ica. C. de nili agge nõ rũpẽ. que aliquã ſpecialitatẽ notare uoluit i aggeribus nili Dicit tñ Cy. in. d. l. i. ꝙ ſi aggeres padi apud ferrariaʒ deſtruerẽt̃ hẽbit locuʒ pena ignis predicta ex quo ibi eſt magnuʒ piculũ qa pp modici aggeris motõem poſſʒ nouꝰ fieri & t̃ra tãta habitata q̃ fertilis occupari qñ flumẽ padi creſcit cũ ſit eadeʒ rõ Et ita ſeq̃t̃ ibi Sali. & ſic uoluit Cy. ꝙ in penalibus fiat legis extẽſio p idẽtitateʒ rõnis de quo dic ut per doc. i. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. ma. Sed quid ſi aliqs non rũpit aggeres ſed incidit arbores que ſũt in aggeribus cã aggeruʒ cõſeruãdorũ dic ꝙ pena extraordinaria coerceri debet ut eſt tex. cum glo. in. d. l. ſacularii. §. fi. reliqua circa mañan uide que dixi. s. in titu. de ſer. aque duc. viii. qõe principali q̃ro nũc de alia qõe principali cottidiana.

De torrẽte ꝛ᷑ica.

[T]ORRENS eſt que i hieme currit & pẽne nõ ẽ. l. i. §. ii. ff. de flu. Et dicit̃ torrens a torreo quod ſignificat ſiccare atqʒ areſacere Et hoc ideo quia i eſtate ſiccat̃ flumẽ torrẽtis nomen accipit Vulgariter aũt apud nos ꝓgni torrẽtia uocant̃ q̃ i n foro iulii & i territorio triuiſino maxima ſunt & nõ dicit̃ flumẽ publicuʒ ſʒ priuatũ quia fluiaꝰq̃ in hieme currũt & nõ i eſtate priuata ſunt ut dicit Roſ. i libel. ſuis ſup iterdicto ne quis in flu. pub. quẽ ſequit̃ Bar. i trac. tiberiadis in. viii. col ꝟ. flumen q. dicit ꝙ ex quo ſunt priuata p alluuionẽ nemini põt tribuere. Si eni curſuʒ mutãt ſemper ſolum remanet cuiꝰ prio erat nõ põt ꝑ alluuionẽ adiicere apponẽdo ita ꝙ p̃diũ extendat̃ ſed ſupponẽdo põt adiicere ſicut ſi pinguedo agri ſuperioris adiicit̃ agro iferiori. l. i. §. deniqʒ. ff. de aqua plu. ar. Cuius aũt ſint iſta torrentia Bar. dicit in. d. ꝟ. flumen hãc. q. eſſe facti. Põt eni ꝓbari ꝙ ꝑ alicuius p̃diũ aqua diſcurrit & foſſam fecit ł inter p̃dia pluriũ aqua fluxit tũc ſecũdũ terminos antiquos iter p̃dia diuiſa erũt talia foſſata. Vel põt ꝓbari q̃r ab antiquo ſunt poſſeſſa Sed ut ſepe accidit nihil ſufficiẽs põt ꝓbari tũc putat illoꝝ qui ꝓpe ab utraqʒ p̃te p̃dia poſſidẽt cuiuſqʒ uſqʒ ad mediũ ar. eius ꝙ dicit̃ de iſula & de alueo dimiſſo. l. adeo. §. in ſula &. §. quod ſi toto. ff. de acq. re. do. & probat̃ i. l. ii. §. preterea cuʒ glo. ff. de aqua plu. arcẽ. que tñ itelligit niſi ea foſſata eſſent in uſu pub. qa tũc dicerẽt̃ publica. l. ii. §. hoc i terdictũ. ff. ne quid in loco pub. & ex p̃ſſe ꝓbatur i. l. i. §. foſſa. ff. ut in flu. pub. nauigare.

Sed quid ſi r̃periũtur inſtrumẽta ãtiq̃ i quibus poſſeſſores predioꝝ a later̃ emerũt prediũ & ꝓ fine appoſitum fuit foſſatũ an ad illos p̃tineat uidetur ꝙ nõ ipſaʒ rem eni emimus nõ eius fines & pro hoc facit quia fundi nihil eſt niſi q̃ inter ſe cõtinet. l. fũdi in pri. ff. de actio. emp. Bar. i loco preal. tenʒ cõtrariũ. ſ. ꝙ fines appoſiti. i. foſſata intelligũtur eſſe eoꝝ qui a latere predia poſſidẽt ut ſupra dictũ eſt. Nec obſtat ꝙ fines non emuntur quia fateor ſed tamen ẽ poſſibile ꝙ rei uendite accedũt ſicut ẽt ſi poneremus ꝑ fine uiã que quo ad qd fũdo accedit. ff. de acq. re. do. l. martius nec ob. d. l. fũdi. in pri. qa regula ꝙ fũdi nihil ẽ niſi quod iter ſe cõtinet patitur exceptionẽ ꝑ aliquas leges ut i aqductu. q ẽextra p̃diuʒ. ff. de con. emp. l. aqduc. & i liminibus predioꝝ & in foſſis. l.

.ii.§.pretĕrea.ff.de aqua plu.ar. Pōt dubitari ſi uicinus flumē torrēs auertit ne aqua ad eū ꝑueniat & hoc modo effectum eſt ut uicino noceat an agi cōtra eū aq̄ plu.arcē. actione poſſit Et dicēdum ē ꝙ nō quia non fecit ut ibi noceat ſed ne ſibi noceat tex.eſt nō.in.l.in ſūma.§.idē labeo ait ſi uicinus.ff. de aqua plu.ar.nā licitū ē i ſuo aggereꝫ uel aliam munitioneꝫ facere ne flumen ſibi dānum det & predia ſua deuaſtet ut.l.i.§.ſūt qui putent.℣.ſed ſi aliqua.ff.ne quid in flu. pub.Et adde que dixi in ti.precedenti.℣.ſi. ſed quid ſi flumē cū ℣ ſe.

## De Vallibus aquoſis.℞ica.

ſ I VALLES Excreuerunt et alienuꝫ occupauerūt ꝑdiū Illius ſūt ualles cuiꝰ erat ꝑdiū et ſi decreſcūt illius erit prediū cuius erāt ualles ut ꝓbaẗ in.l.ſi uicinꝰ.§.lacus ſecūdū ſecūdam glo.ff. de aqua plu.ar.& ita Bar. exemplificat illū tex.in ualibus rauenen̄.Sed ſi ualles eſſent publice indicandum eſſet ſicut de flumine pub.eadē rōe ut habetur i.l.lacꝰ.ff.de acqr. re.do.& uide que dixi de lacu in ti.de flu. .℣.flumia publica. Et ex ꝑdictis ſeqtur ꝙ in eiſ licitū ſit cuilibet piſcari uł cānellas aut erbas incidere uel paſculari ſi ſunt publica Secus ſi ſūt priuata ar.§.littorum iſti. de re.diui.cū ſy. Sed quid ſi in ualibus reperiẗ terra cuꝫ herba & cānelł natis que de loco ad locū moueẗ & tori uulgariter appellāẗ an erūt publici uel priuati tāq̄ iſula Dic ꝙ erūt eiuſdē iuris cuiꝰ eſt aq̄.Si aqua ualliū erit priuata iſti tori ſilr erūt priuati Si publica publici De quo dic ut dixi ſupra de inſulis.v.q.i fi.& de iſtis toris uide etiam que dicaꝫ.j.de piſcaria i.fi.De aliis aūt ualli bus non aquoſis uide ſupra ti.de ualibus & planeriis. De paludibꝰ etiam aliquid dicamꝰ ſi opus qs fecerit ut aquā excluderet ne ad fūdū ſuuꝫ ueniret que ex undatione paludis i agrū eius fluere ſolꝫ ſi ea palus aq̄ plu.ampliaẗ eaqꝫ aq̄ repulſa eo opere agro ſui uicini noceat aque plu.ar actione opus cogiẗ tollere ut ē tex.i.l.i.§.ii.q incipit neratius ſcribit.ff.de aq̄ plu.ar.agri uel loci uſufruc.legatus ſi fuerit iundatꝰ aut ſtagnū iā ſit aut palus ꝓculdubio extiguiẗ.l.qd tn̄.§. .i.ff.q mo.uſufr.cū cōcor.Cetera circa iſtam materiā uide i toto ti.C.de allu.& palu.

## De fonte ℞ica.

ſ I QVIS FONTE aqueue eiꝰ anno uſus fuerit nec ui nec clā nec ꝑcario quo minus utaẗ uim fieri pretor ꝓhibet.l.i.in pri.ff.de fon.& in tota illa.l.declarāẗ hec uerba Itē pōt aq̄ purgare reſtituere & coercere ut utaẗ eo modo quo eo anno uſus ē dicta.l.i.§.deinde ait ꝑtor.Et cohercere diciẗ aquam continere ſic ne fluat uel dilabaẗ.d.l.i.§.cohercere. Seruitus aq̄ hauriēde ex fōte cōſtitui pōt ut.d.l.i.§.i. Et olim cōſtitui nō poterat ſeruitus aq̄ ducende uel hauriende niſi ex capite uel fōte Hodie uero ex quocūqꝫ loco conſtitui pōt ut eſt tex.cū glo.in.l.ſeruitutes aq̄.ff.de ſer. ru.ꝑ.Caput.autē fontis dicitur ipe fons.l.i. §.caput.ff.de aqua co.& eſti.& dixi ſupra đ flu.℣.caput flumis licet fons oriatur i agro tuo tn̄ ſi lōgo tpe duxi aquā etiam ex fūdo tuo nō ē neceſſe ut doceā quo iure duco & ita titulū allegare non cogor.Et ſi impediar a te uel ab alio aq̄ ex dicto fonte ducere ad fūdū meū poſſum agere utili actione exēplo aliarū ſeruitutū ut ē tex.nō.& ibi gl.& doc.in.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.uē.Si fundo ſeyano cōfinis fuerit ex quo fōte p fūdū ſeyanū aquā iure ducebā meo facto fundo ſeyano manet ſeruitꝰ.l.ſi mihi.§.ſi fundo.ff de ſer.ru.predi.Si fons exaruerit ex quo ductū aque habeo iſqꝫ poſt cōſtitutum tēpus ad mittēdā ſeruitutē ad ſuam uenā redierit an aqueductū amiſeri Dic ꝙ ſic ſꝫ reſtituiẗ ut eſt tex.i.l.unus ex ſociis.§.fi.ↄ.l.ſe.que incipit & actilicinus.ff.de ſer.ru.pre. & uide que dixi ſupra de alueo.℣.ſꝫ pone ꝙ ipetꝰ fluminis & ℣.ſed dubitari Hn̄s fontem in ſupiori fūdo neqꝫ uētrem neqꝫ pānos lauabit i riuulo deſcendēti ſi ꝓpter hoc aqua deturbareẗ oio.l.apud trebatiū in prin.& ibi Ang.& doct.ff.de aqua plu.ar.& idem nō. Bar.in.l.cum ſuper.C.de re.mili.li.xi.ut eſt tex.in.l.ſollicitatores in fi.ff.de extraor.cri. De iſta maťia fōtis hēẗ per Spe.in ti.de cā. poſ.& ꝓpri.§.priuata & per Roſ. in libel. ſuis ti.de interdic.de fonte & uide que plene dixi ſupra in ti.de ſer. aqueduc. in. xi.q. pricipali ubi ēt poſui de aqua coti.& eſti.& aqua q̄ ex caſtello duciẗ & de aqua plu.ar. & de locatiōe & uide q̄ plene dixi.ſ.i ti. aq̄ hauſtus.vii.q.pricipali uſqꝫ ad fi. illius ti.

## De riuis ℞ica.

d E RIVIS. Eſt etiaȝ aliqd dicẽdũ
Riuus eſt locus ꝑ longitudineȝ de
preſſus quò aqua decurit.l.i.§.i.ff.
de riuis fluminũ Flumẽ a riui magnitudi-
ne diſcernẽdũ eſt aut extimatiõe circũcolẽ-
tiũ.l.i.§.i.de flu.&.hoc noĩe riui aqua fluẽs
continetur ut dicit ibi glo.ſeruitus natura-
lit̃ nõ manufacto ope ledere põt fũdũ fuiẽ
tem queãdmouũ & imbribus cũ creſcat aq̃
in riuo ut ex agris in eũ fluat aut aque fonſ
iuxta riuũ aut in eo ip̃o inuẽtus poſtea fue
rit ut eſt tex.i.l.ſi mihi.§.ſeruitus.ff.de.ſer.
ru.predio.Si per fũdum ius eſt mihi aquam
de riuo ducere hec iura tacite ſequẽt̃ ut re
ficere mihi riuũ liceat & adire q̃ proxie poſ
ſim ad reficiẽdũ eũ cuȝ fabris meis Item ut
ſpaciũ relinquat mihi dñs fũdi quo dexte-
ra & ſiniſtra ad riuũ eam & quo t̃rã limuȝ
lapidẽ arenã calcẽ iacere poſſim ut eſt tex.
ellegãs i.l.refectiõis.§.fi.& ibi p.glo.& doc.
.ff.coia predio.& facultas & refectiõis cauſa
accedẽdi ad ea loca que nõ ſeruiãt facultate
tributa ex his quibus ſeruit⁹ debetur niſi in
cõceſſione ſeruitutis nomiãtiȝ cõceſſũ ſit q̃
partẽ accedere deberet ut eſt.tex.ualde nõl̃
in.d.l.refectõis in prin.quod facit ad m̃lta
& ibi per doc.nec iuxta cũ nec.s̃.eũ ſi forte
ſub terra aqua ducat̃ locũ r̃ligioſũ dñs ſoli
facere põt ne ſeruitus intereat ſed & de p̃ſu
rũ & elleuaturuȝ riuũ per quẽ aquã iur̃ du
cebã poteſtatẽ haberes niſi ne id faceres ca
utũ ſit in.d.l.refectõis.ii.&.iii.ꝛ͂o. Quis
aũt teneat̃.manutenere riuos & ẽt expur
gare Vide que plene dixi.s̃.de ſerui.aque-
duc.℣.ſupeſt alia qõ quis teneat̃. Reli
qua q̄ ad materiã riui ſpectãt uide in toto
ti.ff.de riuis & que plene dixi in ti.de ſerui.
aque duc.in.xi.q.principali.℣.quartuȝ eſt
interdictũ de riuis ubi poſui quot ſũt neceſ
ſaria ut iſtud iterdictũ cõpetat & libellum
& poſitiones actoris & rei.

De piſcatiõe ꝑica.

p ISCARI. cuilibet licitũ eſt in
mari quod natura oibus patet.l.uẽ
ditor in prin.ff.comuia pre.Sil̃r lȝ
in litore maris.l.nemo.§.fi.&.§.riparum.ff.
de re.di.quia littora cõia ſunt oib⁹ ſicut aer
.l.iniuriaꝝ actio.§.fi.ff.đ iniur.Et põt quili
bet piſcari in in littor̃ ante ẽt edes meas &
hoſtiũ & ſi ip̃m piſcari ꝓhibeã teneor acti-
õe iiuriarũ ut ibi &.l.ii.§.ſi quis i mari.ff.ne
quid in loco publico niſi cõuẽtũ eſſet ut in
loco illo maris piſcari ñ poſſes qa ualet tal̃
cõuẽtio ut ẽ caſus notabil̃ in.d.l. uẽditor in
prin.& dixi plene ſupra de mari circa pri.
Et ideo cũ primũ piſces quis in mari uel ĩ
littore ceperit ſine dubio eius in cuius pote
ſtatẽ perueniũt fit acqſitio ſicut de feris ca-
ptis ẽt dicit.l.ꝗ.in littore.ff.de acqui.re.do.
In mari piſcãtibus licitũ eſt caſaȝ i littor̃
ponere ĩ qua ſe recipiant.d.l.riparuȝ. In
fluminibus & portu ius piſcãdi eſt cõe om
nibus ut.§.flumina inſti.de re.diui. Quod
falit in pluribus. Primo qñ flumen eſſȝ
priuatũ al̃r nõ.l.iniuriarũ actio.§.fi.in fi.ff.
de iniu. Secundo falit qñ ius piſcãdi eſt
priuatũ puta qr eſt uẽditũ per principem
ſicut in lacu garde cõtigit ĩ quo ſunt alique
piſcarie priuate que fuerũt uendite ꝑ dños
uerone ar.dicti.§.fi.cũ.l.ſequenti que icipit
ſiue ſit maris & ar.c.i.circa fi.ibi piſcationũ
redditus in ti.que ſint regalia in uſi.feudo.
Tertio fallit qñ eſſet facta conuentio cũ
uicino ut in domũ ſuã piſcari non poſſit.ut
dicta.l.uẽditor i pri.ff.coia predio.q.l. habȝ
locũ ẽt i fluminibus publicis ut dixi in ti.đ
mari in prin. Quarto fallit qñ priceps
uel ciuitas ꝓhiberet ne qs in flumine piſca-
ri poſſit ut eſt in lacu peruſino & dixi.s̃.đ
lacu. Quinto fallit qñ eſſet conſuetudo
ut piſcaretur ſolũ ꝓ uſu publico & ñ ꝓ pri-
uato uel ꝓ priuato ſed certo tempore tm̃ qa
cõſuetudo uicẽ legis ſuſtinet.d.l.uẽditor.§.
ſi cõſtat. Vi.fallit qñ qs preſcripſiſſȝ ius
piſcãdi quia tũc alius in eo loco piſcari non
poſſet.Et iſta preſcriptio ꝓcederet ſine du
bio ſi fuiſſȝ in poſſeſſione piſcãdi ꝑ tm̃ tp̃s
cuius inicii mẽoria nõ exiſtat qa ꝑ tm̃ tp̃s
p̃ſcribũtur loca publica.l.hoc iure.§.duct⁹
aq̃.ff.de aqua coti.& eſti.& nõ.Bal.in.l.lapi
li in.ii.q.ff.de re.di. Sed nunquid ſuffici
at quẽ piſcatum fuiſſe p.xx.uel.xxx.annos
ad hoc ut ſupueniẽtẽ ꝓhiberi poſſit piſcari
uide glo.ordi.in.§.flumina in ℣.omnibus ĩ
ſti.de re.diui.& que.s̃.de ſerui.aqueductus
ix.q.principali.℣.ex p̃dictis ſeqtur. Si a
ger cuius uſuſfructus tuus ſit flumie ul̃ ma
ri inũdatus ſit uſuſfruct⁹ amittit̃ cum etiã
proprietas eo caſu amittat̃ nec piſcari reti-
nere quidẽ poterimus uſũfructuȝ ut ẽ tex.
ualde nõ.i.l.ſi ager.ff.quemadmo.ſer.amit.
& ꝑ illũ tex.dicit nõ.Bal.i.d.l.lapilli i pri.
ꝗ ſi ſtarẽ mille ãnis ſup fluctibus maris ni
hil ꝑpetue ꝓprietatis acquireres. Quid

aũt ſi ↄcedit̃ mihi ius aq̃ue ducẽde ad piſ
cariã meã uel ciſternam an ſit ſeruitus r̃aliſ
Dicas ꝙ ſic quia debet̃ a fundo medo iuxta
nõ. in.l.pecoris.ff.de.ſer.ru.pre.&.l. ut po-
mũ.ff.de ſer.ut dixi ſupra in ti.de ſer.aque
duc.ii.q.principali.℣.itẽ qd ſi cõcedit̃ mi-
hi. Si quis habet uſũfruc.piſciũ q ſũt i ui
uariis põt piſces occidere & alios ſubſtitue
re ꝓpter difficilẽ eorũ diſcretõem.l.uſufruc
tuariũ uenerari.§.ſi i uiuariis.ff.de uſufruc.

Si uendit̃ fũdꝰ i quo ſũt piſces i piſcinis
illi piſces nõ ſunt edium neqꝫ fũdi non ma
gis quã pulli aut cetera animalia que i fun-
do ſũt.l.iulianꝰ.§.fi. cũ tribus.ll.ſe.ff.de ac.
emp. Si qs cõduxit ualles aut paludes ut
ibi poſſit piſcari & in eis repiat̃ certa pars
terre elleuata ab alueo & tori uulgariter ap
pellãt̃ & piſces omnes i hieme ſe reducunt
ſub eis ut i ualibꝰ padue cõtigit an ſit licitũ
cõductori aperire dictos toros & oẽs piſces
accipere.Et dicas ꝙ non qa iſto mõ ius piſ
cãdi deſtrueret̃ niſi alios reponeret ar.d.l.
uſufructuariũ.§.i uiuariis & ar.l.ſi merces
.§.cõductor.ff.loca.Et hoc uidet̃ apte pro-
bar.i.l.uideamꝰ.§.itẽ ꝓſpicere debet eo.ti.
Preterea hoc etiã ꝓbat̃ qa conductor tñt̃
añ omnia ſecũdũ legẽ.i.cõuentõeꝫ facer̃ Et
ſi qd i.l.pretermiſſum fuerit id ex bono &
equo preſtare debet ut dicit tex.iſti.loca.§.
conductor Sed ex bono & equo eſt ut con-
ductor piſcine non deſtruat totã piſcinam
qa debet habere fructus piſcãdi & non oẽs
piſces ita ut piſcaria conſuãt̃ facit.l.i.&.ii.ff
de uſufruc.Et idem dico ſi locaret̃ ius piſ-
cãdi i flumine ł fõte aut piſcaria qa nõ poſ-
ſet omnes piſces tollere niſi aliter conuẽtũ
eſſet ꝙ nõ.qa eſt quotidianum.

## DE Aere.ꝛ̃ica.

a ER Eiusqꝫ uſus cõis ẽ ſicut marẽ
& litora mari.l.iiuriarum actio.§.
fi.ff.ne quid in loco pub.& tãq̃ cõe
ꝑpetuo i totũ occupari nõ põt ut dicit Bal.
in.l.lapilli in prin.ff.de re.diui & ſi aliq̃ueꝫ
uti aere ꝓhibẽt actione iniuriarũ tenet̃ ut
dcõ.§.fi.Non põt itaqꝫ quis nobis aerẽ uel
ſolem tollere niſi edificãdo iuxta ea q̃ dixi
ſupra in libro primo in ti.ne proſpec.offi.
.iiii.q.ubi poſui de diogene phõ q ſtabat
ad ſolem naꝫ aer ſupra domũ noſtrã debet
eſſe liber uſqꝫ ad celũ ut eſt tex.cũ glo.in.l
.i.§.pe.&.l.fi.ff.ꝙ ui aut clam ideo non eſt
licitũ facere põtẽ ſupra uiã pub.uel flumẽ
pub.uel fũdum priuatũ.l.pe.ff.de flu.& nõ
Rof.in ti.de interdic.ne quid in loco pub.
fr.℣.vii.in fi.& ſpe.in ti.de cã po.& ꝓprie
.§.in confeſſoria.℣.itẽ queritur hẽo domũ
& Bal.i.l.lapilli i ul.col.ff.de re.di.Sꝫ quid
ſi ex odore ſoli locus peſtilẽtioſus fiat.ſ. ex
fetore terre ẽt priuate ut qa fiant ibi ſulfu-
raria tenebitur interdicto ne qd i loco pub.
ut eſt tex.cũ glo.nõ.i.l.ii.§.ideꝫ ait ſi odore
.ff.ne quid in lo.pu.Idẽ ſi corrũpat aerẽ ap
ponẽdo ſtercus ł apperiẽdo cloacã.l.i.§.i.ff
đ cloa.&.l.pe.§.pe.& ibi hoc nõ.glo.ff.ꝙ ui
aut clam & ideo pretor introduxit duo in-
terdicta de cloacis purgãdis ad ſalubritateꝫ
ciuitatis nam celũ peſtilẽs & ruinas minãt̃
inmõdicie cloacarũ.d.l.i.§.i.de cloa.&.l. de
pup.§.ſi qs riuos.ff.de no.ope.nõcia.& pre
terea alias iudicaui i ciuitate uerone ꝙ unꝰ
pelliparius nõ poſſet facere molliticium i
domo ſua ob maximũ fetorẽ q exalabat ex
eo & nocebat uicinis.Idem dici de ſĩlibus
artibus fetẽtibꝰ. Nũqd aũt fabri poſſint
malleare in domo ſua ita ut ex ſono mallei
diſturbet menteꝫ doctoris uicini Vide bal.
& doc.in.l.i.C.de ſtud.lib.ur.ro.li.x.& per
canoni.maxime per Io.de Imo.in.c.ueſtra
extra de loca.Et quid ſi eſſet uicinus infir-
mus colli ge ex his que nõ.i dictis iuribus.

Quãdo aũt eſt malus aer nũqd teneat̃
qs ibi ſtare uel uenire.Vide glo.& doc.i.c.
ſi uõ extra de iure iu.&.l.de etate.ff.ad tre.
& que plene dixi.ſ̃.de ſer.aqueduc.circa fi.
ubi poſui materiã de cloacis Et adde ꝙ ꝑꝑ
bonũ aerẽ & ſic celi oportunitatẽ fũdꝰ ma
gis extimat̃ & ſi minꝰ ipm uẽdiderit ex hoc
ſolo forte poſſet in integrũ reſtitui qa ẽ in
loco ubi eſt optimus aer ſicut ex eo qa fuit
maioꝝ ſuoꝝ iuxta.l.ſi ẽptionẽ.ff. de mino.
& ꝓbat̃ in.l.i.§.ſed ſi rem.℣.& alias uidea
mus ibi uel oportunitatẽ celi uel illic educa
tus ſit ł pentes ſepulti.ff.ſi qd i frau.patro-
ni qđ bñ nõ. Si qs fumo corupto aliquẽ
peremerit pena extraordiaria tenet̃.l. ſoli
citatões.§.i.ff.de extraor.cri. Nũqd uſu-
fructus odorũ uel aromatũ conſtitui poſſit
Dic nõ ꝓprie licet ad ſenatuſcõſultũ erit đ
ſcẽdẽdum ꝙ de cautiõe loqtur.l.ſi lane.ff.đ
uſufruc.ea.re.que uſu cõſu. Si quis habet
areã in qua ſolet frumẽtũ uẽtare ut excuci-
at a palea an poſſit uicinus edificare in ſuo
ita ut uẽtum auferat illi aree. caſus eſt in.l.
fi.§.fi.C.de ſerui.& ibi per doc.& Ang.in.l.

imperator.ff.de ſer.ur.pre. Sed pone.q.
que fuit de facto i pſona gonele q magnus
boſonus uulgariter appellat̃ nã dum eſſet
bãnitus ſub pena capitali ne ferrariaʒ acce-
deret emit unũ plauſtrũ padue & terrã pa-
duanã poſuit i dicto curru quẽ ille aſcendit
& poſtea acceſſit in ciuitatẽ ferrarie dicens
ſe nõ eſſe i territorio ferrarie ſed padue ex
quo tangebat territoriũ ferrarieñ Sed dicit
Ang.i.l.q ſella.ff.de ſer.ru.pre.ꝙ non fuit
bonũ ꝯſiliũ per illũ tex.q uult ꝙ qs dicit̃
ire per fundum alterius qñ ſella uel lectica
uehit̃ & adde que nõ.Bar & doc.Sed pro
gonella facit glo.iſti.de iu.gẽ.nã.& ci.i prin.
in ꝟ.celo ubi exponit.i.aere ut ſũt aues que
in arborib⁹ i aere naſcũt̃ ut.§.apiũ inſti.de
re.di.& ſic ille tex.cũ glo.ꝓbat ꝙ q ẽ in ar-
bore dicitur eſſe i aere & nõ i t̃ra Tñ dicen
dũ ẽ ipm eſſe ſuper territorio i quo ẽ arbor

## DE Igne ꝑica.

u LTIMO Loco ſupereſt de igne
qrto elemẽto aliqua dicer̃ Et de i-
gne loquamur q apud nos eſt ue-
rus quia uariis ex cauſis fit ideo per euʒ ꝑ
curram⁹ & primo de igne familiari Nũ
qd ſit licitũ facer̃ ignẽ iuxta ꝑietẽ cõeʒ Dic
aut ꝑ talem igneʒ torret̃ aut damnificatur
ꝑies cõis & nõ põt ut eſt caſus in.l.qdã ibe
rus i pri.ff.de ſer.ru.pre.Aut nõ torret̃ aut
non damnificat̃ & põt ut ibi a ꝯrio ſẽſu &
ar.l.fiſtulam.§.fi.eo.ti.&.l.ſi ſeruus ſeruum
.§.ſi furnũ.ff.ad.l.acq.Et ex hoc nõ.p̃ſes cõ
cl̃iones Prima ꝙ nõ licʒ facer̃ ignẽ iuxta
murũ cõem i quo non ſit caminus ſi ex illo
igne poſſet inferri damnũ muro uel qa eſt
ſubtil̃ uel quia ſit ignis imoderat⁹ ꝙ nõ.ꝓ
pauꝑculis que ſepe ignẽ faciũt ꝓpe muruʒ
quia non hñt caminũ. Secunda cõcluſio
non licet facere caminuʒ in muro ſubtili ſi
flãma ignis nocere poſſit muro Tertia
concluſio ſi ẽ fact⁹ camin⁹ i muro cõi & de
uolũtate uicini nõ põt i eo fieri ignis talis
q uicino nocet ꝙ nõ. cõtra nobiles & pote-
tes q ſolẽt facere magnũ ignẽ ſi noceret l̃ ti
meret̃ ne noceat uicino.l.ſi ſeruus ſeruum
.§.ſi furnuʒ.ff.ad.l.aqui. Quarta conclu-
ſio ſi murus eſſet groſſiſſim⁹ tñ non licʒ ita
magnũ facere ignẽ ut timeat̃ ne flãma aſcẽ
dat caminũ & iferat piculũ uicino per.d.§.
ſi furnũ ꝙ nõ.ꝯ faciẽtes nuptias. Quita
concluſio ſi qs habet i parte ſuꝑiori domũ
& alter inferioris non põt ſuperior facere
ignẽ ita magnũ ut ſit dubitãdũ ne ſolarium
ſuꝑ quo ignis ponit̃ accẽdat̃ uel offendat̃
.l.ſicuti.§.ariſto.& ꝙ ibi nõ. ff.ſi ſer.uen. ꝙ
ſimiliter nota contra faciẽtes nuptias quib⁹
hoc euenire ꝯtigit qñ coqnã faciũt i ſolario

Sexta & ultima concluſio ſi in predictis
caſib⁹ timetur damnũ põt peti cautio dam
ni iſecti & ſi damnum datum ẽ quia paries
ſit exuſtus põt agi actiõe i factũ.d.l.ſi ſeru⁹
ſeruũ.§.ſi furnũ.ff.ad.l.aqui.& predictis ad
de que dixi ſupra in primo li.ti.de fornace
& ti.de balneo & ſtufa. Quid autem ſi loca
ui tibi domũ & cõueni i locatione ut igneʒ
in domo nõ haberes & tñ tu ignẽ habuiſti
& fortuito caſu ortũ ẽ icendiuʒ an tenearis.
Dicas ꝙ ſic quia non debuiſti contra cõuẽ-
tionem habere & culpa preceſſit caſum iõ
teneris ẽt de caſu ut ẽ caſus nõ.i.l.uideamus
.§.i.ff.loca.Sed ſi eſſet actuʒ ut ignẽ inocen
tem haberes tunc nõ tener̃ris de caſu fortu
itu ut ſupra caſus ẽ in.d.§.i. Quid ſi int̃
locatorem & conductorẽ conuenitur ne in
domo fenuʒ aut palea ponertur & ꝯductõ
poſuit dein fuus igne allato ſuccendit. Dic
ꝙ tenetur cõductõ ex locato nec liberabit̃
dando fuum ꝓ noxa quia ipſe cõductõ cãʒ
ꝓbuit inferendo aliquid ꝯ conuentionem
Et i pʒ idẽ ſi quilibet extrãne⁹ ignẽ iiceceri t
ea rõne ut ẽ tex.nõ.i.d.l.uideamus.§.fi.cum
.l.ſe.quã ꝑpetuo tene menti quia idem eſſʒ
i aliis ſy.caſibus. Quia ex iſto igne gene
rãtur fumi põt dubitari an hñs domuʒ infe
riorẽ poſſit facere tã grãdeʒ fumũ ut ſuꝑiõ
noceat & hic ẽ tex.i.l.ſicuti.§.ariſto.&.§.fi.
.ff.ſi fui.uẽ.de quo dic ut dixi ſupra in ti.đ
fumo Et quid ſi eſſet fumus qui malum odo
rem rederet & uicino noceret prohiberi
poſſet ne talem fumũ mitteret ar.eorũ que
dixi ſupra in ti.precedẽti. Secundo prin
cipaliter queritur quid de igne fornacis &
furni Dic ut hẽtur i.l.ſi fuus ſeruũ.ff.ſi for
nicarius &.§.ſi furnũ & ibi glo.& doc.ff.ad
.l.acqui. Tertio querit̃ quid de igne in
ſtipulã; ad paludẽ imiſſo Dic ſi quis imiſe-
rit huiuſmõi ignẽ ꝯburẽdi cã & uberi⁹ eua
gatur & ꝓgreſſus ignis alienã ſegetẽ uine-
tã aut nemus uel domũ cõbuſſerit reqrẽdũ
eſt an iꝑitia eius aut negligẽtia id acciderit
nam ſi die uentoſo culpe reus ẽ Nã qui oc-
caſionẽ damni dat damnũ dediſſe uidet̃ in
eodeʒ crimine eſt & qui non obſeruauit ne
ignis lõgius ꝓcederet ac ſi oĩa que oportuit

obſeruauit ſed ſubita uis uenti longius ignē
ꝓduxit caret culpa tex.eſt nō.in.l.q accidit
.§.i.ff.ad.l.acqui.de quo dic ut ibi per glo.&
doc. Quarto queritur qd de igne piſca
torū Dic piſcatores ꝓhibentur ne nocte lu
mine oſtēſo fallāt nauigātes quaſi portum
aliquē delaturi quo nemo ī periculo naues
& qui ī eis ſūt deducāt ſibiqꝫ exercēdā p̄dā
darent Et ſi aliter faciūt puniri debent ac ſi
ip̄i raperent ea que nauigio perēpta eſſent
ut tex.i.l.ne piſcatores.ff.de incē.ru.& nau
frag. Quinto querit᷑ de igne qui aliq̄n
dolo imittit᷑ in edes alienas uel in aceruum
frumēti Dic ſi quis edes uel aceruū frum̄ti
iuxta domū poſſiti combuſſerit uinctꝰ uer
beratꝰ igni necari iubet᷑ ſi doloſe hᵒ cōmiſ
ſerit Si uō cāu.i.negligētia aut dānū reſarti
re iubetur aut ſi minus ydoneus ſit leuius
caſtigabit᷑ Et appellatione ediū oēs ſpecies
edificii cōtinent᷑ ut ē tex.i.l.qui edes.ff.de
incen.ru.& naufra.que.l.locum habet etiaꝫ
in eo qui combuſſit torcularia ſecūdū Bar.
qui dicit ita dꝫ facto uidiſſe obſeruari Et idē
tenet Flor. in.l.ſi quis fumo.§.i.i.fi.ff. ad.l.
aquil qui dixit eſſe in eo qui cūbuſſit tento
ria pannoꝝ. Sed nunquid iſta pēa ignis
uel alia cōtra īcēdiarios locū habeat de iure
canonico Vide tex.glo.& doc.i.c.magne ex
tra de ſenten.exco.&.c.fi.de ſepul.&.c.ſi qs
domū de iniuriis & dam.dato Et pro decla
ratione dicte.l.qui edes Vide Bar.in.d.l.iii.
.ff.de offi.prefec.uigi & Cy.Bal.& Salice.
i.d.l.data opera.C.qui accu.nō poſ.& Ang.
de aretio in ſuo tractatu maleficioꝝ ī glo.in
.℣.incendiario ī prin. Sexto & ultimo
queri poſſet de incedio quod fit in domibuſ
uel hoſpiciis ſine dolo an dn̄s teneat᷑ ſi do-
mus erat aliena uel de rebꝰ alienis in domo
cōbuſtis uel pro domibus ciuis cōbuſtis ut
ēt aliis caſibus Et quia iſta non eſt materia
noſtra ſeruitutis & ampla & profūda ē cō-
tentꝰ ero ſolū me rimittere ad ſcribentes dꝫ
ea.Et ideo uide in primis tex.& glo.& doc.
in.l.ſi uendita.ff.de pericu.& cōmo.rei. uē.
& ibi plene per Salice.& tex.& doc.i.l.iiii.
§.i.ff.de offi.prefec.uigi.& tex.& doc.i.l.cuꝫ
duobus.§.damna.ff.pro ſocio &.l. i iudicio
C.loca.& Cy.& Bal.&.Sali.plene & doc.in
dicta.l.data opa & per eundem Sali.late i.l.
qui fortioris.C.de pig.acti.& Flor.in.l.ſi qs
fumo.§.i.ff.ad.l.aquil.& pleniſſime ꝑ ang.
de aretio in trac.maleficiorū i.d.glo.i .℣. in
cendiario.Et plene ac elegāter ꝑ ſollennes
doctores do.Pe.de alas de padua in diſputa
tione ſua q̄ icipit Exorto icendio ī una cō-
trata & uide ēt tex.in.l.ex cōducto.§.fi.&.l.
uideamus.§.fi.ff.locati.& in toto ti.ff.de in
cen.ru.& naufra.&.l.i eū.C.de fur.& ꝑ Cy.
ī.l.ad cōpandas.C.māda.& per Albe.de ro.
in.l.fiſtulas.§.ſi quis fundū.ff.de ꝯhē.emp.
& ꝑ tex.& doc.in.c.fi.extra de ſepl.&.c.tua
nos de ſen.exco.&.c.ſi quis domū de īiuriis
& damp.dato.&.xii.q.ii.cū deuotiſſimaꝫ &
xxi.q.ulti.c.ſi quis mēbrorum.c. peſſimam
&.xxiiii.q.iii.c.quiſquis.per domū ubi ple
ne de hac materia.

Tractatus de Seruitutibꝰ ruſticoꝝ p̄dio
rum domini Bartholomei cepolla Veronē
ſis utriuſqꝫ iuris doctoris famoſiſſimi finit
feliciter.

RVBRICE HVIVS TRACTA tus.repieẽ in numero folioꝝ iuxta ordines eiuſdem.

De ſeruitute itineris folio.i.
De ſeruitute actus fo.vii.
De ſeruitute uie fo. eodẽ
De ſeruitute aque'ductꝰ fo.xviii.
De aqua pluuia arcẽ. fo.xxxvii.
De cloacis purgãdis fo.xxxix.
De ſeruitute aque hauſtus fo. eodem.
De ſeruitute pecoris ad aquã appulſus folio. xli.
De ſeruitute iuris paſcẽdi. fo. eodem.
De ſeruitute calcis coquẽde & arenam fodiende. fo.xlviii.
De ſeruitute altius tollẽdi. fo.xlix.
De ſeruitute cloace. fo.eodem.
De ſeruitute p̃torii uł ꝓtecti.fo.eodem.
DE SERVITVTIBVS INNOminatis fo.eodem.
De ſeruitute terre fo. eodem.
De tugurio fo. .l.
De cultura terrarũ fo. eodem.
De ſeminatione plantarũ fo. eodem.
De ſterquilatione. fo. li.
De Meſſe & uidemia fo. eodem
De Aucupatione fo. eodem
De Montibus fo. lii.
De Collibus fo. liiii.
De Valle fo. eodem
De Aqua fo. eodem
De Mari fo. eodem
De Littore Maris fo. lvi.
De Portu fo. eodem
De Naui fo. lvii.
De Lacu fo. eodem
De Fluminibus fo. eodem
De Flumine priuato fo. lviii
De Inſulis fo. lix.
De Alueo fo. eodem
De Alluuione fo. lx.
De Ripa fo. eodem
De Aggeribus fo. lxi.
De torrente fo. lxii.
De Vallibus aquoſis fo. eodem
De Fonte fo. eodem
De Riuis fo. eodem
De Piſcatione fo. lxiii
De Aere fo. eodem
De Igne fo. eodem

Incipit tabula tractatus de Ser uitutibus rusticoꝝ pdioꝝ.

Que ſint ſeruitutes rusticoꝝ.

DE SERVITVTE itineris ꝛꝛica. I.

Quid ſit iter.

Que drã ſit iter ire & ambulare

Nũquid ille qui habet ſeruitutẽ itineris poſſit ire nedũ pedes ſ; etiã eques.

Quid ſi habẽs ſeruitutẽ itienris uult du cere iumentum & plauſtrũ oneratũ frumẽ to uł aliis rebus & etiã ipſe aſcẽdere an trã ſire poſſit per fundum ſeruientis.

Quãdo eſt promiſſa uel cõſtituta ſerui tus per certã & determinatã partem fundi debet ire per illã tm̃ partem & non ꝑ alias qa alie ptes fũdi a pricipio ſunt libere.

Quid ſi legaẜ uel ꝓmittiẜ iter uel alia ſeruitus ſine ulla determinatõe loci ad quẽ ſpectabit electio an ad promitẽte; uel eius heredẽ an uero ad illũ cui eſt ſeruitus ꝓmi ſa uel legata.

Quid ſi legatur iter ad prediu; cõe duo rum nec legatarii de loco itineris cõueniũt an acquiratur uel pereat ſeruitus.

Quãta debet eſſe latitudo itineris.

Quid ſi quis per certum locum iter aut locu; alicui ceſſiſſet an poſſit poſtea alii uel pluribꝰ per eundem locum iter uel actum cedere.

Quid ſi aqueductu; alii cõceſſero an al teri iter per eundem locum dare uel cedere potero.

Qualiter dominus fundi ſuiẽtis & do minus poſſit uti fundo ſeruientis. Et ad qd teneaẜ dominus fundi ſeruiẽtis.

Si fundus uenditus debet ſeruitutẽ alte ri an in hoc uẽditor teneaẜ ẽptori.

Quomõ & qualiẜ teneaẜ uẽditor emp tori qñ nõ expreſit ſeruitutem que debeẜ fundo uendito uel cõditione; ipſius fundi uenditi.

An ille qui tenetur poſſeſſione; uacua; tradere liberetur ſi tradat rem que debet al teri ſeruitutem predialem.

Quid ſi cum iter excipere deberẽ puta quia ſic conuenerã tecum in contrahendo fundũ liberum per errore; tradidi quomõ michi ſuccurretur.

Quid ſi locus debẽs ſeruitutem itineris eſt aquis inũdatus uel impetu fluminis uel alr deſtructus ita ꝙ per illũ locũ hñs ſerui tutem nõ poſſit ire an ꝑ tẽpore quo impe diẜ pp inũdatõem aquarũ uł alr poſſit ire ꝑ aliã ptẽ fũdi uł ꝑ aliũ fũdũ uicinũ.

An quis poſſit ire uel trãſire per fũdu; alienũ Et an dñs poſſit ipm̃ prohibere.

Quot reqrãtur ut quis ſit i qauſi poſſeſ ſione itineris ſiue eũdi i fũdũ meũ ita ꝙ eũ impedire nõ poſſim qn eat & ſi impedio te neor interdicto de iti. ac. q; priua.

Quomodo probatur ꝙ quis iuerit per fundum credens uti iure ſuo.

An reqraẜ ꝙ quis uſus fuerit itinere ꝑ lapſu an uero ſufficiat quod aliꝰ pro ſe iue rit.

An per uſum partis fundi acquiraẜ ius in toto fundo.

An ſit neceſſe me retinere uſũ ſciẽtẽ & paciente aduerſario.

Quãdo dicaẜ quis ſe fuiſſe uſu; ſeruitu te nõ ui nõ clã uel prrcario.

Qualiter hoc probetur & cui icombat onus probandi.

Quare interdictum de itinere nõ pro ſeruitute urbana ſicut pro ruſtica daẜ.

Que utilitas reſultat ex hoc ꝙ qs iuerit ꝑ fũdũ alienũ ſaltem. xx. dies & per hoc di caẜ eſſe in quaſi poſſeſſione.

Quomodo dñs poterit expellere eu; q eſt in quaſi poſſeſſione iuris eundi per fun dum ſuum.

Qualiter ipe dñs hẽt ꝓbare ius utẽdi ſ uitute nõ cõpetere.

Quot ſũt neceſſaria ut cõpetat iterdic tũ de itinere actu q; priua. reficiẽdo. Et cui tale iterdictum cõpetat.

An iſtud iterdictũ de itinere actuq; pri ua. reficiẽdo ſit aliud ab interdicto de itine re actuq; priuato & ſic an ſint duo iterdic ta uel unũ tm̃ habẽs duo capita.

An in hoc interdicto ſecũdo hẽat quis neceſſe probare ſeruitute; ſibi conſtitutam

Quare in hoc interdicto ſit neceſſe ꝓba re iſta duo. ſ. ſe uſum hoc anno fuiſſe & ſer uitute ſibi cõſtitutã eſſe.

Quare in hoc iterdicto ſi probo me ẽẽ in quaſi poſſeſſione uie itineris uel actꝰ ha beo neceſſe probare ꝙ ſit mihi ſeruitus cõ ſtituta & quare non ſufficit ſola quaſi poſ ſeſſio.

DE SERVITVTE actus ꝛꝛica. II.

Quid ſit actus.

An illé qui hꝫ actũ ẽtiã habeat iter.

In quo differat & ꝯueniat act⁹ & iter.

Que drã ſit iter actũ & uiam.

Quanta latitudo act⁹ eſſe debeat.

Quid ſi tam anguſti loci ſeruitus act⁹ ꝯceſſa ẽ ut neqꝫ uehiculũ neqꝫ iumẽtũ ꝑ illũ locũ ꝑduci poſſit an erit act⁹ uel iter.

An habens ſeruitutẽ actus ĩ fũdo poſſit uti ſeruitute ꝑ quãlibet eius ꝑtem & aliqñ per unam & aliqñ per aliam.

Quid ſi per certũ locũ quis actuꝫ alicui ceſſerit an poſſit poſtea uni alteri uel pluribus per eundem locum actũ cedere.

Vni actus debebatur ut uehiculis trium generũ uteret̃ & alio genere uſus fuit uel ſi amplius q̃ licuerit uexerit uel ſi latiore actu uſus ſit aut ſi plura iumenta egerit q̃ licuerit an per hoc ſeruitutem amiſerit.

Si fundus debet ſeruituteꝫ actus & in ortu fluminis occupatus ẽ & poſtea alluione reſtitutus an ſeruitus amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituat̃.

Si locus debens ſeruisutem act⁹ eſt aquis inundatus an teneatur dominus fundi pati quod poſſit ille cui ſeruitus debetur agere in alia parte fundi.

## DE SERVITVTE VIE.

Quid ſit uia.

An ſit drã inter ſeruitutẽ uie & act⁹

Quid ſit ſtrata

Que ſit uie latitudo quando ſeruit⁹ uie promiſſa eſt.

Que ſit aut eſſe debeat latitudo uie uel ſtrate in qua ſeruit⁹ non debetur.

Quãdo dicat̃ una ſeruitus uie uel plures & quõ cognoſcat̃ ordinaria.

Que utilitas ſit ſcire an ſit una ſeruitus uie uel plures

In quo loco dicat̃ eſſe caput uie & finis & medium & latera.

Si iuxta plateã deſtruitur aliquod edificium auctoritate publica an platea ãpliet̃ Et utrum uia que eſt iuxta illud edificium deſtructũ deſinat eſſe uia & icipit eſſe pla taa adeo ꝙ ſtatuto dicente ꝙ in platea pena duplicetur debat duplicari etiã ibi.

Quot modis conſidertur mediũ uie.

Quantũ ſpaciũ occupet caput uie q̃tus pes ſeu finis & quãtũ medium.

Vnde debeat incipi mẽſuratio uie.

Quotuplex ſit uia.

Que dicantur uie priuate que publice & que uicinales.

An ſit unicuiqꝫ licitum ire per uiã publicam & ducere currum plauſtrum uł trabẽ aut lapides.

An ius eundi per uiam publicam poſſit preſcribi.

Cuius ſit uia publica.

An loca publica poſſint uẽdi ł alienari & per quem & quomodo.

An per uiam publicam ſit licituꝫ priuato ducere aquam ſimpliciter uel per cũductum ligneum uel lapideum.

An ſupra uiam publicam ſit licitum facere pontem ſe ponticellos.

An uia publica poſſit per priuatum occupari aliquo modo.

An uia publica poſſit claudi.

Quid ſi aliquis uiam aliter impedit ꝙ̃ per eam iri non poſſit an poſſit agi contra claudentem uel impedientem & per queꝫ.

Si aliquis clauſit uiam nunquid poſſim propria auctoritate clauſuram frangere.

Eſt quedam uia publica inter duas cõitates per quam uadunt currus utriuſqꝫ cõitatis Cui ex dominis territorii debet hec uia applicari Et an diuidi debeat.

Statuto cauet̃ ꝙ uulnerãs in uia publica magis puniatur q̃ ſi alibi uulneret̃ aliquis percuſſit aliquem in uia priuata per quam tamen iter publice fiebat an punietur ac ſi in uia publica uulneraſſet.

An & qñ ſtatuta extendi poſſit.

Statutũ eſt padue & multis aliis locis ꝙ ſi quis uendiderit fundum poſſit coherens ſeu confinis uel collaterallis illud idem precium preſentare & uendicare fundum uenditum ab emptore modo aliquis uendidit dum & uicinus qui habet alium fundum ꝓpinquum uia tamen publica interueniẽte uult preſentare precium uigore dicti ſtatuti queritur an poſſit.

Quid ſi uia cõis eſt inter frontes agroꝝ uel caſtroꝝ ad cuius iuriſdictionem preſumantur predia pertinere.

Aliquis legat uel uẽdit fundum ſiue domum an uideatur cõceſſum ꝙ debeat habere uiam ex fundo Vł ſi ſunt duo fratres aut ſocii & diuidunt unum fundum an in dubio uideatur actum quod unus debeat habere uiam per fundum alterius.

Quid ſi uia publica eſt aquis inundata uel aliter deſtructa an poſſit iri per funduꝫ

uicini.

Quid ſi aliqs ĩ agrũ uicini uiã publicã reiecerit an is per cuius fundus uia publica facta eſt poſſit agere cõtra eũ

Vt cõpetat actio uie reiecte quot ſint neceſſaria

Ad quid cõpetat dicta actio.

Quid ſi primo quis egit cõtra uicinum qa uiam publica ĩ ſuũ fũdũ reiecit & fuit cõſecutus intereſſe per actõem uie reiecte an poterit poſtea claudere uiã.

Quid ſi aliquis reiecit uiam priuatam in fundum uicini ſui an agetur actione predicta.

Quomodo debeat formari libellus in hac actõe uie reiecte.

Quomõ debeat actor & re⁹ forãre poſitões ĩ hac actõe uie reiecte.

An quilibet teneat̃ munire uel reficere uiam.

An teneãt̃ eccleſie uel fratres minores ad refectõem uiarũ.

Quid ſi imponit̃ gabella pro plauſtris & curribus que ſoluit̃ ad portã ꝓ refectione uie an eccleſia teneat̃.

Quid ſi ciuitas uel uilla uult facere unã uiam de nouo, & uult imponere onus pro reb⁹ & expẽſis dicte uie uel põtis an poſſit imponi eccleſiis.

Quid quando uia fieri debet extra ciuitatem.

Quid de uia priuata & quot modis dicat̃ priuata.

An ſcolaris qui cõduxit domũ teneatur ad refectõem uie.

An emphitheota ſeu liuellarius teneat̃ reficere uiam publicam ante domum ſuam emphitheoticam.

Quid de uſufructuario an teneatur ad refectionem uie.

Quid ſi aliquis habitat in domo gratis an teneat̃ ad dictã refectões.

Si uia publica nõ eſt deſtructa ex antiquitate uel caſu ſed aliquis eam exarauit uł aliter deſtruxit An uicini teneãt̃ ipam reficere.

Aliquis uult reficere uiam publicam an poſſit & quomodo.

Si quis uult reficere uiam publicam & impedit̃ qua actione aget̃ contra impedientem.

Quot ſunt neceſſaria ut interdictus de uia publica cõpetat cõtra impediẽtem reficere uiam.

Quomodo debeat formari libellus in dicto interdicto de uia publica.

Quomodo debeant formari poſitiones actoris & rei in iſto interdicto.

Quid ſi aliquis ponit aliquid in uia publica uel edificat uel imittit eo caſu quo nõ poteſt quo iure agetur contra ipſum.

Siue ſit unum interdictũ ſiue duo q̃ ſint neceſſaria ad hoc ut iſta interdicta dentur.

Quomodo format̃ libellus in hoc interdicto quando quis edificauit in uia publica uel aliqđ imiſit uel edificare uel immittere uult.

Quomodo debeant formari poſitiones actoris & rei in hac materia & in hoc interdicto.

Si quis impediat̃ ab aliquo qui ĩpedire non põt ire per uias publicam & agere & ducere plauſtrũ quo remedio ſucurret̃ ei.

Quod interdictum ut liceat ire uel agere per uiam publicam competat quot ſunt neceſſaria.

Circa iſtud interdictum quomõ debeat formari libellus.

Quomodo etiam formentur poſitiões in dicto interdicto.

Quid de his qui colligunt pedagia ab hiſ qui uadunt per uiã publicas an poſſint de iure prohiberi colligere ſeu exigere per hoc interdictum.

Quia dictũ eſt ꝙ poſſit agi pro uia publica quero an ad hoc poſſit per agentem conſtitui procurator.

Quomodo debeat formari libellus ſup uia priuata quando dicit̃ quod debet̃ ſeruitus uie.

Quia quãdo uia turbat̃ põt agi & itentari interdictum uti poſſidetis quero quomodo debeat formari libellus in hoc caſu.

## DE SERVITVTE aqueduct⁹ ꝛ̃ica. IIII

Quid ſit ſeruitus aqueductus.

Quomõ cognoſcat̃ an ius ducẽdi aquas ſit fuit⁹ realis uel iuſ tantum perſonale

Quomodo quis habeat ius ducẽdi aquã non ad fundum ſuũ quia nullum hẽt an dicat̃ habere ſeruitutẽ uel ius perſonale.

Quid ſi aliquis cõceſſit mihi ius ducendi aquã ex fũdo ſuo ad fundũ meũ cauſa faciendi balneũ tm̃ in fũdo meo ĩ quo lauari poſſint pãni uel pro aliquo alio uſu qui ñ

concerant fundum meum an tunc erit ſerui tus realis uel perſonalis.

Quid ſi debet mihi ius ducendi aquas ex fūdo tuo ad fūdum meū puta p fiſtulas cauſa ſeruiendi familie mee puta p coqna & pro aliis neceſſariis an erit ſeruitus rãlis an ius perſonale

Si conceditꝰ mihi ius ducendi aquam ad piſcariam meã uel ciſternã aut puteum an ſit ſeruitꝰ realis uel ius perſonale

Quid ſi debetꝰ mihi ius aque ducendẽ ex fundo tuo ad ortum meum irrigandum an ſit ſeruitus realis

Quando dicatur fundus ruſticus uel urbanus

Quid contineatur & ueniat ĩ ſeruitute aqueductus

Si eſt cõceſſa mibi ſeruitus aqueductus pro fundo meo an poſſim eam cõcedere p alieno fundo.

Si fundo meo debetur ſeruitus aqueduc tus illud ius ſeruitutis eſt totum in toto fun do meo & totũ in qualibꝫ eius parte

Licet illa aqua ſit magis utilis uel neceſ ſaria uni partiũ dicti fũdi mei quaꝫ alteri p ti non cõſideratꝰ iſta maior utilitas ł neceſ ſitas equa eſt enim tota iſta ſeruitus in qua libet parte fũdi mei dominantis

Si uenditur certa pars fũdi cui debetur ſeruitus aqueductus illa ſeruitus debetur etiam illi parti fũdi alienatois in ſolidũ & pro indiuiſo

Comoditas ſeu uſus dictẽ aque debet di uidi iter me & illum cui partes fundi domi nantis uendite ſunt non aũt ſeruitꝰ que in diuidua eſt pro mẽſura fundi dominantis non reſpectu partium fundi utilitatis uel bonitatis

Diuiſio aque ſeruientis debet fieri pro menſura quãtitatis fundi & non pro neceſ ſitate partis fundi

Licet ſeruitus aqueductus & quelibet alia realis debeatꝰ pro neceſſitate fundi do minantis tameꝫ eſt itelligenda & limitãda ut habeat locum habito reſpectu ad tempꝰ quo ſeruitus imponitur

Licet dominus predii dominãtis cui ſer uitꝰ aqueductus debetꝰ magis & frequẽtiꝰ illa aqua uteretꝰ in una parte dicti fundi q̃ in alia tamen ſi uendidit illam partem fũdi in qua minus & raro utebatꝰ dicta aqua di uiſio comoditatis dicte aque debꝫ fieri pro menſura agri & pro parte uendita debetur emptori.

Si dominus predii dominantis uẽdit ali cui illam partem fũdi cui aqua nõ eſt neceſ ſaria non tranſit ſeruitus uel comoditas illi us aque ad emptorem Sed ſi uendit parteꝫ cui aqua eſt neceſſaria tota ſeruitus aque ſe quitur illã partẽ uẽditam.

Quid ſi a principio ſeruitutis cõſtitute fundus dominãs indigebat aqua & nũc ex aliqua cauſa non indiget an deſinat ſeruitꝰ in perpetuum cõpetere.

Quid ſi debetꝰ ſeruitus aqueductus fũ do meo q̃ eſt.x.iugerum & poſtea ille fun dus auctus ẽ an ꝑpter hoc creſcat ſeruituſ aqueductus.

Habẽs ſeruitutem aqueductus an poſſit facere riuum in fũdo ſeruiẽtis per quẽ aquã ducat ad fũdum dominantẽ.

Habẽs ius ducẽdi aquã per fũdum alteri us põt per quãcunqꝫ partem fundi ſeruien tis aquam ducere ab initio ſed poſtq̃ icepit ducere per unam partem nõ põt poſtea ua riando per aliam partem ducere.

Quomodo & qualiter acquiratꝰ ſeruituſ aqueductus.

Nũquid aqua per ſe ipam fluẽs poſſit in ducere pſcriptionẽ uel cõſuetudinẽ.

Si oritꝰ aqua in certo fũdo ſuperiore & deſcendit ad partes inferiores per quẽdam alueuꝫ & quando ueniunt aque pluuiales aqua adeo creſcit q̃ i alueo cõtineri nõ põt an ille qui eſt in pte ſupiori cogatur eleuar̃ ripas ita q̃ aqᵃ diſcurrat p alueũ uſqꝫ ad ul timas ptes puta flumẽ uel mare.

Quis poſſit concedere & habere ſerui tutem aqueductus.

Quis poſſit cogi ad aq̃ ducendã.

Flumen quot modis dicatur priuatuꝫ & quot publicum ex quo conceditur aquedu ctus.

Cui uel quibus poſſit concedi ſeruitus aqueductus.

Quid ſi conceſſi primo uni an poſſim poſtea alteri concedere.

Quid ſi conceditur pluribus ſimul uel ſeperatim uel ſimpliciter ita q̃ ualeat & nõ cõueniũt queãdmodũ utãtꝰ quid fiat.

An tu cui primo cõceſſi ſeruitutẽ aq̃duc tus poſſis poſtea alteri cõcedere.

An poſtq̃ aqua exiuit de fundo tuo & i greſſa eſt alium fundum poſſis eam alteri concedere.

Quomodo & qualiter & quãdo & per

quem locum cõſtitui uel acqri poſſit ſuit⁹ aqueduct⁹ & ad horũ declaratõez nõ. octo caſus.

An in caſibus in quibus amittitur ſeruitus aqueductus p mutationem aluei fluminis ſit reſtituẽda de equitate ut debeatur ex nouo uel nouis alueis.

Quid ſi flumẽ redit ad antiquum alueum.

Quomodo cognoſcaẽ ſi alue⁹ mutetur uel non.

An cuilibet ſit licitũ ducere aquam ex flumine publico per occupatõem factam propria auctoritate.

Quid ſi aqua exit de molendino unius & alter uľt eam ducere ad molẽdinũ ſuum ita ꝙ molendinum primum nõ impediat an poſſit.

Qui proprie dicaẽ alueus & quib⁹ nominibus appelletur.

Quid ſi duo uolunt ducere aquam ex flumine publico ad fũdũ eoꝶ & ſe inuicem impediũt quis preferẽ.

Quid ſi aqua non eſt ſufficiẽs utriqꝫ & quilibet uult in diuerſam partes fluminis ex eo ducere.

Quid erit qñ unus primo incipit aquaꝫ ducere uel edificare alter poſt cum ignoraret de primo.

Quid de duobus plauſtris ſe inuicem obuiantibus in arta uia.

Quid ſi duo faciũt opus non in ripa fluminis ſed in loco ꝓximo ripe.

Quando dicaẽ qs occupaſſe uel cepiſſe edificare uľ aquam ducere uľ uti loco publico.

An habens poteſtatem uel ius ducendi aquam ex flumine publico uel priuato habeat ſeruitutẽ aque ducende.

Quomodo & qualiter quis debeat aut poſſit uti ſeruitute aque ductus.

Si inter duo caſtella erat qõ de ductu aq̃ pu.& iter ſe fuit lata ſẽtẽtia demũ ipator cõceſſit mihi unũ de illis caſtellis nũqd tenear ſeruare illam ſententiam.

Si ſeruitus aqueductus debetur ex flumine & flumen mutet alueuꝫ an duret ſeruitus.

Quidam habet fũdũ in quo fons oritur & per lõgiſſimũ tp̃s aqua exiẽs ab illo fũdo cepit diſcurere per partes inferiores & habetes predia inferiora ceperũt dictã aquaꝫ colligere & ad ſua predia ducere & tandem molendinũ fecerũt nũqd ille habẽs fũdum ſupiorẽ in quo fons oritur poſſit diuertere dictas aquas a loco dicti molendini & ducere ad alia loca uel facere aliud molendinuꝫ.

Quando qs dicatur duxiſſe aq̃ iure ſeruitutis uel iure ſimplicis facultatis.

Quãdo dicaẽ ſeruitus aqueductus preſcripta & que & quot reqirãẽ ad iſtã preſcriptõem inducẽdam.

Quãdo dicaẽ habere cauſam cõtinuam uel diſcõtinuam

Quando dicaẽ aqua diſcurriſſe iure facultatis & nõ ſeruitutis

Si quis habet fõtem in fũdo ſuo & p uenas ſubteraneas ãqua diſcurrit ad puteum alterius qui diu uſus eſt illa aqua an poſſit incidere uenas illas & alio diuertere.

Si facto hominis ducieẽ aqua per uiam uel locũ publicũ puta p foſſatũ uel fiſtulas uel canale uſqꝫ ad fũdũ priuatũ p longum tp̃s an ducẽs diceẽ eſſe in quaſi poſſeſſione uel preſcripſiſſe ita ut non poſſit impediri aquam ducere.

Quãtũ tp̃s requiratur ad preſcribẽduꝫ locũ publicũ puta deducẽdo aquaꝫ per uiã publicam & ad preſcribẽdũ ius publicum cõtra priuatũ & ad preſcribẽdũ rem priuatam contra rem publicam.

Quidam duxit aquã per fiſtulas uľ canalia lignea & habebat ius claudendi clauicaꝫ certis horis ne aqua laberetur ad fũdũ uicini & ex iſtis fiſtulis ſeu canalib⁹ uel clauica clauſa cõſueuit fluere certa pars aq̃ per foramina que aqua diſcurrit per loca inferiora & collecta fuit per dños inferiores longiſſimo tẽpore pro eorũ uſu dominus ſuperior uult ita claudere ut nihil penitus diſcurrat queritur an poſſit.

Quid ſi habeo ius ducẽdi aquã p fundũ tuum iure ſeruitutis per riuum apertuꝫ & nunc uolo facere riuum ſubterraneum an poſſim.

Quid ſi quis habet ius ducẽdi aquã per fũdũ uicini & duxit per riuum & nũc uult facere canalia uel fiſtulas in riuo nunquid poſſit.

Quid ecõtra ſi primo duxit aquam per fiſtulas uel canalia nunc uult ducere per riuũ an poſſit.

Si aq̃ oritur i fũdo ticii & diſcurrit ad fũdũ ſempronii & ex fũdo ſempronii ad fundum Cay nũquid ſempronius poſſit ipſam aquam poſtq̃ eſt ingreſſa fũdũ ſuũ cõtine-

re uel diuertere ad alium fundum ſuum in feriorem

Quidam habet fundum ſuperiorem in q° aqua naſcitur puta profonde per.xv. pedes que diſcurrit ſolũ ad fũdũ uicini inferiorẽ per ſubterraneos meatus & qa meatus illi non tranſeunt per fundum uicini aqua aſcendit in fũdo ſuperiori per illos.xv.paſſus & ducitur a domino ſuperiori per fũdũ ſuum. dñs inferior fodit i fũdo ſuo & ex eo aqua exit ita ut nõ poſſit aqua aſcendere ad ſuperficiem fundi ſuperioris queritur an poſſit.

Si aqua diſcurrat a fundo ticii ſuperiori ad fũduȝ ſempronii inferiorem per uenas ſubterraneas & poſtea ſempronius fodit in fundo ſuo & uenas ſuas aperuit ita ut tota aqua tam illa que i uenis ſuis naſcitur quaȝ illa que ex uenis ticii fũdi ſuperioris diſcurrat ad fũdũ ipſi⁹ſempronii & deſinat aſcendere ad ad ſupficieȝ fũdi ticii nũquid ſem p nius poſſit ita fodere.

Statutũ eſt in ciuitate ut quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuo ſuperiori per medium fundũ uicini ad aliquem ſuũ funduȝ inferiorem ſoluẽdo damnũ quod cauatione fit in fũdo uicini quod ſtatutuȝ ualet Nunc quis uult ducere aquam per fũdũ uicini ad ſuũ in quo fũdo eſt fons uel ſũt uene aquarum & ſi poterit in eo fodere uel per ipſaȝ aquã ducere miſceť aqua ſua cuȝ aqua uicini & utraqȝ tranſibit ad fũdum ſuum inferiorem nunquid poſſit.

Aqua ex fũdo meo ſuperiori deſcendit ad tuũ & inundat totũ fundum tuũ ex magna habũdantia aquaꝝ nunquid ego qui ſũ dominus ſuperioris fundi cogar retinere aquã in fundo meo faciendo foſſas & aggeres ne diſcurrat ad fũdũ tuũ Et poſito ꝙ nõ cogar retinere an poſſim te inferiorem cogere ut eam in tuo fundo recipias & foſſas uel aggeres facias aut patiaris ꝙ aqua deſcẽdat ex meo ad tuũ.

Si ſimpliciter uel per cõuẽtionem ſeruitus eſt impoſita ut ſuperior uicinus teneať aquam retinere i fũdo ſuo uel ꝙ inferior teneať eam recipere nũquid ſuperior uel inferior teneať foſſa purgare uel aggeres facere aut munire.

An indiſtincte poſſit dominus predii dominantis agere cõtra dominũ predii ſ̃uientis ut patiať in fundo ſuo foueas purgari uel anggereſ muniri

An non ſolum dñs predii dominantis poſſit cogere dominũ predii ſeruientis ut patiať fundũ ſuum purgari uel opus refici ſed etiã domin⁹ fundi ſuperioris ſeruientis qui iure ſeruitutis tenetur habere foſſam i fũdo ſuo ſuperiori Si fouea illa indigeat refectione poſſit agere cõtra dominum p̃dii dominantis ut eaȝ reficiat taliter ꝙ non noceat fundo ſuperiori ſeruienti.

An ille qui excludit aquam quã naturaliter & iure ſeruitutiſ tenebať recipere i fũdum ſuũ ne i ſuũ ueniat ſed in alienuȝ deriuet teneať aqua plu.arce.

Si cõceſſiſti mihi ſeruitutem ut poſſim ope manu facto aquam fluẽtem in meo deriuare etiã ſi tibi noceat an itelligať ſi ultra modum noceat.

An qñ natura loci ſ beſt nec aliq̃ pactio inuenit teneať ſemper fũd⁹ inferior recipere aq̃ pueniẽte ex fũdo ſupiori

Quia ſeruit⁹ aqueductus acquiſita p uetuſtaiem ſeu pſcrptioneȝ tm̃ opatur regulariter quãtũ ſeruit⁹ acquiſita per cõuentionem queritur quãtũ temp⁹ requiratur cica iſtã uetuſtatẽ ſeu pſcriptionẽ

An ſi aqua ſolita eſt diſcurrere ad fũdũ uicini p plures riuos poſſit nunc traſmitti in unum riuũ tm̃.

Quando nõ eſt aliqua cõuentio nec natura loci aliquid declarat nec ſubeſt loci uetuſtas qd erit tũc ſeruãdũ de aquis.

Sed an poſſit quis aquã ex fundo ſuo in alium mittere etiam non ſpurcam nec calidam.

Dato ꝙ moderate & non immoderate poſſit mittere aquã in fũdo alterius q̃ritur quando dicatur fieri moderate uel immoderate.

An ille cui debetur ſeruitus aqueductus poſſit arcum lapideum facere cauſa ducẽdi aquam.

Nunquid habens ius aque ducẽde poſſit arcum ſeu põtem lapideũ facere ſupra aliũ aqueductũ alienũ.

An qui habet ſeruitutẽ itineris poſſit facere pontẽ ſ.locũ p quẽ ducitur aqua iuito eo cui debetur ſeruitus aqueductus.

Sed quid ſi ille cui debetur ſeruit⁹ aqueductus per riuuȝ in fũdo uicini uult facere foſſam i qua cõgregẽtur aq̃ & ipſas poſtea per riuum ducere an poſſit.

Nũquid habẽs ius aqueducẽde de riuo poſſit cuniculũ ſubterraneũ facere per quẽ

ducat aquam.

Quis teneaṫ manutenere riuos & eos purgare ac aggeres reficere & cuiꝰ expenſis.

Si quis in fūdo habet uſūfructū & alius proprietatem & eſt aliqua impēſa neceſſaria pro cloaca uel formula aqueductus qđ illa ſpectat ad uſumfructuariū nō ad ꝓprietarium.

Qualiter retineatur ſeruitus aqueductus

Vt quis retineat ſeruitutem aque ēt qñ edificia ſunt diruta que ſigna retentōis eſſe debeant.

Si quis diuerteret aquam mihi debitam uel impedierit ſeu deſtruxerit qua actōne couueniri poſſit.

Quomodo & qualiter ſeruitꝰ aqueduc. amittatur.

Nūquid ꝑ inūdatiōem fluminis ꝑdaṫ ſeruitus aqueductus.

Nūquid etiā perdaṫ poſſeſſio uel quaſi per maiorem inūdatōem ſicut poſſeſſio territorii.

An per immixtionem alterius aque de qua nulla ſeruitus debeṫ amittaṫ ſeruitus aqueductus.

Quomodo ꝓcedaṫ in iudicio cirra iſtaꝫ materiam aqueductus.

Que ſit forma libellādi pro ſeruitute aqueductus.

Que interdicta dēṫ & quales debeant eſſe poſitōes actoris & quales rei.

An interdictuꝫ de aqua cotti. in eo caſu competat quo competit interdictū de aqua extiua & qualiter concipiṫ libellꝰ i hoc iter dicto.

Vt cōpetat interdictū de aqua ducenda ex caſtello. v. ſunt neceſſaria.

An poſſit quis ducere aquam publicam ſine licēcia principis.

Vt cōpetat interdictū de riuis quiꝗ ſūt neceſſaria.

Quid ſit riuus quid ſpecus quid ſepta quid incile & quare icile dicaṫ.

Si uollo reficere riuum & aduerſarius intentat cōtra me negatoriaꝫ an ſim a refectione prohibendus.

Quādo concipio libellum in aquam de puteo an recte ꝓponā iterdictū de riuis.

DE AQVA pluuia arcē. ꝶica .V.

Que dicatur aqua pluuia.

Vt actio aque pluuie arcē. cōpetat quot ſunt neceſſaria.

An hec actio ꝯpetat pro predio ruſtico tantum.

Qualiter formetur libellꝰ in hac actōe

Quare in dicta actōne aque plu. arcen. ueniat ēt id quod futurū eſt

Poſito ꝙ dampnū ꝙ poſt litis conteſtationem contingit ueniat offitio iudicis quare habetur expreſſa mentio de officio iudicis in libello.

Qualiter actor & reus debeant fōmare poſitiōes & capitula i iuditio aꝗ plu. ar.

DE CLOACIS purgādis ꝶica. VI.

Quid ſit cloaca cuius appellatiōe etiaꝫ tubus & fiſtula cōtinetur

Quid ſit tubus quid fiſtula

Vt interdictū reſtitutoriū proditum ꝓ cloacis copetat quot ſint neceſſaria & quādo cōpetat

An poſſim facere cloacā iter edes meas & uicini illo inuito & ꝯtradicēte ſeu nouū opus nōciare

Coram quo iudice interdictū de cloacis intentari poſſit

Qualiṫ ſint formandi libelli i interdictis de cloacis

Quādo cōpetat confeſſoria & quando negatori

Qualiter actor debeat fōmare poſitōes & capitula & qualr reus

DE SERVITVTE aꝗ hauſtus. ꝶica. VII.

Quid ſit ſeruitꝰ aque hauſtꝰ

An aque hauſtus ſit ſeruitꝰ

Qualis ſit iſta ſeruitus an ſit realis ulꝫ ꝑſonalis

An ſit nominata ulꝫ innominata

An ſit ſeruitus ruſtica uel urbana

Quomō & qualiter ꝯſtitui poſſit hec ſeruitus

Quō qs uti dēat ſeruitute aꝗ hauſtꝰ

Quomodo & quando amittatur iſta ſeruitus

Quid ſi iui ꝑ aliam uiam ad huriēdum aquam per decē annos & non per conſtitutam an utrūꝗ ſit amiſſū. ſ. ius itineris & ius aque hauſtus

Qua actione agaṫ

Quando qs uult agere poſſeſſorio com petũt duo interdicta.

Quot ſint neceſſaria ut illa duo iterdicta competãt

Qualiter debeat formari libellus in his interdictis.

Quomodo etiã formẽtur poſitiones & capitula actoris & rei.

De SERVITVTE PECORIS ad aquam appulſus ꝗca. .VIII.

Quid ſit pecoris ad aquã appulſ⁹.

An iſtud ius pecoris ad aquã appulſus ſit ſeruitus ꝑdialis uel realis.

An iſta ſeruit⁹ ſit nominata ł inoĩata.

Qualiť qs uti debeat hac ſeruitute.

Qua actiõe agi dẽat ꝓ iſta ſeruitute.

Quot ſint neceſſaria ut actio cõpetat.

Quomodo formetur libellus & poſitiones ſiue capitula.

DE SERVI. iuris paſcendi ꝗca VIIII.

Que ſit ſeruitus iuris paſcendi.

Que dicantur paſcua.

Quotuplex eſt paſcuum.

An ſeruitus iuris paſcẽdi ſit ruſtica uel urbana.

Quomodo acquiratur iſta ſeruitus.

An uendito uel legato fũdo uideantur uendita paſcua que ſũt uel debentur i aliis prediis uenditoris.

An homines de uniuerſitate poſſint eſſe teſtes in materia iuris paſcendi.

Si teſtis examinatus in cauſa uniuerſitatis puta paſcui ſi ſentit comodũ dixit quod non an intelligatur falſum dixiſſe.

An liceat in alieno paſcere equum ſaltẽ iuxta uiam pro refectione ipſius equi.

Quid ſi ſtatutũ eſt in ciuitate ut i talib⁹ pratis homines nõ poſſint teneř beſtias ad paſcẽdum infra terminos deſignatos & ſic i certa parte prati poterit paſci & i certa nõ Et quidã fuit accuſatus ꝙ tenuerat beſtias ĩ dictis pratis nec fuit dictum in accuſatione infra terminos deſignatos an ex hoc ſequi poſſit cõdemnatio.

Quomodo quis debeat uti ſeruitute iuris paſcendi.

Quid ſi eſt expreſſũ de pecudib⁹ & reperiũtur pecudes gẽtiles & nobiles que habent optimam lanam & magnã curã & cuſtodiam requirũt & reperiũtur etiaꝫ aliẽ q̃ habẽt lanã groſſaꝫ & nõ requirũt cuſtodiã & ſeruit⁹ ſit cõſtituta pro pecudib⁹ an poſ ſint ad paſcua duci tam pecudes groſſe quã nobiles uel ecõtra.

Nũquid habens ſeruitutẽ iuris paſcẽdi in fundo alieno debeat ipſam ſeruituteꝫ diuidere.

An ius paſculandi queſitum per tirãnuꝫ in prediis alienis tranſeat in eccleſiam.

Qua ſeruitus ſiue ius paſculãdi acquiritur etiam preſcriptione uel conſuetudine ꝑ ſcripta queritur quãto tempore ꝑſcribať.

Qualiter probať poſſeſſio uel quaſi ſeruitutis iuris paſcendi.

Si aliq̃ ſingulares perſone de uniuerſitate poſſiderunt nunquid hoc ſufficiat ut uniuerſitas uideať poſſediſſe.

Nũquid per ciuẽ acq̃ratur ciuitati.

Nũquid ius paſcẽdi competẽs uille uel uniuerſitati poſſit probari ꝑ homĩes dicte uille uel uniuerſitatis.

An ille qui reperit animal i fundo i quo ſibi debeť ſeruit⁹ iuris paſcẽdi poſſit ipm occidere uel retinere donec reficiatur damnum uel donec cognoſcatur cuius ſit illud animal.

Quomodo ſeruitus iuris paſcendi amittatur.

An ſi uni debetur ſeruitus iuris paſcendi pro certo numero pecudum & ipſe uſus eſt ampliori numero amittatur propter hoc ſeruitus.

Quid ſi debetur ſeruitus iuris paſcendi cum certo genere pecudum & uſus eſt cuꝫ alio genere puta equarum uel uaccarum an per hoc amittatur ſeruitus.

Quid ſi locus debens ſeruitutem eſt occupatus per tirannum qui uſus eſt illiſ paſcuis an perdatur ſeruitus.

Quid ſi commune emit paſcua & un⁹ de cõmuni uẽdidit unũ fundũ ſuuꝫ proprium cum omni iure ſibi ſpectante an per hoc uideatur amiſiſſe ſeruitutem uel ſaltem ipſum ius paſcendi.

Qua actione agatur pro iſta ſeruitute iuris paſcendi.

Que actio competat illi in cuius fundo paſculatur contra debitam ſeruitutem

An quãdo unus uult diuidere alius nõ poſſit cogere alium ad diuiſionem uľ fũdi uel pecoꝝ uel tꝑoris paſculaudi

An dñs predii ſeruientis poſſit loca in

quibus debet alteri ſeruitutem & in quibus debet ius paſcendi puta paſcua ligna reducere ad culturam inuito domino predii dominantis cui debetur ſeruitus iuris paſcendi uel econtra.

An ille cui debetur hec ſeruitus poſſit inuito domino fundi reducere paſcua ita ut meliora efficiantur.

Quid ſi dominus predii ſeruiētis reduxit paſcua ad culturā puta ad ſegetes uites uel ad aliquod edificiū ꝓter quod impediunt paſcua ei cui debet ſeruit⁹ iuris paſcēdi an poſſit cogi ad reducēdū predia ad paſcua ſicut erant tēpore ſeruitutis impoſite an uō debeat agere ad iterēē tm̄.

An & quando liceat paſculari in agro alieno.

Quid dicendum ſit de paſcuis publicis & priuatis in quibus non eſt ſeruitus impoſita.

Quid de illo q dimiſit equū in paſcuis ſine cuſtode quē lupus comedit an teneatur domino.

An animal dimiſſū in paſcuis poſſideatur per illū qui ibi eū dimiſit.

Si aliquis accepit equū in paſcuis quia dicit ſe dominū illius equi an incidat in penam.

Si paſtor cōduxit animalia ad paſcēdum & per loca inſidioſa ea amiſit an teneat de culpa.

Si eſt conuentu in inter dominuz & paſtorem de diuidendis fetibus qua actione ſit agendum.

Si quiſ ē in poſſeſſione alicui⁹ paſcui & eo tm̄ utat certo tēpore anni an per hoc retineat ſuam poſſeſſionem.

DE SERVITVTE calcis coquēde & arene fodiende ꝶica. .X.

An dicantur ſeruitutes urbane uel ruſtice ſeu reales aut ius perſonale.

Quid ſi promittat ius calcis coquende uel arene fodiende ultra q̄ ſit opus pro fundo dominātē an talis ſeruitus poſſit conſtitui.

Nunquid iſte due ſeruitutes ſint nominate uel innominate.

Si aliduis habet ius crete uel lapidis eximēdi. An iſta ſit ſeruitus.

Quomōdo uocet loca in quibus debet ſeruitus uel ius calcis coquēde arene fodiende uel crete aut lapidis exhimendi.

DE SERVITVTE altius tollēdi ꝶica. XI

Quotuplex ſit ſeruitus altius tollendi.

Quare iſta ſeruitus eſt ruſtica & alie ſunt urbane.

Quomudo ponatur exemplum in hac ſeruitute altius tollendi.

Quomodo hoc exemplum poſſit procedere cum quis regulariter poſſit edes ſuas altius tollere uſq; ad celum etiam ſi non eſt impoſita ſeruitus

An ſit aliud in prediis urbanis aliud in prediiſ ruſticis

DE SERVITVTE cloace. ꝶica. XII.

An dicatur ſeruitus ruſtica uel urbana.

Quando dicatur ſeruitus cloace deberi fundo ruſtico.

DE SERuitute ꝑtorii uel ꝓtecti ꝶica. XIII

Quid ſit pretorium.

Quid ſit protectum.

DE SERVITVtib⁹ inominatis ꝶica. XIIII

DE SERVITVTibus terre ꝶica. XV.

Quibus ex cauſis huiuſmodi ſeruitutes conſtitui uel imponi poſſint.

Si quis habet fundum per quem ſolebat ire ad caſas iunctas fundo & ipſum funduz alteri legat. An ſi legatarius petat fundum ſibi legatum poſſint heredes excipere ex fundo deberi ſeruitutem dictis caſis ut ſic poſſit iri per illum ad dictas caſas

Nunq̄d capanna dicatur caſa uel domus

DE TVGVRIO Rubrica. XVI

An ſit licitum facere tugurium in fundo alieno & ſi fiat an poſſit dominus fundi ꝓpria auctoritate deſtruere.

DE CVLTVRA terrarum ꝶica. XVII

An poſſit dominus uicini ſuperioris ita arare terram ſuam ut per ſulcos & porcas aqua ueniat ad fundum alterius inferiorez an poſſiz cogi iudicio aque pluuiar.

Quid ſi uult facere foſſas uel ſulcos in campū fundi uicini inferioris quomodo ei

ſuccurretur.

DE SEMINAtiōe pāltaʀ ꝛ̄ꝛica XVIII.

An ſit licitū alicui ī ſuo fūdo arbores plā tar̄ & ī finib⁹ fūdi ſui. Et ſi radices ītrēt fun dum uicini uel frondes aut rami protēdū tur ſupra fontem uicini an poſſit uicin⁹ eas propria auctoritate incidere.

Quid ſi glans ex arbore tua cecidit ī fū dum meum.

Quid ſi nō patior te colligere illam glā dem.

Quid ſi miſſo pecore depaſco glandem tuam que cecidit ī fundu3 meum.

Si uicin⁹ per ortū ſolebat certo tēpore irrigar̄ partum illic fecit & aſſidua irrigati one cepit nocere uicino q̄ actio ne tn̄bit̄.

DE STERQVIlatōe ꝛ̄ꝛica XVIIII.

DE MESSE ET uindemia ꝛ̄ꝛica XX.

Cuilibet eſt licitū meſſem & uindemia3 in ſuo fundo uel ſibi locato facer̄ & ſi probi bet̄ pōt agere actione iniuriarum.

Quid ſit faciēdū cum in quibuſdā locis ſint ſtatuta ne quis poſſit uindemiare uel meſſe3 facere etiā ī ſuo niſi certo tp̄e.

Nunquid ſit licitū alicui ingredi fundū alienū & uuas colligere uel ſpicas.

DE AVCVPATIONE ꝛ̄ꝛica XXI.

Quid ſi un⁹ in alieno uenādo uel aucu pando aliquid cepit an teneatur reſtitue re domino fundi.

An poſſit uenator in fundo alieno reti neri ut reddat quod ceperit.

Quid ſi fera beſtia reperiat̄ in laqueu3 alienum.

Quia poteſt quis ingredi fūdū alienu3 maxime cauſa uenādi uel aucupādi quero an hoc poſſit iure ſeruitutis uel iure cuius dam facultatis.

Quid ſi quis uulnerat feram beſtiam & alius capit cuius debet eſſe.

Quidam accepit accipitrem uel falconē cum ſonaleis argēteis in pedib⁹ an teneat̄ reſtituere domino priori.

Nunqd ſit licitū tendere retia ſeu laq̄os aut alia quelibet inſtrumenta ad capiendas uenationes.

Quotuplex ſit uenatio & an & quādo ſit licita maximē clericis uel monachis.

An ſit licitum facere foſſas uel laqueos aprorum urſorumue cauſa facere.

Cuius ſint foſſe ſiue foſſata que ſunt in ter uiam publicam & fundum priuatum.

Cuius ſit uſus foſſarum An & quando debeant menſurari cum agro uendito An ſit licitum facere foſſas ex quibus aqua plu uia noceat.

An ſit licitum facere foſſas in finibus fū di ſui.

DE MONTIBVS ꝛ̄ꝛica. XXII

Quid ſit mons.

Quare dicatur mons.

An mōtis appellatione penditie mōtiū non culte continentur.

An liceat in fundo alieno lapides cedere & alio exportare.

An quis poſſit in fundo ſuo lapides ced̄ re ita ut fragmenta lapidum ueniant in fū dum alienum.

Quid ſi ſint uene auree aut argētee an ſit mihi licitū fodere in meo & fodiēdo trā ſire ſub fundo uicini

Quia in montib⁹ ſilue reperiūtur quō que dicatur ſilua cedua & ſilua paſcua.

Quid ſi creditori ſilua pignorata ſit & debitor ex ea nauem uel aliam materiam fe cerit an illa nauis uel materia ſit pignori.

An poſſit creditor prohibere debitore3 ne ex ſilua nauem faciat.

Nūquid uſufructuarius ſilue poſſit inci dere arbores & pedamenta pro uſu ſuo & etiam uendere.

An emphiteota qui recepit ſiluam uel nemus ī emphiteoſim poſſit inuito dn̄o ex tirpare ſiluam & nem⁹ & reducere ad pra ta uel culturam & plantare uites uel arbo res fructiferas.

Aliquis uendidit nemus uel ſiluam cu3 pacto de retrouendendo an emptor poſſit ſiluam extirpare.

An maritus poſſit extirpare nemus ſibi datū in dotē & reducere ad culturam.

An maritus emphiteota uel feudatari⁹ uel alii ſimiles qui habent ius in re poſſint arbores fructiferas incidere.

An tales cadant a iure incidēdo arbores fructiferas eo cāu quo non poſſent īcidere.

Si ꝯceſſi alicui ut poſſit de nemore meo ligna incidere & ad ſui libitum accipere an

poſſem poſtea alteri cōcedere.

Eſt permiſſuꝫ alicui ut poſſit de nemo-re meo quedā ligna incidere an poſſit pro-hibito ſu incidere.

Si i nemore alieno caprioli cerui uł alia animalia capiūť dn̄o ignorate uel contradi cēte an efficianť capiētis uł domini nemo-ris.

Si ruſtici dicunt ſe fuiſſe uſos nemore tanto tempore de quo non extat memoria i cōtrariū an iuuat eos ut dicātur acqſiuiſſe ius utendi fruendi in illo nemore.

Si ruſtici uel alii habēt uſū memoris ali eni puta quia i eo conſueti ſunt accipere li-gna longiſſimo tempore queritur quando expiret iſte uſus.

DE COLLIBVS.ꝝica XXIII.

Vnde dicatur collis.

Quomodo diſtinguatur collis a monte & a penditiis montis.

DE VALLE.ꝝica XXIIII.

Que dicatur uallis & unde dicatur.

Qualiter differat a plano latitudine & equalitate.

An foſſe agrorum & uiarū & ripe ipſa-rum dicātur de plano.

Quid ſi cōmittatur aliquid in eo loco q per atractionem aque uerſus flumē uergit An dicať cōmiſſū i plano tiberis.

An talis locus contineatur appellatione agri.

An flumen qꝫ eſt inter planū ab utraqꝫ parte contineatur appellatione plani.

DE AQVA. ꝝica XXV.

DE MARI.ꝝica. XXVI.

An mari poſſit conſtitui ſeruitus.

Nūqd in mari uł litore maris poſſrt qs edificare & an edificiū efficiať ſuū & qn̄.

Nunquid poſſit aliquis p̄ſcribere mare uel aliquē uſuꝫ maris aut iuriſdictioneꝫ.

An poſſit p̄ſcribere tanto tempore cuiꝰ initii memoria non exiſtat.

Quomō qs dicať poſſediſſe uel quaſi mare uel aliquam in eo iuriſdictionem.

Nūquid poſſint ueneti nauigantes per mare iponere gabellaſ mercibꝰ & cōfiſcare merces cōductas ꝯ ſtatuta uenetorum.

Quid de mari in quo aliqs nō exercuit iuriſdictionē tāto tempore ut poſſit dicere ſe preſcripſiſſe an poſſint punir̄ maleficia q̄ ibi cōmittūtur & an poſſit gentes q̄ illuc ad habitādum accedunt iudicare

Que dicatur inſula propinqua mari uel modico ſpacio diſtare

Habentes iuriſdictionē in territorio co herenti mari dicūtur habere iuriſdictioneꝫ etiam i mari & in iſulis que ſūt i mari uſqꝫ ad centū miliaria & poſſūt capere & punir̄ delinquetes i mari uſqꝫ ad cētum miliaria

Quid ſi inſula maris eſſet in mari alto a qualibet regione diſtās ultra centū miliaria an dicatur nobis uicinia uel ꝓpinqua

Quid ſi interduas ciuitates pūctualiter eque diſtantes eſſet commiſſum delictum in mari

Quid ſi oritur contentio de his q̄ geſta ſunt in mari uel ad mare.

Quid ſit mare & unde dicatur.

An reperianť fines ipſius maris.

Qualiter deſignabitur mare.

An appellatione territorii alicuius ciui tatiſ comprehendatur etiam mare & diſtri ctus illius ciuitatis

An ciuitates maritime etiam mari habe ant diſtrictum.

An exiſtens in mari quod regitur per ci uitatem maritimaꝫ dicatur extra diſtrictū An mare rubrum reperiatur.

DE LITTORE maris ꝝica. XXVII.

Quid ſit littus maris.

Cuius dicatur eſſe littus maris.

An ſit licitum edificare in littore maris & quid aliud liceat in eo facere.

Quid ſit faciendum quando ex ui flu-minis ligna uel rates uel alie res ad litꝰ ma ris uel ad fundum alicuius peruenerint.

DE PORTV ꝝica. XXVIII.

Quid ſit portus.

Quid ſtatio

Quid angiportus.

An portus maris ingēnio hominum fa bricati ſint publici omnium populorū An uero edificātium.

An teſtamētum factum in portu cuiuſ-dam ciuitatis ſoldani dicatur factum in ter ris ſoldani.

## DE NAVI ꝛ͂ica. XXVIIII.

Quare non pōt imponi ſeruitus naui ſicut nec iumētis & hominibus.

Quare etiā nō pōt imponi ſeruitus aq̄ ductus ex lacu cū ſeruitus nauigii imponi poſſit

Quid ſi dominus uľt incidere arbores & nauta uľt ligare nauē arboribus.

Quod dicať proprie tēpus nauigationis.

## DE LACV ꝛ͂ica. XXX.

Quid ſit lacus.

Quid ſit ſtagnum.

An ſeruitus aque tollēde ex lacu impo ni poſſit.

Quare in lacu & ſtagno ius aluuionis locū non habet

Quot modis lacus & ſtagna poſſint ēē publica.

Quid iuris ſi emi a communi peruſiť fructus lacus & cōmune habebat ibi naues proprias ad piſcandum quarum uſum ego uolo cōmune negat.

## DE FLVMinibꝰ publicis ꝛ͂ica XXXI.

Quomodo dicātur flumina pēnnia & q̄n tortētia & ſi non peremnia.

Quando flumina ſint publica & quādo non

Quomodo flumen a riuo diſcernatur.

Cuius ſit ꝓprietas & uſuſfructꝰ flumīs

Quomodo cognoſcať quādo alueus fluminis ſit mutatus.

Statutū dicit ꝙ gentes loci teneanť ſeq uſq; ad alueū noui fluminis an ultra alueū delicatū teneatur ſequi.

Quod dicať caput fluminis & qui finis

Nūquid ſi flumē ducit lignamina i agrū meū efficiať mea uel quid iuris.

Si dominus alicuius uille uel caſtelli locauit ſeu cōceſſit dictā uillam uel caſtellum uel territoriū ā uideať locaſſe ſeu cōceſſiſſe flumina uel riuos aquarum.

Item nūquid flumina ueniant in conceſſione feudorū realiū ſi forte cōcedūť uſque ad tale flumen uel de tali flumine uſque ad tale.

Si flumen eſt in cōfinio duarū ciuitatum An iuriſdictio ipſiꝰ ſit magis uniꝰ q̄ alteriꝰ

## DE FLVMINE priuato ꝛ͂ica. XXXII.

Que dicātur flumina priuata.

Quot modis dicātur priuata.

## DE INSVLIS ꝛ͂ica. XXXIII.

Quot modis inſula dicatur.

Quotuplex ſit inſula aquis circundata.

Quot modis inſula contingat.

Cuius ſit iſula maris uel fluminis reſpectu proprietatis & iuriſdictionis.

Cuius ſit inſula reſpectu uſus.

Quomodo acquiratur dominiū inſulē per occupationem.

Qualiter acquiratur poſſeſſio inſule.

Qualiter fieri debeat mēſuratio inſulē ut cognoſcať cuius ſit & pro quāta quantitate eorum qui prope ripam predia poſſident

Quando inſula deſinat eſſe inſula.

## DE ALVEO ꝛ͂ica. XXXIIII.

Quid ſit proprie alueus.

Quomodo cognoſcať alueū eſſe publici iuris.

Quid ſi flumen alueum dimitit an alueus deſinat eſſe publici iuris.

Pone quod impetꝰ fluminis abſtulit mihi ſimul & ſemel ľ ſucceſſiue totum agrum meum non applicando uicino ſed ſibi ipſi facit alueum ſeu lectum & poſtea in breue tempus uel longum alio impetu locum mutauit nunquid ager meus reſtituetur mihi de equitate an uero uicini lucrabuntur.

Quuid ſi alueus eſt mutatus an dicatur nouum flumen.

Quando dicatur alueus mutatus uel relictus.

## DE ALLVVIONE ꝛ͂ica. XXXV.

## DE RIPA ꝛ͂ica. XXXVI

Quid ſit ripa.

Vnde dicatur ripa & a quo loco icipiat dici ripa.

Quādo dicantur ripe mutari.

Quid ſi uia publica eſſet in medio iter flumen & agrum uel domum cuius eſſent ripe

Quādo uēdiť fūdus ueniunt ēt ripe & foſſe ſeu foſſata etiam ſi uia ſit in medio.

An ripe cōmēſurari debeāt cū fūdo puta ſi uēdidi fundum & afirmaui eſſe centuꝫ iugerū.

Quia foſſe que ſunt in fundo mēſurāt cū fundo quero an mēſuret ſuperficies que eſt a latere fouee an uero mēſurēt cū toto agro ſicuti foſſe plane eſſent.

Quid ſi ripa predii uerſus flumē naturaliter ſe extēdit ut quia forte ibi erat lapidicina creſcēs uel forte terremotu ripa erecta corruit & ipſa iuncta predio remanens fluminis alueū per eū locū ceſſare fecit an creſcat domino predii.

Quare ripe fluminū non ſint publice ſed illorū quorū prediis adherēt ſicut ſunt publica ipſa flumina cum appēdices ſequātur naturam ſui ſubiecti.

De alia materia riparū uide in rubrica de ripa ubi ponūt.xi.cōcluſiones & remiſſiones ibi de materia iterdicti de ripa minuenda uel reficienda.

## DE AGGERIBVS rꝫica XXXVII.

Qui dicantur aggeres.

Quid ſi in agro meo inferiori magna ſit habūdācia aquarū proueniēs ex agro ſuperiori an liceat aggeres & foueas haber ut aqua uerſus aliam partē uadat & ager meꝰ euacuetur.

Quid ſi uicinus inferior habet aggeres in fūdo ſuo ex uetuſtate uel pacto an dominus ſuperior poſſit cogere inferiorē aggeres minuere.

Quid ſi aggereꝫ qui i fūdo uicini ſupioris erat ius aque deiecit p quod factum eſt ut aqua pluuia mihi noceat.

Quid ſi publicū flumeꝫ multū excreuit proterquod ſolet mihi dare dāpnū & predia mea inundare an poſſem aggerem adhibere.uel aliam munitiōem facere

Si proter iundatiōem aquarū ego in aggeribus meis feci coronellas elleuādo ipas ne aqua excedēs aggeres cōſuetos iūdaret fūdū meū nūquid eas propria auctoritate poſſim impune remouere

Qua pena puniat rumpēs aggeres fluminis nili i egypto & aliorū fluminū

Quid ſi nō rūpit aggeres ſed arbores que ſunt in ageribus cauſa aggerum cōſeruandorum.

## DE TORRENTE rꝫica. XXXVIII

Quid ſit torrens.

Vnde dicitur torrens.

Cuius ſit ipſe torrēs & quō pbet.

Quid ſi repiūt inſtrumēta antiqua in quibus poſſeſſores prediorūꝫ a latere emerunt prediū & pro fine appoſitū fuit foſſatum An ad illos pertineat.

Si uicinus flumē torrens auertit ne aqꝰ ad eum perueniat an poſſit agi contra eum actiōe aque plu.ar.

## DE VALLIBus aquoſis rꝫica.XXXVIIII

Quid dicēdū qn̄ ualles excreſcunt occupādo pdiū alienū & poſtea decreſcūt.

Quid ſi in uallibꝰ reperit tra cū herba & cānellis natans que de loco ad locum mouet & tori uulgarit appellāt an erunt publici uel priuati.

## DE FONTE rꝫica. XL.

An ſeruitus aque hauriēde cōſtitui poſſit & ex quo loco.

Licet fōs oriat in agro tuo tn̄ ſi longo tēpore duxi aquā ēt ex fūdo tuo non opus ē docere quo iure ducā immo ſi impediar a te uel ab alio ducere aquam agere poſſum utili actione.

Si fons ex quo aqueductum habeo exaruerit & his poſt cōſtitutū tēpus ad ſeruitutem amittēdam ad ſuā uenam redierit An aqueductuꝫ amiſerim

Habēs fontē i ſuperiori fundo non dꝫ lauare uentres uel pannos ſi pp id aqua oīo derūperetur.

## DE Riuis rꝫica. XLI.

Quid ſit riuus.

Si per fundum eſt mihi ius aquam ducere de riuo quid in conſequentiam mihi facere licebit.

Quis teneatur manutenere riuos & expurgare.

## DE PISCATIONE rꝫica. XLII.

An liceat cuilibet in omni parte maris piſcari & etiam in littore.

In quibus caſibus non ſit cōe omnibus ius piſcandi in fluminibus & portu.

Nunquid ſufficiat quem piſcatuꝫ fuiſſe per.xx.uel.xxx.annos ut poſſit prohibere piſcari aliquem ſuperuenientem.

Quid ſi cōcedit̃ mihi ius aque ducende ad piſcariam meam uel ciſternā An ſit ſeruitus realis.

Si qs cōduxit ualles aut paludes ut poſſit ibi piſcari & in eis reperiat̃ certa pars t͂re ab alueo eleuata q̄ tori uulgariter appellat̃ & piſces omnes in hieme ſe reducūt ſub eis. An ſit licitū cōductori apperire dictos toros & omnes piſces accipere.

## DE AERE ꝛrica. XLIII.

An poſſit quis tollere nobiſ aerem uel ſolem edificando.

Quid de corrūpēte aerē malis odoribꝰ apponēdo ſtercus uel cloacas apiendo.

Nunquid faber poſſit malleare in domo ſua.ita ut ex ſono diſturbet mentem doctoris uicini.

Quid ſi uicinus eſt iſamis.

Quando eſt malus aer Nūquid teneat̃ quis ſtare uel uenire.

Nunquid uſuſfructꝰ odorum uel aromatum cōſtitui poſſit.

Si quis habet aream in qua ſolet frumentuꝫ uētare uel alios fructꝰ An poſſit uicinꝰ edificare in ſuo ita ut auferat uentum illi aree.

Quid de queſtione in perſona gōnelle buffonis qui banitus ne ferrariaꝫ accederet emit plauſtrum Padue & terrā paduanam poſuit i dicto curru quē aſcēdit & Ferrariā adiuit.

## DE IGNE ꝛrica. XLIIII.

Nunquid ſit licituꝫ facere ignem iuxta parietem communem.

Quid ſi locaui tibi domū & conueni in locatione ut ignem in domo nō haberes & tu habuiſti ignem & fortuito caſu ortū eſt incendiū An tenearis.

Quid ſi inter locatorem & cōductoreꝫ conueniat̃ ne fenū aut palea poneretur & conductor poſuit deinde ſeruus ꝯductoris igne allato ſuccēdit an cōductor teneatur.

An habens domū inferiorem poſſit facere tā grandē fumū ut ſuperiori noceat.

Quid ſi eſſet fumus qui redderet malū odorem uicinis.

Quid de igne fornacis & furni.

Quid de igne in ſtipulā miſſo.

Quid de igne piſcatorum.

Quid de igne qui aliquado dolo imittitur in edes alienas uel in aceruū frumenti. Nūquid pena ignis uel alia cōtra incendiarios habeat locū de iure canonico.

Quid de incendio ꝙ fit i domibus ł hoſpiciis ſine dolo an dominꝰ teneat̃ ſi domꝰ eſſet aliena uel de redus alienis in domo cōbuſtis uel pro domibus uicini cōbuſtis & etiam aliis caſibus.

## REGISTRVM HVIVS OPERIS.

| .A. | F |
|---|---|
| Tractatus | Locum hoc |
| ſeruata | ſeye.§.ſi |
| ,ff.de acti.& ēmp. | puta paſcui ſi |
| ubi probatur ꝙ per | ideo ſcribit |
| .B. | .G. |
| Vel ſi latiore actu | Triplex eſt |
| ut poſſit ire | prohiberi ar. |
| per mediumqꝫ | uindemiam.ff. |
| cipem ut.l. | inter uiam |
| .C. | .H. |
| Dictus.§.hoc | .§.flumina quo |
| uobis comparet | FLumina quedaꝫ |
| & roglerius | conceſſione |
| iectum.Nec | alter campanile |
| | prin.ꝶ. |
| .D. | .I. |
| Aut flumen eſt. | Incipit tabula |
| iſtat memoria | uicini |
| mum eſt ꝙ ſine | quem locum |
| eſſe in quadam | ducat aquam. |
| .E. | |
| Trahitur etiam ad | |
| damnum.l.1.§. | |
| habeo & per | |
| uel flumine unde | |

D
E O
GRA
T I A S
A M E N

FINIS

Franciſchus de ſancto petro Impreſſit Papie āno dñi.M.CCCC°.Lxxxi. die.xxii. februarii.


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm